
Meursius



Dom. Ferretti inv. et del. — Carol. Gregory Sculp.

IOANNIS MEVRSI
OPERVM
VOLVMEN QVARTVM
EX RECENSIONE
IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR
SEQVENS PAGINA INDICAT.



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLIIII.
REGIIS MAGNI ETRVRIAE DVCIS TYPIS
APVD TARTINIVM ET FRANCHIVM
CVM ADPROBATIONE.

Denarivs Pythagoricvs, sive de nvmerorvm, vsqve ad denarivm, qvalitate, ac nominibvs, secvndvm Pythagoricos.

Theophrastvs, sive de illivs libris, qvi inivria temporis interciderunt.

Lectiones Theophrasteae.

Glossarivm Graeco - Barbarvm.

Glossarii Tactici Mixo-Barbari Rigaltiani Emendationes nvnc primvm editae.

Anonymi Galli svpplementa Glossarii Graeco - Barbari hactenvs inedita, in Praefatione.

PRAEFATIO

Quartum Meursianorum Commentariorum Volumen disparia quaedam, ut ita dicam, complectitur, & non omnino inter se cohaerentia quidem in eo, quod ad materiam spectat; sed tamen Graecanica omnia, & quae, propter varietatem, Lectorem detinere possint, ac delectare multimodis. Adyta penitiora Pythagoricae Philosophiae *Denarius Pythagoricus* nobis aperit; & nescio quid Peripateticae doctrinae ingerit Liber, qui inscribitur *Theophrastus*, *sive De illius libris*, *qui iniuria temporis interciderunt*. Huic ipse, ad numerum LVIII. περὶ κινήσεως γ′ addiderim, *Aegid. Menagium*, Virum eruditissimum, subspicatum esse, a *Theophrasto* idem *De motu* argumentum non semel tractatum fuisse, ideoque non mirum si alias tres Libros scripsit, alias duos, alias multo plures. Verba *Menagii* in *Observationibus ad Laertii Vitas*, *Lib. V. segm.* 44. sunt, quae sequuntur: *Sed fortasse Theophrastus exemplo Praeceptoris sui*, *Aristotelis*, *idem argumentum saepius tractaverat*. Ad n. LXX. ex eodem *Menagio* observaverim, ex Libris *Theophrasti De legibus* vix esse dubitandum, quin non sint ea, quae in Digestis *Tit. De Legibus* non uno loco ex *Theophrasto* referuntur. Citantur ἁπλῶς etiam *Iosepho Lib. I. contra Apionem*; *Athenaeo Lib. VIII. cap. XVI. Zenobio Centuria IV.* 36. Decimum Librum citat quoque *Suidas* in συςομώτερος, & *Harpocration* in σκαφηφόρος; undecimum idem Harpocration in ἰσοτέλης; decimumtertium idem in ὅτι οἱ ἁλόντες; decimumsextum idem *Harpocration* in φρεάτλοι & ὑποφονία, & in iisdem vocibus Etymologista; decimum octavum idem in ὑσίας δίκη; & ex his quaedam refert *Stobaeus*. Ad n. LXXVII. transferenda sunt verba eiusdem *Menagii*, ubi scribit. Πολιτικῶν, *MS. Regius*. *Et ita Harpocration in* Ε'πίσκοπος: Θεόφραστος γῦν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς τὺς καιρὺς, φησὶν ὕτω. *Parthenius quoque Librum primum citat in Inscriptione cap. XVIII. Libri sui* Ε'ροτικῶν; *ubi*, *quam de Neaera historiam refert*, *ex Libro primo Politicorum Theophrasti* Πρὸς τὺς καιρὺς, *depromtam esse testatur*: ἱςορεῖ Θεόφραςος ἐν α′. τῶν Πρὸς καιρύς. *Citat & Librum undecimum in Inscriptione cap. IX. de Polycrite*: Γράφει περὶ αὐτῆς ϗ Θεόφραςος ἐν τῷ ια′. Πρὸς τὺς καιρύς. *Sed quum Laertius quatuor duntaxat eius operis libros recenseat*, *corruptum ibi locum existimabat Maussacus ad Harpocrationem*, *& legendum* ἐν τῷ α′. *Sane Cornarius*, *Parthenii Interpres*, *legerat* ἐν τῷ δ′: *siquidem vertit* in quarto. *Horum Librorum meminit*, *& Suidas in* Α'ρχὴ Σκυρία· Ο'ςρακισθῆναι δὲ πρῶτον Α'θήνησι Θησέα ἱςορεῖ Θεόφραςος ἐν τοῖς Πρὸς τὺς καιρύς: *si vera est Maussaci emendatio*, *ita hunc locum magna fiducia legentis*: *pro eo quod hodie legitur in vulgatis codicibus*, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς. *Sed recepta lectio recta est*, *nam &* περὶ καιρῶν *Libros duos scripserat Theophrastus*: *de quibus infra*. *Certe*, *eodem modo legitur apud Apostolium Cent. IV. Proverb.* 31. *quod Meursius observavit*; *qui vulgatam lectionem amplecti videtur*. *Ceterum*, *in his Politicorum* Πρὸς τὺς καιρὺς *Libris*, *tractabat Theophrastus quae essent in Rep. inclinationes rerum*, *& momenta temporum*. *Observabat Meursius ex Cicerone de Finib. V.* Theophra-

ftus (*fcripfit*) quae efsent in Rep. inclinationes rerum, & momenta temporum: quibus efset moderandum utcumque res poftularet. Πολιτεύεσθαι πρὸς τὰς καιρὰς *dicunt Graeci, quod Latini* fervire tempori : *qua de re videndus omnino Valefius ad Harpocrationem. Ad hos vero Theophrafti Libros Librum fingularem Plutarchus fcripferat. Auctor Lamprias in Elencho Librorum patris fui Plutarchi, numero LI.* Περὶ Θεοφράςυ Πρὸς τὰς καιρὰς. *id eft, de Theophrafti libro, infcripto* Πρὸς τὰς καιρὰς, *ubi tamen Valefius ad Harpocrationem, malebat* πρὸς Θεόφραςον, *id eft*, adverfus Thephraftum, *vel potius* κατὰ: *nifi forte* ὑπὲρ. *Voffius de Hiftor. Graecis libro I, cap. IX. Libros Theophrafti* Περὶ καιρῶν *a Libris* Πρὸς καιρὰς *non diftinguit ; in quo vir magnus fallitur*. Hunc *Meurfii* Librum *Lectiones Theophrafteae* confequuntur, propter argumenti adfinitatem. At cur hifce tribus operibus *Gloffarium Graeco-Barbarum* fubiungitur? Res ex verbis intelliguntur. Hactenus de rebus Graecorum antiquis in fuperioribus Voluminibus actum eft, quae ut plurimum ab Auctoribus Graecis clafficis, & linguae Graecae purae, ac fincerae tenaciffimis, referuntur ; in fubfequentibus Tomis plura quidem habebuntur a fequioris aevi Graecis Scriptoribus elucubrata. Par erat igitur exhibere Lectori praefidium in anteceffum, quo Scriptores Graecos, etiam Semibarbaros, intelligere poffet, atque in eorum fenfa penetrare. Id quidem praeftat hoc Gloffarium, quod ex fecunda quidem editione auctiore, & caftigatiore, heic iterum in vulgus proditur. Aft id mihi fat non fuit; quum exemplar nactus effem, quod *Io. Baptiftae Donii* Patricii Florentini, doctrinae fama percelebris, fuerat; & in ora Libri ille quaedam adnotaviffet, eas obfervationes in hanc editionem, locis opportunis, derivavi; & quafdam etiam de meo addidi. Sed mea de hoc Glofsario locupletando, perficiendoque, cura ulterius progrefsa eft. Vir Celeberrimus *Io. Chriftophorus Wolfius* Hamburgenfis, quum meam *Meurfii* operum editionem adiutum illuftratumque venire animum pro fua humanitate, & eruditione, induxifset; & *Iacobi Palmerii*, in Meurfianas de *Populis Atticae*, & *Archontibus Athenienfibus* Commentationes, Animadverfiones iam mififset, ut in Praefatione primi Voluminis *pag.* XXIII. XXIV. XXV. & XXXIII. iam opportune dixi; & quas quidem edidi in eadem Praefatione *pag.* LVI. fignificavit infuper mihi per V. Cl. *Io. Balthaf. Starkium* in Bibliotheca publica Lubecenfi exftare Anonymi cuiufdam Galli Supplementa Glofsarii Graeco-Barbari Meurfiani, feque exfcripturum, & mihi mifsurum promifit ; prout ex illa eadem Praefatione *pag.* XXIII. elucet, atque eminet. At diu mihi exfpectandum fuit, ut Vir praeftantiffimus fidem fuam liberaret; multis negociis eruditis, & litterariis occupationibus, ut puto, diftractus. Tamdem anno MDCCXLV. mifit ille partem horum Supplementorum laudato *Starkio*, qui ftatim mecum communicavit, cum Literis, quae ita habent:

Viro Celeberrimo D. Io. Lamio S. P. D. Io. Balth. Stark.

Stat promiffis fuis Wolfius nofter. Accipe hic quod reliquum habuit Adnotationum MSS. Anonymi Galli in Meurfii Gloffarium Graeco-Barbarum, iifdemque bene utere &c. Dabam Venetiis die 28. *Aug. MDCCXLV.*

Non multo poft, menfe Decembri fcilicet, reliquam partem, a *Wolfio* pariter acceptam, mifit, & infequentem Epiftolam:

Vi-

Viro celeberrimo D. Io. Lamio S. P. D. Io. B. Stark

Eo ipso tempore, quo ad officiosissimum nostrum Wolfium cista abiit, libris ab ipso desideratis, atque hic loci inventis referta, ad me venere, quae restant adnotata Anonymi Galli ad Glossarium Meursianum, quorum priores paginas ex dono incomparabilis Viri iamdudum possides. Iniunxit mihi, ut abiecta omni cunctatione spicilegium hocce Tecum communicem, ut convincaris Germanos non sibi solis natos esse, sed aliis, qua possunt promtitudine, ut inserviant factos. Obtempero inde Viri precibus, utque semper bene valeas ex animo voveo. Dat. Venetiis IV. Non. Decemb. A. R. S. CIↃ IↃCCXLV.

Hisce Supplementis acceptis, diligentiae meae, ac solicitudinis testimoniis clarissimis, gavisus sum maximopere, quod praesidia aliqua quaesivissem, quibus ἀνεκδότοις Meursianum Glossarium locupletarem: id enim mihi a principio proposueram. Sed quum post *Meursii* aeatem, Vir litteratissimus *Carolus Dufresnius Du Cangius* Lexicon mediae, & infimae Graecitatis copiosissimum, & absolutissimum publici iuris fecisset; si augere vellem, & perficere Meursianum Glossarium, *Cangii* Lexicon totum huc transscribendum esset, atque iterum recudendum: iamque non *Meursii*, sed *Cangii* opus evaderet. Quid igitur mihi faciendum existimavi? Subdere heic Supplementa Anonymi Galli; deinde vero adnectere Meursianas Emendationes *Glossarii Tactici Mixobarbari Rigaltiani*, de quibus actum est in *Praefatione* primi Voluminis *pag.* xx. & quas mecum perhumaniter communicavit nunquam satis laudatus *Io. Christoph. Wolphius*; quum enim *Meursii* opus sit, & apte alibi interseri non posse videatur, heic ubi de *Glossario* agitur, *Glossarii* alterius, & quidem Mixobarbari, Emendationes adponendae fuerant. Id satis fortasse non esset, sed alicui optime factum videretur, si ea multa, quae *Meursius* in suo Glossario erravit, emendarentur heic, & verae intelligentiae restituerentur. At plurima haec quidem sunt, & in tantam molem excrescerent, quae minus Praefationi convenirent; quum enim *Meursius* de Sacris Ecclesiasticisque vocabulis egit, fere semper hallucinatus est. Illa quidem corrigenda essent ex iis, quae postea *Leo Allatius*, *Iacobus Goar*, *Io. Casp. Suicerus*, *Carolus Dufresnius*, *Gulielm. Caveus*, aliique doctissimi Viri, literarum monumentis super hac materia commendarunt; sed quum heic tot, ac tanta repetere pro supervacaneo haberi possit, quum Auctores illi ad manus fere omnium Eruditorum sint; hinc consultius meliusque existimavi supervacaneo inutilique labori parcere, & hac de re monitos Lectores ad Auctores illos remittere, uno, aut altero exemplo contentus, ex quo quid praestandum fuisset, facile diiudicare sit. Etenim non defuerunt eruditi Viri, qui arbitrarentur, atque consulerent, *Glossarium Graecobarbarum* omnino in hac editione, tamquam hodiedum mancum, imperfectum, & inutile, omittere; quorum tamen consilio, pace eorum dixerim, acquiescere non potui, quum nullum *Meursii* opus in tam generali editione, quacumque de caussa omitti recte laudabiliterque possit. Sed adducamus exempla: Vt vero exemplum supplementorum, quae ex Lexico Ducangiano fieri possent, adducamus, sufficit heic initium eiusdem producere: nam quum Meursianum a voce ABAPT incipiat, ante eam vocem Ducangianum habet, quae sequuntur:

ΑΒΑΚΤΙΣ, *Ab actis*, *Actuarius*, Ὑπομνηματοφύλαξ. Extat Epistola Nili Monachi 207. lib. 2. inscripta Theophilo ἀβάκτις.

ΑΒΑΛΑ. *Vah*, *Heu*, vox indignationis: Lexicon MS. Cyrilli: Ἄβαλε, φεῦ καὶ μοι. Philemon in Lexico Technologico MS. οὕτως ὃν φασὶ ἢ ῥάβδος, σεσημείωται τὸ Ἄβαλε. Constantinus de Adm. Imp. cap. 53. p. 228. κ) περιβλεψαμένη τὰς πολίτας, λέγει, Αὐτὴ ὑμῶν ἐςὶ ἡ μετ' ὅρκα ὑπόσχεσις; ὅτως ἀληθεύετε περὶ πάντων; ἀβάλα λοιπὸν τῷ πιςεύοντι τῷ χερσωνίτῃ πολίτῃ. Ioannes Moschus in Limon. cap. 110. εἶπεν πάλιν, Ἄβαλαι, πόσα κλαύσωμεν κ) μετανοήσωμεν, ἐφ' οἷς νῦν ἐ μετανοοῦμεν. Vide Notas eruditissimi Cotelerii ad hunc locum p. 669. tom. 2. Monument. Eccl. Gr.

ΑΒΑΝΙΑ, *Calumnia*, *criminatio*, *delatio*, διαβολὴ, συκοφαντία. Vox a Graecis recentioribus ad nos traducta, quibus idem sonat *Avanie*. Hinc Ἀβανιάρης, Ἀβανιςὴς, *Calumniator*, *Delator*, συκοφάντης: Ἀβανίζειν, *calumniari*, *criminari*, διαβάλλειν, συκοφαντεῖν, Ἀβανιςικὰ, *criminose*, & Ἀβανιςικὸς, *calumniosius*.

Ἄβαξ, *Abacus*, locus ita dictus, in Theatris: Planities in podiis, quae sedilis vicem praebet, Vitruvio lib. 7. cap. 4. Basilius Seleucensis de S. Thecla lib. 1. p. 96. ἀθρόον καταφέρεται τῦ θεάτρυ παρὰ τὰς ἄβακας· τόπος δὲ ἦν ὅτω καλόμενος Ἄβακες. Vide Suidam in hac voce.

ΑΒΑΝΠΑΡΛΙΕΡΗΣ, *Praelocutor*, *Advocatus*, ex Gallico *Avantparlier*, quae vox crebro occurrit, in Assisis Hierosolymitanis Gallicis MSS. Eaedem Assisae Graecae MSS. cap. 126. ἐὰν γὰρ ὁ εἷς ἄνθρωπος ἐγκριτέβι ἕτερον ἄνθρωπον ἐς τὴν αὐλὴν, δίκεον ὁρίζι τὸ νὰ ἔχι προπεῖος νάπι τὸ δίκεον, κ) τὸν δύο μέριον κ) διὰ τῦτο πρέπι νὰ ἔνι ἀβανπαρλιέρης, &c. Vide Gloss. med. Lat. in *Praelocutor*.

ΑΒΑΝΤΑΤΖΙΟΝ, *Lucrum*, *Emolumentum*, ex Gallico *Avantage*. Assisae MSS. Regni Hierosolymitani cap. 13. κ) νὰ ἔχι πολλὰ κέρδη λεγόμενα ἀβαντάτζια. Vide Gloss. med. Lat. in *Avantagium*.

ΑΒΑΠΤΙΣΜΟΣ, Instrumentum Chirurgicum, quod ita describit Paulus Aegineta lib. 6. cap. 91. εἰ δὲ ἰσχυρὸν εἴη τὸ ὀςῦν, πρότερον τῦτο περιτρυπήσαντες τοῖς ἀβατισμοῖς λεγομένοις, τοιαῦτα δέ ἐςι τὰ ἔχοντα μικρὸν ἐσωτέρω τῆς ἀκμῆς ἐξοχὰς κωλυέσας τὰ πρὸς τὴν μήνιγγα βαπτίζεσθαι, &c. Infra τρύπανον adpellat: φυλαττομένων ἡμῶν ἅψασθαι τὸ τρύπανον τῆς μήνιγγος. Vbi ad marg. τῦτο καλεῖ τρύπανον, ὅπερ ἄνωθεν εἶπεν ἀβατισμόν. Ita MS. Cod. at editus habet τοῖς ἀβαπτισμοῖς. p. 212 Inde nostrorum Trepanum, *Trepan*, quo terebratur cranium.

ΑΒΑΠΤΙΣΤΟΙ, Germano Patr. CP. in Theoria, dicuntur οἱ μὴ φωτισθέντες διὰ τῦ λυτρῦ τῦ βαπτίσματος. παιδίον ἀβάπτισον Chrysostomo Homil. 61. ἀβάπτιςα νήπια, in Quaestionibus ad Antiochum. Vide Theophylactum in cap. 14. Matthaei, & al.

ΑΒΑΡΟΙ, ἰχθυοφόροι, in Lexico MS. Cyrilli.

Quum vero de Vocabulo ΑΒΒΑΣ satis ieiune *Meursius* loquatur, *Ducangius* de illo luculente, ac multipliciter, in hunc modum agit:

ΑΒΒΑΣ, *Pater*, Glossae MSS. Ἀββᾶς ὁ γέρων, ὁ πατὴρ. Samonas Gazae Archiepiscopus in Dial. πατὲρ ἀββᾶ, εὐχαριςῶ σοι, ubi sic Samonam compellat Saracenus. Ita etiam vulgo compellabantur Monachi omnes, praesertim senio venerandi. Sacra Constantini Imp. in VI. Synodo ante actionem I. ἐκ δὲ τῶν Βυζαντίυ μοναςηρίων ἐξ ἑκάςυ μοναςηρίυ ἀββάδας τέσσαρας. Theophanes an. 38. Iustiniani, de Ioanne, quodam Monacho: τὸν πώγονα τῦ ἀββᾶ σὺν τῷ δέρματι κ) τῇ σαρκὶ ἐξέδειραν. Idem an. 31. Copronymi; Λέων ἀπὸ ἀββάδων, *Exmonachus*. In Leone Chazaro an. 1. ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίςοις θρόνοις μητροπολίτας προεβάλετο. Ita anno 1. Iustiniani iun. & 9 Rhinotmeti Continuator eiusdem Theophanis, lib. 4. n. 25. Leo Grammaticus in Basilio p. 473. 476. Anonymus Combefisianus in Leone Philosopho n. 5. Acta S. Maximi Confess. n. 46. 71. Vita S. Marci Atheniensis n. 1. 2. &c. Vita S. Mariae Aegyptiacae n. 14 15. 17. &c. Epiphanius Hagiopolita de locis sanctis p. 55. 62. Anonymus de locis Hierosol. cap. 9. Apophthegmata Patrum, & alii passim. Vide Notas ad Alexiadem p. 256. & Gloss. med. Lat. in v. *Abbas*. Sed & Monachi ad dignitates Ecclesiasticas provecti Abbates indigitabantur. Ioannes Moschus in Limon. n. 31. ὄντος μυ ἐν Θευπόλει πρὸς τὸν Ἀββᾶν Γρηγόριον τὸν Πατριάρχην.

Ἀββᾶς, Hegumenus, Praefectus Monasterii. Nov. 123. Iustiniani cap. 34. κελεύομεν τοίνυν τὸν Ἀββᾶν, ἢ τὸν Ἀρχιμανδρίτην, τὰς ἐν ἑκάςῳ μοναςηρίῳ προβάλλεσθαι, &c. ubi lib. 4. Basilic. tit. 1. §. 7. habet ἀβᾶν. Dorotheus Doctr. 11. ἐποίησέ με ἀββᾶς ξενοδόχον μετὰ γνώμην τῶν γερόντων.

Ἀββάδιον, diminut. quasi *Monachulus*. Stylianus ad Stephanum Pap. in Synodo VIII. Constantinopolit. ἀββάδιον ἀγενὲς κ) ἄσημον, γοητικόν τε κ) μαγικὸν οἰκειώσατο. Vbi Interpres: *Abbatulum quendam obscurum praestigiatorem, insuper & magum sibi adiunxerat*. Georgius Cyprius Patr. Constantinopolit. Epist. 121. Εὐςάθιος τὸ ἀββάδιον ἑαυτὸν δι' αἰτίαν, ἣν αὐτὸς εἰδείη, τῆς ὑμετέρας ἀδελφότητος ἀποῤῥήξας, ἧκε πρὸς ἡμᾶς &c.

Ἀββαδίσκιον. Acta S. Eliae iunioris p. 199. κ) ἐπισυναξάντες τὰ παιδίσκια αὐτῶν, & τὰ ἀββαδίσκια αὐτῶν, χορὸς περιέςησαν κύκλῳ τοῦ ςαυρῦ αὐτῦ.

Ἀββαδοπρεσβύτερος, *Monachus qui Presbyter est*. Nomocanon editus a Cotelerio n. 44. ὁ δεχόμενος τὰς ἐξομολογήσεις, χρὴ ἵνα ἱερεὺς ἀπὸ βίυ, ἢ ἀββαδοπρεσβύτερος.

Ψευδάββας, *falsus monachus*. Theophanes an. 21. Heraclii, & ex eo Saracenica Sylburgii

gii: *αὐτὴ οὖν ἡ γυνὴ, καὶ αἱ λοιπαὶ τοῖς λόγοις τοῦ ψευδάββα πεισθεῖσαι*, &c. idem Theophanes anno 22. Heraclii: *αὐτὴ δὲ ἡ πρώτη δεξαμένη τὸν λόγον τοῦ ψευδάββα*, &c. Vtitur etiam pag. 319. Ducas Hist. cap. 21. *ὁ δὲ ἀληθὴς ἀββᾶς πλανητὴς ὑπὸ τοῦ ψευδαββᾶ*. Occurrit praeterea apud Theophanem Cerameum Homil. 20.

Κλεπτάββαδες, qui *Patres* ex monasteriis falso sese indigitant: iidem qui *ψευδάββαδες*. Ioannes Tzetzes Chil. 9. v. 330.

Ἐγὼ δὲ ἀστείως εἴρηκα τῶν μοναστῶν τοὺς νόμους,
Θύραν τῶν ζώντων, μᾶλλον δὲ σεμνῶς ἐν κοινοβίῳ,
Μὴ διὰ θύρας βαίνοντας δὲ λέγω κλεπταββάδας,
Τοῦτο νῦν θέλω καὶ πρός σε πάλιν εἰπεῖν προσφόρως,
Εἰ λίτρας κλεπταββᾶσι, καὶ τζυριχοαγίοις,
&c.

Ἀββατεία, *Abbatia*, *Κοινόβιον*.

Vt vero emendationum specimina praebeam, ecce corrigendus est *Meursius* in AHP, & cum eo pariter errans *Suicerus* iis, quae habet *Iac. Goar*, & *Ducangius*, cuius secundi verba heic proferre subfecerit:

AHP, *Aer*, in Sacris Liturgiis, dicitur tertium ex tribus velis, quibus sancta Dona conteguntur; quod scilicet & *Discum*, in quo ea reponuntur, & *Calicem* operit: quia per modum aeris circa terram expansi ea ambit, ut ait Germanus Patr. Constantinop. in Theoria pag. 153. *διάτι ἄλλο γὰρ τὸ κάλυμμα τοῦτο Ἀὴρ ὀνομάσθη, ἢ πάντος διὰ τὸ τὸν ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτοῦ σκοτεινὸν ἀέρα τῆς εἰρημένης νυκτὸς εἰκονίζεσθαι*. Idem Scriptor infra: *τὸ δὲ καταπέτασμα, ἤγουν ὁ Ἀὴρ, ἐστὶ καὶ λέγεται ἀντὶ τοῦ λίθου, οὗ ἠσφάλισε τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσὴφ, ὅνπερ ἐσφράγισεν ἡ τοῦ Πιλάτου κουστωδία*. His consonant, quae scribit Isidorus Peleusiota lib. 1. Epist. 123. *ἡ καθαρὰ σινδὼν ἡ ὑφαπλουμένη τῇ τῶν θείων Δώρων, διακονία ἡ τοῦ Ἀριμαθέως ἐστὶν Ἰωσὴφ. λειτουργία*. Rursum idem Germanus: *ἡ διὰ τοῦ λεγομένου ἀέρος τῶν θείων ἐπικάλυψις, ὡς οἶμαι, τὴν νύκτα ἐκείνην δηλοῖ, καθ' ἣν ἡ τοῦ μαθητοῦ προδοσία προέβη, διὰ τί ἄλλο γὰρ τὸ κάλυμμα τοῦτο Ἀὴρ ὠνομάσθη, ἢ πάντως διὰ τὸ τὸν ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτοῦ σκοτεινὸν ἀέρα, τῆς εἰρημένης νυκτὸς εἰκονίζεσθαι. καθ' ἣν καὶ Πέτρος*, &c. Atque hanc quidem nomenclaturam ex Ecclesia Hierosolymitana in Graecanicam fluxisse tradit Typicum S. Sabae cap. 30. extremo, & Triodium in 2. Feria 1. hebdomadis ieiuniorum, in Lychnico: *αἴρει δὲ ὁ ἱερεὺς τὰ καλύμματα ἐκ τῶν ἁγίων, καὶ σκεπάζει αὐτὰ μετὰ τῆς ἀναφορᾶς, ἤτοι τοῦ ἀέρος. οὕτω γὰρ καλεῖν εἰώθασιν αὐτὰ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμων μέρεσιν*. Liturgia Chrysostomi: *θυμιᾷ ὁ διάκονος τὴν ἁγίαν τράπεζαν γύροθεν, τὸ ἱερατεῖον ὅλον, καὶ τὸν ἀέρα*. Rursum: *καὶ ὁ ἱερεὺς θυμιῶν τὸν ἀέρα, καὶ σκεπάζων ἀμφότερα, λέγει*, &c. Infra: *ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα, ἐπιτίθησιν τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ διακόνου, λέγων*, &c. Mox: *τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τῶν ὤμων τοῦ διακόνου, καὶ θυμιάσας αὐτὸν, ἐπισκεπάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια*. Adde p. 76. apud Goarum. Liturgia Praesanctificatorum: *αἴρει δὲ ὁ ἱερεὺς τὰ καλύμματα ἐκ τῶν ἁγίων δώρων, καὶ σκεπάζει αὐτὰ μετὰ τοῦ ἀέρος*. Adde p. 200. Prima & secunda Synodus Constantinopolit. can. 10. *διόπερ ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς τὸ ἅγιον ποτήριον, ἢ τὸν Δίσκον, ἢ τὴν Λαβίδα, ἢ τὴν σεβασμίαν ἐνδυτὴν, ἢ τὸν λεγόμενον Ἀέρα, ἢ ἁπλῶς τοὺς ἕν τι τῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἱερῶν καὶ ἁγίων σκευῶν, ἢ ἀμφιασμάτων εἰς ἴδιον κέρδος ὑφαρπάζοντας, ἢ εἰς χρῆσιν ἀποχρωμένους ἀνίερον παντελεῖ καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι*. Eusebius Monachus in Vita S. Philippi Presbyr. num. 17. *ὁ δὲ κελεύει τῷ διακόνῳ διακομισθῆναι αὐτῷ τὸν προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας Ἀέρα, καὶ ἐν αὐτῷ κεκαλυφθῆναι τὴν κόρην ὡσεὶν ὥραν μίαν*. Demetrius Gemistus de Ordinat. Ex Cod. MS. *ὄπισθεν δὲ πάντων οἱ κρατοῦντες ἐπὶ κεφαλῆς τὸν Ἀέρα διάκονοι*, &c Symeon Thessalonic. de sacris Ordinat. cap. 5. *τῶν θείων τῶν Δώρων τεθέντων, καὶ τοῦ καταπετάσματος, ὅ ἐστιν Ἀὴρ, ἤτοι ὁ ἀμνὸς, κάθησαι ὁ Ἀρχιερεύς*. In Euchologio p. 561. Sacerdotis mortui, & tumulandi *τὸ πρόσωπον μετὰ τοῦ Ἀέρος καλύπτεται*. Vide *Δισκοκάλυμμα*, *Κωνστρίνσιος*, & *Νεφέλη*.

AHP, Sciadii, seu *umbellae*, qua caput tegebant Imperatores, & Regii sanguinis, ac Palatini Principes, pars inferior, in longum & acumen producta versus faciem, uti effingitur in Ioannis Palaeologi Imp. ad Concilium Florentinum venientis imaginibus. Sic autem adpellata, quod ut *ἀὴρ λειτουργικὸς* sacra Dona, ac discum, & calicem, in quibus ea reponuntur, operit; ita *Aer* ille sciadii caput universum contegeret, & involveret. Codinus de Offic. aulae Constantinopolit. cap. 3. num. 1. *τὸ περικάλυμμα τῆς κεφαλῆς τοῦ Δεσπότου τὸ καλούμενον σκιάδιον, ὁλομάργαρον. ὁ ἀὴρ αὐτοῦ ἔχει ὀνόματα τοῦ φοροῦντος αὐτὸ, χρυσοκλαβαρικὸν, συρματέϊνον*. Ita num. 16. 22. cap. 4. num. 1. 6. Quod vero *Aerem* Codinus, Nicephorus Gregoras lib. 6. pag. 122. Edit. Genev. *Inferiorem, & cavam superficiem* vocat. Ita ille ubi de Muzalone: *δι' ἃ δὴ καὶ τιμήν τινα ταύτην ἔσχεν ἐξαίρετον μόνος τῶν πάλαι τὸ ὅμοιον αὐτῷ προειληφότων ἀξίωμα, καλύπτραν φέρειν ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῳ κεκαλυμμένην ἐνδύματι, ὅσον τὸ ἄνω, καὶ πρὸς τῇ πυραμίδι τῆς ἐπιφανείας χῦμα· ἐν τούτῳ παραλλαττίουσαν μόνῳ τοῦ παραπλησίον εἶναι τῇ τῶν τοῦ Βασιλέως ἐγγόνων, ὅτι μὴ καὶ τὴν κάτω, καὶ τὴν κοίλην ἐπιφάνειαν εἶχε κυκλίσκοις πεποικιλμένην χρυσοειδέσιν, ἀλλὰ λείαν τελείως*. Vbi licet advertere, inferiorem istam *ἐπιφάνειαν* in Sciadiis Principum Regii sanguinis fuisse *circellis auratis variegatam*, quod *χρυσοκλαβαρικὸν* vocat Codinus. Id iam olim adnotaveram in Dissertat. 24. ad Ioinvillam p. 295. ubi eiusmodi Pileos a nostris *Chapeaux a bec* adpellatos docuimus.

Ἀὴρ, alia notione, in Cod. Reg. MS. 618. f. 284. *περὶ τοῦ χρυσώματος τοῦ ἀέρος τοῦ μαλάγματος*.

Item

Item, quae *Meursius* habet in voce ΑΚΑΘΙΣΤΟΣ castiganda veniunt ex iis, quae egregie de more commentatur idem *Ducangius*:

ΑΚΑΘΙΣΤΟΣ, nempe Κανὼν, sic dictus, quod a populo, ob Vrbem ter servatam ope B. Virginis, per totam noctem stante *sine sessione* caneretur Sabbato in matutinis hebdomadis quintae ieiuniorum. Synaxarion: ἀκάθιςος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοςάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ Λόγου μητρὶ ἔμελψαν, καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς ταρῦσι τῆς Θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα. Edita est a Combefisio post Historiam Monothelitarum p. 805. Διήγησις ὠφέλιμος, ἐκ παλαιᾶς ἱςορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἡνίκα Πέρσαι καὶ βάρβαροι τὴν Βασιλίδα ταύτην πολέμῳ περικύκλωσαν· οἱ καὶ ἀπώλοντο θείας δίκης παρασθέντες· ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντερηθεῖσα πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, ἐτησίως ἔκτοτε ᾄδει εὐχαριςήριον· Ἀκάθιςον τὴν ἡμέραν ὀνομάζουσιν. Describitur vero ὕμνος ἀκάθιςος integer in Horologio. Edit. 1535. & seqq. hoc titulo: Ἀκολουθία εἰς τὸν ἀκάθιςον ὕμνον τῆς ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, &c. Pachymeres lib. 4. cap. 3. τῶν συνήθων νηςειῶν τελουμένων ἑορτῆς ἀγομένης, ἣν Ἀκάθιςον συνήθες ὀνομάζειν. Vide Codinum de Offic. aulae Constantinopolit. cap. 12. numero 10.

Aliud exemplum adducam, quod quidem erit postremum, & non tam emendationis necessariae, quam subplementi, locum obtinebit. Ad vocabulum enim Meursianum ΑΝΤΙΔΩΡΟΝ, quae in ΔΩΡΟΝ *Ducangius* habet, adscribam:

ΔΩΡΟΝ, vel τὰ Δῶρα, *Sacra Eucharistia*, *Sacrificium*, *Hostia Sacra*, *Oblatio*. Basilius Seleuciensis Homilia in Cain, & Abel p. 36. ubi de utriusque sacrificio, ad illud Scripturae Sacrae. Ἐπεῖδεν Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ πρόσεσχεν. Ὁρῶν τὸν τρόπον, τὴν θυσίαν βδελλύττεται· πρῶτον ὁρᾷ τὴν προσφέρουσαν χεῖρα· διὰ τοῦτο τὰ μὲν τοῦ Ἄβελ δῶρα καλεῖ, τὰ δὲ τοῦ Κάϊν θυσίαν ἐπονομάζει· ἃ γὰρ μισεῖ τὴν θυσίαν ἀποςρεφόμενος· ἃ δὲ προσίεται Θεὸς, ταῦτα κέκληκε δῶρα, ἐνήλλαξε τὴν κλῆσιν παρὰ τὴν φύσιν, &c. Gregorius Nazianzenus in Definit. Iambo 15.

Θεῷ δὲ δῶρον, θυσίαι καθάρσιοι.

Clemens lib. 8. Constitut. Apostol. cap. 5. καὶ προσφέρειν σοι τὰ δῶρα τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας. cap. 10. καὶ ἀξιοῦμέν σε ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου. Concilium Chalcedon. Act. 10. τὰ ἅγια δῶρα ἄνω ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἐκοινώνησαν μετ' ἀλλήλων. S. Cyrillus contra Anthropomorphitas cap. 12. τὸ δέ γε δῶρον, ἤτοι τὴν προσφορὰν ἣν τελοῦμεν μυςικῶς, ἐν ἁγίαις ἐκκλησίαις ταῖς τῶν ὀρθοδόξων χρὴ προσφέρεσθαι μόναις, καὶ οὐχ ἑτέρωθί που. Infra: τοίνυν τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δωροφορίας ἁγιάζεσθαι πιςεύομεν καὶ εὐλογεῖσθαι τελειοῦσθαι παρὰ Χριςοῦ. Palladius in Hist. Lausiaca, cap. 75. ἐν τῷ προσφέρειν τῷ Θεῷ τὰ δῶρα. Pachymeres lib. 7. Hist. cap. 6. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θείων δώρων μετοχῇ ἐπιτιμῶντες τοῖς μείζοσιν. Τὰ θεῖα δῶρα, in Euchologio Goari, pag. 295. Ἁγία δωρεὰ, apud Theophanem an. 6. Leonis Isauri.

Δῶρα προηγιασμένα, in Chronico Alexandrino an. 5. Heraclii. Vide in Προηγιασμένα.

Sed & antequam Hostia consecretur, δῶρον dicitur, cum scilicet in Prothesi deponitur, priusquam deferatur ad altare. Palladius in Vita S. Chrysostomi: καὶ μετὰ τὰ ἀναγνώσματα τῶν θείων λογίων, παρακαλέσας Πανσόφιον τῆς Πισίδης προαγαγεῖν τὰ δῶρα, αὐτὸς συνεξῆλθεν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις. Theodoritus lib. 4. Hist. Eccl. c. 19. de' Valente Imp. καὶ τῷ θυσιαςηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα. Et lib. 5. cap. 19. de Theodosio M. ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν. Nicolaus Cabasilas de Sacra Liturgia MS. πρότερον δὲ ἀνατίθεναι τὰ δῶρα τίμια τῷ Θεῷ, καὶ γὰρ καὶ καλεῖναι· οὕτως ὁ Χριςὸς ἐποίησεν· ὅτε γὰρ ἄρτον καὶ οἶνον ταῖς χερσὶ λαβὼν, ἀνεδείκνυ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὡς δῶρα ταῦτα προσάγων αὐτῷ καὶ ἀνατιθεὶς ἀνεδείκνυ· καὶ πόθεν δῆλον ἐξ ὧν ἡ ἐκκλησία τοῦτο ποιεῖ, καὶ δῶρα ταῦτα καλεῖ· οὐ γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τὸν Χριςὸν ἔγνω τοῦτο ποιήσαντα, ἤκουσε γὰρ αὐτοῦ κελεύοντος. τοῦτο ποιεῖτε, καὶ οὐκ ἂν ἀνομοίως αὐτὸν ἐμιμήσατο, ἀλλὰ τὸ σχῆμα τῶν δώρων. Adde Euchologium, pag. 630. 631.

Ἅγια, nude, id est, ἅγια δῶρα, *Sacra Eucharistia*. Concil. Laodic. cap. 14. περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροχίας πέμπεσθαι. S. Chrysostomus apud Palladium in eius Vita, pag. 18. ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο ἐλθόντες οἱ ςρατιῶται, &c. Liturgia eiusdem Chrysostomi: καὶ αὖθις ὁ διάκονος δεικνύων μετὰ ὠραρίου ἀμφότερα τὰ ἅγια, λέγει, &c. Etiam ante consecrationem ἅγια dicuntur, ut supra Δῶρα usurpari diximus, in Euchologio p. 684. apud Codinum, cap. 17. num. 36. &c.

Ἀντίδωρον, *Panis Benedictus*, qui a Sacerdote ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων, seu vice divinae Eucharistiae, ac Sacrae Communionis, datur iis, qui ad sacra Mysteria recipienda sunt imparati, post Sacram Liturgiam, ut est apud Balsamonem, qui illius primam institutionem Synodo Antiochenae adscribit, ad Can. 2. quod iure in dubium vocant alii: Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ παρόντος ἐπενοήθη, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ Ἀντιδώρου διάδοσις, ὥςε πᾶσαν ἀνάγκην ἔχειν, καὶ αὐτοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυςηρίων, προσκαρτερεῖν μέχρι τέλους τῆς ἱερᾶς τελεςίας, καὶ ἐκ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὸ εἰς ἁγιασμόν. Portius: *Antidorum*, χάρισμα, κανίσκι καμώμενον εἰς μνήμην ἄλλου χαρί-

ρίσματ@, Α'ντίδωρον. Christophorus Angelus de Hodierno Graecorum Statu cap 14. καλῦσι δὲ τὸν ἄρτον ἐκᾶνον Α'ντίδωρον, ὅτι δίδωσιν ὁ ἱερεὺς ἐκᾶνον τὸν ἄρτον πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνυσι, ϗ μὴ μεταλαμβάνυσιν, ὡς δῶρον θεῖόν τι. Liturgia S Chryfoftomi: μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεύς, ϛ ςὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ δίδωσι τὸ ἀντίδωρον, εἶτα ποιεῖ ἀπόλυσιν, &c. Ita etiam Liturgia S. Bafilii Morelliana, & Liturgia Praefanctificatorum. Gregorius Decapolita de vifione Saraceni in aede Sacra S. Georgii Mart. num. 46. μετὰ ὧν τὴν συμπλήρωσιν τῆς θείας λειτυργίας, μετέδωκε τὸ ἀντίδωρον ὁ ἱερεὺς πᾶσι τοῖς Χριςιανοῖς. Vita S. Nili Iunioris pag. 31. τὴν ϑ ἁγίαν Τεσσαρακοςὴν διήρχετο πᾶσαν μηδενὸς ἄλλυ μετέχων, εἰ μὴ τῦ ἀντιδώρυ ϗ μόνον. Nomocanon Cotelerianus num. 132. ἐὰν διδέσθω ὁ ἱερεὺς τὸ ἀντίδωρον ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, λέγοντός τιν@, ὅτι Πέμψαι μυ ἀντίδωρον ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, ἔχει ὁ ἱερεὺς ἁμαρτίαν μεγάλην, εἰ μὴ ἂν εἰς ἀσθενεῖς διδέσθω. Concilium Florentin. ἐν δὲ τῷ τέλει ἔλαβον πάντες ἀντίδωρον παρὰ τῶν χειρῶν τῦ Πατριάρχυ. Pachymeres lib. 5. cap. 8. ἐν μεταλήψει τῦ θείυ ἄρτυ, ὃν Α'ντίδωρον λέγυσιν. Adde Codinum de Offic. Palat. cap. 6. num. 28. Conficitur autem Α'ντίδωρον ex facro pane unde defumitur particula ad Sacrificium, reliquo quibufdam precibus confecrato, vel benedicto, quod plebi, quae Sacrorum Donorum particeps non fuit, a Sacerdote, exacta Liturgia, diftribuitur paulo ante dimiffionem: Benedicitur porro in Prothefi. Id pluribus explicat Symeon Theffalonic. de Templo pag 230 ἐπεὶ μετὰ τὸν Χριςόν, ὡς εἴπομεν, ὁ ἀρχιερεὺς εἰκονίζει, αὐτὸν δὲ ϗ ἱερύργησε ϗ μετέσχε, ϗ τοῖς ἱερωμένοις μετέδωκεν, ἁγιασμῦ δὲ χρέια μετασχᾶν ϛ τὸν λαόν, ὅσοι μὲν ἀπὸ τῶν προσευχῶν ὁ ἁγιασμὸς, ϗ τῆς φρικτῆς ἱερυργίας, νοητῶς τοῖς πιςοῖς μετεδόθη. ἐπεὶ δὲ ϗ δι' αἰσθητῶν τινῶν ὡς σῶμα περικειμένοις, τὸν ἁγιασμὸν ἔδει λαβᾶν, διὰ τῦ ἀντιδώρυ γίνεται τῦτο γὰρ ἡγιασμέν@ ἐςὶν ἄρτ@ ἐν τῇ Προθέσει προσευχθεὶς, ἐξ ὗ τὸ μεσαίτατον ἐκβληθὲν, ϗ ἱερυργηθὲν προσευχθὲν, ὑτ@ ὕςερον ὡς ϗ τῇ λόγχῃ σφραγισθεὶς, ϗ θεῖα δεξάμεν@ ῥήματα ἀντὶ τῶν δώρων τῶν φρικτῶν, δηλαδὴ μυςηρίων τοῖς μὴ μετασχῦσι τύτων παρέχεται τῦτο ποιήσας, ϗ εὐλογίαν ἐπευξάμεν@ τῷ λαῷ ὁ Α'ρχιερεὺς, τέλ@ ἐπιτίθησι τῇ ἱερᾷ τελετῇ. Sed de Antidoro feu Pane Benedicto apud Graecos, egre prae ceteris Goarus ad Euchologium, pag. 154. & Leo Allatius lib. 3. de utriufque Ecclefiae confenfione, cap. 9 §. 1. Vide fupra in Α'γιασμός. De alia vero huius vocis Α'ντίδωρον, confulendus Cuiacius ad Novellam 7. Iuftiniani.

ΔΩΡΑ. Vide in Ζωρά.

ΔΩΡΕΑΣΤΙΚΟΝ, *Donationis inftrumentum*, in Bafilicis tom. 3. pag. 10. 66 &c.

Hifce igitur expofitis, ad memorata Anonymi Subplementa deveniamus.

Anonymi Subplementa Gloffarii Meurfiani.

Col. 210. *lin.* 28.

ΑΡΧΙΣΤΡΑΤΗΓΟΣ.

Α'ρχιςράτηγος. Erat primus ex principibus officialibus aulae Conftantinopolitanae apud Codinum.

Ibidem lin. 38.

ΑΡΧΩΝ ΜΕΓΑΣ.

"Αρχων μέγας. Magnus princeps apud Codinum. id eft, (ut coniicit Interpres) toti cuftodiae praefectus. Gallice: *Colonel de l'infanterie*.

Ibidem lin. 39. Praefectus monafteriorum habebat ius in monafteria cum magno Sacellario. *Codinus*.

Ibid. Praefectus Ecclefiarum habebat ius in res pertinentes ad Ecclefias cum curatore Sacelli. Σακέλλιον antique fumitur pro rebus ad ecclefiam pertinentibus.

Ibid. lin. 40 Praefectus Evangelii differt ab Evangelii doctore, de quo Codinus. Nam ille docebat & interpretabatur Evangelium; hic vero librum Evangelii ferebat in fupplicationibus.

Ibid Praefectus luminibus praeibat catechumenis baptizandis, quod fynecdochice fub lumine fignificatur. Nam quum aliquis effet baptizandus, luminaria accendebantur, ut figna effent lucis fpiritualis Chriftiano homini praelucentis, operaque eius debeant lucere coram hominibus.

Ibid. Praefectus antemenfalium, feu anteceffui menfae erat is, qui accedentes ad facram communionem facrae menfae admovebat.

Ibidem. Praefectus Canticorum diverfus erat a Protopfalte, ut videre eft apud Codinum.

Col. 216. *lin.* 23 'Ατεγία) Leo Conft 5. Iuvenal Sat. 14. dixit Maurorum attegias, id eft cafas. Vid. vocem Τέντα.

Col. 218. *lin* 27. 'Αυγῦςοι) Augufti dicti funt Imperatores ufque ad Alexium Comnenum.

Col. 221. *lin.* 44. Α'φέλετρα) Leonis Conftit. 6. Lipfius de Militia Rom. lib. 3. & Plinius.

Col. 224 *lin.* 59. Βαίυλος) Graeci recentiores baiulos dicebant παιδοκόμυς puerorum educatores.

Col. 231. *lin.* 1. Βαρδύκιον) vid. Leonis Conftit. 7.

Col. 234. *lin.* 15. Βαςάγιον) vid. Leonis Conftit. 5.

Col. 238 *lin.* 21. Βεργίον) βεργία erant virgae, & fibulae, quibus milites utebantur in fuis exercitationibus, & incruentis pugnis. Ita cenfet vir doctus Rigaltius in Gloffario, & allegat Leonis Conftit. 7.

Col. 243. *lin.* 44. Βηρύττα) Scribit Rigaltius βηρύττα, vid. Leonis Constit. 6.

Col. 244. *l.* 40. βίγλα) ἡμερο βίγλιον, hemerobiglium apud Codinum est vigilia diurna.

Col. 247. *lin.* 48. Βίξιλα) Vid. Lipsium lib. 4. de militia Romana.

Col. 250. *lin.* 12. Βλάτιον) in exemplaribus Codini habetur βλάτινον textilis tela cuiusque materiae.

Col. 259. *lin.* 11.

ΒΟΥΤΙΟΝ.

Βουτίον. Batillum Latine, & Gallice *bout*, sumiturque apud Codinum pro scopo, vel hastilis ima extremitate.

Col. 279. *lin.* 52. Γυςεῖον) in eo foro Iustinianus templum Sophiae exstruxit.

Col. 280. *lin.* 36. Γράνατζα) interpres Codini dicit Granatzam ab Assyriis mutuatam esse vestem ex duobus vocabulis Charana Tzach i. e. trabea, & vestis nitens liberis, laxis, & fluentibus manicis.

Col. 292. *lin.* 6. Δεφένσωρ τῶν κουρσευόντων) defensor cursorum apud Codinum de officiis aulae. Cursores autem hic sumuntur pro iis, qui nulli agmini, aut signo, adscripti sunt. Ita defensor cursorum idem est, quem Gallice dicimus *Prevost des Mareschaux*.

Col. 295. *lin.* 37.

ΔΙΑΔΗΜΑ.

Διάδημα. Apud Codinum dicebatur olim zona militaris, honorem indicans; quam tyranni martyribus Christum confitentibus auferebant, eosque tortoribus tradebant. Nunc autem pro insigni regio ponitur, estque aureum textile Margaritis ornatum, quod ad frontem Imperatoris ponebatur. Vid. infra vocem ςέμμα.

Col. 297. *lin.* 43. Διβέλλιον) Sozomenus interpretatur labarum Imperatoris, id est, signum.

Ibid. Διβόλεον, quod ex licio bicolore contextum est. Codinus.

Col. 298. *lin.* 5.

ΔΙΚΑΝΙΚΙΟΝ.

Δικανίκιον. Nota, quod cum sceptrum iudiciale Imperatoris in involucrum recondebatur, sub id significabatur diem illum non esse rebus forensibus occupandum.

Col. 294. *lin.* 8.

ΔΙΑΚΕΝΙΣΙΜΟΣ ΕΒΔΟΜΑΣ.

Διακενίσιμος ἑβδομας. Id est hebdomas Rogationum. Dicitur autem diakenismos, id est, rogationi dicata, ceu exinanitioni, quia eo tempore corpora ieiuniis exinaniuntur.

Col. 301. *lin.* 19. Διοικηταὶ) ab interprete Codini μέγας διοικητὴς vertitur magnus procurator, sive dispensator, qui res Imperatoris iter facientis agebat.

Col. 302. *lin.* 14. Διποτάτοι) apud Codinum in nono quinario officialium Ecclesiae Constantinopolitanae deputatus adiungitur tamquam adiutor, & administer chartulario, [qui chartarum, aut tabularum publicarum curator erat] non erat proprie officialis, sed tanquam illud, quod Gallice dicimus *Controlleur*.

Col. 312. *lin.* 56. Δραγόμενοι) δραγόμενος est vox corrupta pro ταργύμενος; estque vox orientalis, nam τάργυμ orientalibus est interpretamentum, & Turgeman, sive Metargem, interpres.

Col. 313. *lin.* 33. Δρακόντειον) Signum illud ab Assyriis profectum est; aliter Isidorus lib. 18. Origg.

Col. 314. *l.* 23.

ΔΡΟΜΟΣ.

Δρόμος. Cursus publicus. V. apud Codinum in officiis aulae. Λογοθέτης τῦ δρόμυ, Gallice, *Maitre des postes*, summus cursorum praefectus. Differt autem ab illo, qui dicebatur Πρωτοκύρσωρ, de quo infra.

Col. 314. *l.* 46. Δρυγγάριος) Drungarius biglorum praefectus vigiliarum, quasi bigla sit vox corrupta e voce vigilia, ut autumat Interpres Codini. Habebat Drungarius magnam iurisdictionem, vid. Manuelis Comneni Novellam 2.

Col. 322. *l.* 49. Εἰκονοςάσιον) Interpres Codini vertit delubrum.

Col. 323. *lin.* 22. Εἰρηνικὰ) verba pacis, Dominus vobiscum.

Col. 326. *lin.* 18. Ἐκκλησιάρχης) putant viri docti Εκκλησιάρχην esse eum, qui coetui dispescendo, atque ordinando praeest. A Codino numeratur ultimus quinarii octavi officialium magnae Ecclesiae Constantinopolitanae.

Col. 335. *lin.* 22.

ΕΞΑΡΧΟΣ.

Ἔξαρχος. Inter Officiales Ecclesiae numeratur a Codino, dicique eum putant viri docti ducem, & praesidem Ministrorum Ecclesiae in ordinanda singulorum functione, & ministerio.

Col. 340. *lin.* 1. Ἐξωκατάκοιλοι) vid. infra vocem κατάκοιλος.

Col. 343. *lin.* 17. ἔπαρχος quibusdam videtur is, qui coryphaeus dicebatur in palatio τῶν ἐπαρχιωτῶν Praefectorum, sive Praesidum provincialium.

Ibidem lin. 53. Ἐπιγονάτιον) genuale cum Patriarcha semper ferebatur ad significandum eius in fundendis precibus officium perpetuum, eique ad genua procumbere volenti substernebatur.

Col. 346. *lin.* 51. Ἐπιριπτάριον) Interpres Codini vertit superum, seu superarium, seu amiculum.

Ibid. lin. 57. Illa sunt Divi Hieronymi, quae a Sedulio referuntur.

Col. 348. *lin.* 1. Ἐπιτραχήλιον, vulgo stola.

Col. 353.

Col. 353. *lin. ult.*

ΕΥΕΡΓΕΣΙΑ.

Εὐεργεσία. Codino illud eſt, quod Patriarcha Eccleſiae nomine apud Imperatorem exorat. Interpres Codini vertit beneficium.

Col. 364. *lin.* 19.

ΗΓΕΜΩΝ.

Ἡγεμών. Dux qui praeibat exercitui terreſtri. μεγάδυκος qui exercitui maritimo praeerat, Magnus Dux.

Col. 371. *lin.* 24.

ΘΩΜΑΙΤΗΣ.

Θωμαΐτης. Codino erat triclinium Palatii Conſtantinopolitani, quod tempore Conſtantini, & Irenes conflagraſse cum quibuſdam Chryſoſtomi commentariis in Scripturam ſacram, auctor eſt Zonaras.

Col. 374. *lin.* 22.

ΙΔΡΟΜΑΧΙΑ.

Ἱδρομαχία. Quaſi ſudori repugnantia.

Ibidem lin. 37. Ἱερομνήμων) id eſt, praeſul ſacrorum, qui ſuffragia eligentium ſuſcipiebat, ſedens a tergo Patriarchae, deinde electum in throno eccleſiae, ad quam electus erat, collocabat, & certis precibus & canticis praecedentibus conſecrabat.

Col. 383. *lin.* 26. Καββάδιον) veſtis honorata, ſive tunica, gravitatem redolens, Aſsyriis regibus communis, vid. Codinum.

Col. 388. *lin.* 1.

ΚΑΙΣΑΡ.

Καῖσαρ. Erat nomen dignitatis aulae, ſive palatii Imperat. Graecorum. Primum Caeſar fuit ſecunda dignitas (ut in occidente Caeſares ſecundi ſunt in Imperio) quod uſque ad Alexium Comnenum manſit; ſed ille volens honorare fratrem Iſaacium, eum Sebaſtocratora adpellavit fecitque; & Sebaſtocratoris dignitas Caeſaris dignitati praecellens, quum ante inferior eſſet.

Col. 696. *lin.* 16. Interpres Codini κάμαραν vertit apſida.

Col. 398. *lin.* 44. Camiſia, ſeu induſium.

Col. 400. *lin.* 33. Κάμπος) Interpres Codini tradit campum dici pro area aquilis conſperſa; ſic Galli dicunt *Champ d' argent ſemè d'aigles.*

Col. 405. *lin.* 12.

ΚΑΝΙΚΛΕΙΟΝ.

Κανικλεῖον. Viri docti dicunt, fuiſſe nomen arcis & Monaſterii in urbe Conſtantinopolitana, cuius praefectura erat longe honoratiſſima; item fuiſſe palatium Conſtantinopoli, quod dabatur in colendo ſocero Imperatoris, de quo Codinus.

Col. 405. *lin.* 56. a voce κάνον fit κάναστρον, & κανάστριον, & κάνστριον. Vid. Syncellum.

Col. 411. *lin.* 11.

ΚΑΠΟΥΛΙΟΝ.

Καπούλιον. Apud Codinum de officiis aulae pro ſcapula ponitur.

Col 423. *lin.* 1. Κατάκοιλοι. Dicuntur Codino, qui κατὰ τὰς κοιλάδας, id eſt, ceteris Eccleſiis, quas vulgus Parochias vocat, praeerant tanquam paſtores. Erant autem Conſtantinopoli ſeptem Eccleſiae principales, quarum maximae praeerat Patriarcha. Vid. ſupra vocem ἐξωκατάκοιλος.

Col. 424. *lin.* 41.

ΚΑΤΑΣΙΟΝ.

Κατάσιον. Id eſt, quod Itali dicunt *capa*, a capitis tegmine, ſeu cucullo, cui caput facile indi poteſt.

Col. 427. *lin.* 42. κατηχούμενα) Interpres Codini dicit fuiſſe locum editum ſupra Auguſteana; (auguſtean autem erat forum Conſtantinopoli) ibi catechumeni inſtituebantur. Vid. Nicetam in Alexio Comneno.

Col. 429. *lin.* 45. κατυνοτόπιον. Codino eſt caſtrorum locus, vox compoſita ex Arabica, vel Syra voce, & Graeca. Katuna enim, vel katina, vel kittuna, Syris eſt tentorium, ſeu velum militare; & kattanta, miles contubernalis.

Col 436. *lin.* 40. Κεφαλαρία) pars autem freni, quae pertinet ad os iumentorum, dicitur *orea*.

Col. 442. *lin.* 44. Κλάβη, ſive κλάπη vehiculum habens ſquamae formam; inde clabularis curſus in L. *curſum*. Cod. *de curſu publ. & angar.* & clabula, ſive clavula, id eſt, velox vehiculum.

Col. 447. *lin* 4. κλίβανον) apud Codinum exſtat κλίβανον, quod Interpres vertit integram militis loricam, qualem ferunt haſtati pedites, aut equites lancearii, dictam a colore albo; atque hinc κλιβανάριοι, clibanarii apud Lampridium, quos Graeci καταφράκτες vocant. Eſt autem vox Perſica, ut ipſe Lampridius notat.

Col. 450. *lin.* 9. Κυαίστωρ. Hic ſignificat quaeſitorem, nam alias λογοθέτης quaeſtorem ſignificat, & cancellarium. Cancellarii enim in iure dicuntur quaeſtores ſacri palatii.

Col. 453. *lin.* 48.

ΚΟΛΛΙΚΙΟΝ, vel ΚΟΛΙΚΙΟΝ.

Κολλίκιον, vel Κολίκιον. Collicium panis eſt rotundus delicatus apud Codinum, qui miniſtrabatur in menſa Imperatoris. Vid. Athenaeum lib. 3. Dipnoſophiſt.

Col. 457. *lin.* 56. Κομητιανή) Comitiva eſt cura, ſeu dignitas Comitum, puta Imperatorum reſpectu. Nam omnes Imperatoris officiales dicebantur Comites, quaſi Imperatorem adiuvantes, & ſequentes. Comes cuiuſque dicitur, qui cum altero eſt, eumque adiu-

adiuvat. Alii vero ſimpliciter, & citra Imperatoris refectum dicebantur comites, praefecti, & magiſtri.

Col. 468. *lin.* 10. Κοντόςαυλος) hanc dignitatem aliqui adaequant Comiti ſtabuli, de quo lex unica Co. *de Comitibus, & Tribunis ſchol.* tamen non eſt eadem dignitas. Nicephorus Gregoras, Contoſtaulon vocat caput Francorum ſtipendia facientium. Notandum autem eſt, Francorum nomine apud recentiores Graecos non tantum Gallos, ſed etiam Italos, & Siculos intelligi, eo quod Siciliae regnum, ac Italiae pars, illis temporibus a Francis tenebatur.

Col. 470. *lin.* 35. *Fimocaudium*) tradunt aliqui hanc vocem eſſe compoſitam ex fimo, & cauda, quod poſtilenae pars extima, caudae equi ſubdita, fimo infici ſoleat.

Col. 473. *lin.* 31. Κόρτη) Gall. *cour*.

Col. 485. *lin.* 28. Curopalatam Galli dicunt *Maitre d' hoſtel*.

Col. 488. *lin.* 15.

ΚΟΥΡΤΟΥΒΑΚΙΑ.

Κυρτυβάκια: vox deſumta a Gallico *bas des chaus les couris*.

Col. 496. *lin.* 44.

ΚΥΝΗΓΙΟΝ.

Κυνήγιον, Codino de origin. Conſtantinopolit. eſt locus publicus Conſtantinopoli, in quem corpora condemnatorum coniiciebantur.

Col. 507. *lin.* 21.

ΛΑΟΣΥΝΑΚΤΗΣ.

Λαοσυνάκτης) concio] a Codino memoratur inter minores Eccleſiae officiales. Dicebatur concio tam in foro, quam in Eccleſia a conciendo, i. e. convocando populo. Verum illa vox poſtea abiit in contemtum, unde proverbium: *nihili concio eſt*.

Ibid. Λαπατζᾶς) principes Conſtantinopolitanos intelligi archontas officialium aulae Conſtantinopolitanae puto, cuiuſmodi autem veſtis erat conſtricta trabea, non fluentibus manicis (quemadmodum veſtis Imperatoria *Granatza* dicta, de qua ſupra) ſed cincta & in zonam impacta.

Col. 522. *lin.* 1. Λογαριαςής] Gallice, *le grand Controlleur*.

Ibid. l. 40. Λογοθέτης) Logotheta, id eſt Cancellarius. Μέγας λογοθέτης magnus Cancellarius apud Codinum de officiis aulae Conſtantinopol. τȣ γενικȣ λογοθέτης, Logotheta rerum publicarum, quem Codini Interpres coniicit eſſe praeſidem magni concilii. Λογοθέτης τῶν οἰκείων apud Codinum eſt theſaurarius domanii regii. Λογοθέτης ςρατιωτικὸς, Logotheta caſtrenſis, quem Galli dicunt *Treſorier du Camp*, ut vult Codini Interpres. Λογοθέτης τῶν ἀγελῶν i. e. Logotheta pecuariae videtur eſſe Giton, vel Girocomus, de quo iure fit mentio. Ita autumat Codini Interpres.

Col. 526. *lin.* 37. Λυπάϊλος) eſt Magiſtratus Venetorum Nicephoro Gregorae lib. IV.

Col. 533. *lin.* 19. Καλκλάβιον) Gallice, *bourres*, quia foeno, aut villo, fomentatae ſunt.

Col. 543. *lin.* 1. Μάνδυον) mandyas, aut mandyum, erat genus veſtis Perſicae non ſolum militaris, ſed etiam in foro & pace uſitatae, ex eo dictum, quod corpori coniunctum preſſum, non autem laxum, & ei admenſum eſſet. Ebraei vocant hoc genus veſtis *Midda*.

Col. 553. *lin.* 12.

ΜΑΤΖΟΥΚΑ.

Ματζȣκα, apud Codinum matzuca, id eſt clava, Gallis *maſſue*. Vid. infra vocem σειρομάςιξ.

Col. 556. *lin.* 14. Μεγαδȣκος) Magnus Dux. Praeibat exercitui maritimorum.

Col. 563. *lin.* 50. Μέταξα) apud Codinum ſunt fimbriae ſericae, ſive ſegmentatae, vulgo, *paſſementerie*.

Col. 570. *lin.* 25. Μίνσος) Gallice *le couvrier*, Inde apud eundem Codinum μινσάλιον i. e. miniſterium menſale.

Col. 577. *lin.* 5. Μονοβάμβυλον) viri docti aliquot exiſtimant, μονοβάμβυλον fuiſſe ſecretiorem locum ſingularis electionis, quod ut intelligatur, ſciendum eſt moris fuiſſe, ut defuncto clerico omnes in unum locum convenirent, & aliquorum electione facta promiſcue, electores poſtea in alium locum intromitterentur, iis remotis, qui nominati erant (iuxta Laodicenſis Synodi Can. 5. quo iubetur, ne electiones fiant praeſentibus auditoribus) tuncque coram Patriarcha, & praeſule ſacrorum unuſquiſque liberam electionem faciebat, & intrepide dicebatur, is vel ille eligendus eſſet, vel non. Vid. Zonaram in Canon. primum Apoſtol.

Ibid. lin. 47. Μονοκάβαλλοι) Gallice, *chevaux legers*, equites levis armaturae.

Col. 582. *lin.* 21. Μȣσα) dicitur muſivum, vel muſeum opus, pro muſacium. Eſt autem muſacium dictum a voce Ebraea *maſag* quod idem eſt ac Graecum μίσγω, & Latinum *miſceo*, ſive opus miſcellum facere, ſive congeſtum ex minutiis materia, forma, & colore variis.

Col. 589. *l.* 36. Μυρταΐτης) Interpres Codini putat myrtaitam eſſe iaculatorum principem.

Col. 595. *lin.* 12.

ΝΙΚΟΠΟΙΟΣ.

Νικοποιός. Nomen ſtatuae, quae erat in Conſtantinopolitano palatio, explicat Codini Interpres, pariens & efficiens victoriam.

Col. 605. *lin.* 29.

ΞΗΡΟΛΟΦΟΝ.

Ξηρόλοφον. Eſt Codino in originbus Conſtantinopolit. locus Conſtantinopoli antea dictus Θέμα, in quod multa oracula reddita ſunt, eratque ibi triplex Θεμάτιον.

Col. 611.

Col. 611. *lin.* 25.

ΟΔΗΓΗΤΡΙΑ.

Ὁδηγητρία. Erat ſtatua in Monaſterio Conſtantinopolit. de qua Codinus, ſignificatque ducem viae, unde monaſterium illud, in quo erat illa ſtatua, a Nicephoro Gregora lib. 11. vocatur ὁδηγήτριον.

Ibid. lin. 39 Senſus Codini eſt huiuſmodi, quod Oeconomus procurat tam rem Eccleſiae, quam Patriarchae, quem vocat ibidem Codinus ἀρχιερέα, id eſt Summum Pontificem.

Col. 612. *lin.* 9. Interpres Codini οἰκονόμον vertit Procuratorem.

Ibidem lin. 31. Οἰνοχεῖον Codino eſt capis vinaria.

Col. 616. *lin.* 37.

ΟΞΥΣ.

Ὀξύς. Id eſt rubentiſſimus Codino.

Col. 630. *lin.* 26. Παιγνιῶται apud Codinum organici, ſive ludentes muſicis inſtrumentis.

Col. 635. *lin.* 6. Παναγία. Eſt vox compoſita e Latino, & Graeco, ſcilicet a voce panis & ἅγιος. Vocatur vulgo *Painbenit*.

Col. 637. *lin.* 21.

ΠΑΝΥΠΕΡΣΕΒΑΣΤΟΣ.

Πανυπερσέβαστος. Quaſi omnium auguſtiſſimus.

Col. 639. *lin.* 23.

ΠΑΠΟΥΤΖΗ.

Παπούτζη. Vox Orientalis eſt, nempe Orientalibus *Patze* ſignificat ambulare.

Ibidem lin 42. Παππίας) Interpres Codini opinatur, Magnum Papiam dictum fuiſſe ſummum illum iudicem, ad quem commentarienſes de perſonis reorum, & numero, de qualitate delictorum, de clauſorum ordinibus referre debent *L. de his C de cuſtodia reorum*.

Col 642. *l.* 38 Παρακοιμώμενος) Galli vocant accubitorem fundae *Garde des Sceaux*. Codinus habet: παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης, accubitor fundae, ſigilli cuſtos. Item apud eumdem Codinum legitur παρακοιμώμενος τῶν κοιτῶνος, id eſt, magnus cubicularius, Gallice, *Grand Chambellan*, & κοιτωνάριος cubicularius.

Col. 668. *lin.* 17.

ΠΙΚΕΡΝΗΣ.

Πικέρνης. Quaſi ἐπὶ κέρνη, a poculis.

Ibid. Pileata (inquit Codini Interpres) Orientalibus eſt rerum ignotarum, & obſcurarum diſquiſitio, & perveſtigatio, ſive πιλατίκιον, pilaticion, diſquiſitionis & accuratiſſimae cognitionis monimentum, quam a iudice opus eſt adhiberi, antequam iudicet, aut ſententiam ferat.

Col. 677. *lin.* 48. ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως) haec verba Interpres Codini vertit; praefectus inſtrumento ſacro, ſic dicto a forma, quod ad commoditatem anſata ſunt inſtrumenta, & aucta manubrio, quod Graeci πόδα, ſive ποδεῶνα dicunt.

Col 697. *lin* 33. Primicerii etiam Primi ordinum, ſive functionum tam in Eccleſia, quam in palatio, & militia. Male Alciatus docet, Primicerium dici primum Notariorum Principis, quod acta Principis εἰς τὸ κήρωμα, in ceram tabulaſve cereas, ſive matriculam referant. In voce πριμμικήριος μ geminatur ex abuſu recentiorum Graecorum, qui literam geminare ſolebant in medio vocum. Μέγας πριμμικήριος apud Codinum idem, ac ille, quem Galli vocant Magnum Magiſtrum Duplex ille, eius functio nempe in palatio, & in foſſata.

Col 706. *lin. ult.*

ΠΡΩΤΑΠΟΣΤΟΛΑΡΙΟΣ.

Πρωταποστολάριος apud Codinum dicitur primus Doctor Apoſtoli, ſive primus Doctor, qui in Eccleſia magna Conſtantinopolitana Apoſtolum legebant: alii enim Evangelium, alii Apoſtolum, interpretabantur.

Col. 709 *lin.* 6 Πρωτοασηκρῆτις) Interpres Codini exiſtimat hunc eſſe, qui praeſes concilii dicitur. Nam ſecretum tam apud Graecos, quam apud Latinos dicitur locus, in quo iudicia exercebantur.

Ibidem lin. 45 Πρωτοβεστιαρίτης Interpres Codini dicit, Protoveſtiaritem differre a Protoveſtiario, quum Protoveſtiarius ſignificet Praefectum rei veſtiariae Imperatoris, Protoveſtiarites vero Praefectum veſtibulo imperatorio, quod Graeci recentiores βεστιάριον dicunt veſtibulum.

Col. 710. *lin.* 23. Gallice *Grand Veneur*.

Ibid. lin. 36 Πρωτοκανόναρχος Erat primus, cui incumbebat officium cogendi canones ſynodales, & alia.

Col. 711. *lin. ult.* Gallice, *Grand Veneur*.

Col. 712. *lin.* 28. Protonotarius eſt ianua Catacoelorum, id eſt, Parochorum ſeu Parochiarum urbis Conſtantinopolitanae pallorum; qui enim accedere volebant ad Patriarcham, Protonotario utebantur, tanquam admiſſionali, ſive ut Feſtus loquitur, admiſſivo, & viciſſim ea, quae deferenda erant his Parochis a Patriarcha, pittaciis, ſive brevibus deferebat.

Col 715. *lin* 7. Πρωτοστάτορ, ſive Πρωτοστάτης, differt a Protoſtratore, qui ſignificat Gallice *Mareſchal de camp*, quorum duplex erat munus, alterum, ut praeirent ad caſtrorum commodam metationem, alterum, ut excurrentes transfugas, & praedones coercerent; huncque Latini curſorum defenſorem vocant, Galli vero, *Prevoſt des Mareſchaux*. Protoſtator vero, vel Protoſtates praeſidem ſignificat, & protoſtalia praeſidatum L. 8. C. *de muneribus matrim.*

Col. 716. *lin.* 30. Πρωτοψάλτης. Erat inter dignitates magnae Eccleſiae Conſtantinopolit., ut refert Codinus; differebat a Praefecto

cto canticorum, de quo etiam Codinus.

Col. 720. *lin.* 11. Referendarius poteſt dici Latine Relator. Tullius ad Atticum: *Incipiam ſperare etiam conſilio Senatus, auctore te illo Relatores, Pompeium, & Caeſarem coniugi poſſe.*

Col. 735. *lin. ult.*

ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΟΙΣ ΛΑΖΑΡΟΙΣ.

Σάββατον τοῖς Λαζάροις. Apud Codinum eſt vigilia feſti Palmarum. Vid. Man. Comneni Novell. I.

Col. 736. *lin.* 26. Σάγισμα. Idem eſſe quod σάγμα (de quo infra) docet Codini Interpres.

Col. 737. *lin.* 7. Σαγμάριος. Apud Codinum de officiis aulae ſcribitur τζαγμάριος.

Col. 739. *lin.* 11. Codinus dicit, Sacellarium magnum eum eſſe, qui virilia, & muliebria monaſteria obtinet, & ad hanc rem adminiſtrum habet praefectum monaſteriis, ubi Iunius docet, cum ſacellarium dici, modo qui Deo dicatis hominibus praeeſt, modo eum qui templis domibuſque ſacris.

Col. 741. *lin.* 21. Σάλιβα. Vox eſt Arabica militarem clavam ſignificans vocantque *Tzalibam*: Ita etiam Capitanei Turcae geſtant *Tzauzlar*, (quod idem eſt) quando ante Imperatorem Turcicum praecedunt.

Col. 747. *lin.* 31. Non dicit expreſſe Zonaras, Sebaſtocratoris dignitatem, ſive honorem & titulum tanquam novum ab Alexio Comneno fratri ſuo datum; ſed dicit, quod Alexius, quum fratrem honorare vellet, hanc dignitatem praetulit Caeſareae dignitati, quum tamen Sebaſtocratoris dignitate prior, & nobilior eſſet. Nam Caeſar erat primus ab Imperatore: vide ſupra in voce Καῖσαρ. Nota etiam, quod Sebaſtocrator ab Alexio Comneno, quum Irenem filiam Alexio Palaeologo deſpondiſſet, δεσπότης dictus eſt, quem titulum Sebaſtocratores retinuerunt.

Col. 748. *lin.* 33.

ΣΕΙΡΟΜΑΣΤΙΝ.

Σειρομάςιν. Alii haſtam, alii lanceam, alii ſpeciem iaculi, alii inſtrumentum quoddam ferreum anſam, vel manubrium habens ligneum interpretantur. Σειρομάςις, vel σειρομάςιξ componitur ex σειρὸς, id eſt ſcrobs, cavum, & μάςιξ, id eſt flagellum; ferream clavam ſignificat, quo laterones principum Turcarum utuntur ad arcendos, & pellendos homines. Galli vocant maſsue d'armes. Vid. ſupra vocem ματλοῦκα.

Col. 753. *lin.* 12. Σεκρέτον. Dicitur Codino locus Conſtantinopolitanus, in quo codicilli cuſtodiebantur, eoſque patricii ibi accipiebant.

Col. 755. *lin.* 53.

ΣΗΠΤΕΜΒΡΙΟΣ.

Σηπτέμβριος. September menſis? notandum ex Codino, & aliis, Graecos Hebraeorum uſu, annum civilem coepiſſe a calendis Septembribus.

Col. 763. *lin.* 10.

ΣΚΑΛΑ.

Σκάλα. Codino eſt, quod Budaeus vertit *ſubicem pedaneum*; Tuſanus, *ſtapedem*; & Interpres Codini, *ſtapiam*.

Col. 765. *lin.* 1.

ΣΚΑΡΑΝΙΚΟΝ.

Σκαράνικον. Interpres Codini vertit pallam, ſive veſtem laxam & fluentem, dicitque hanc vocem mutuatos eſſe Graecos a Chaldaeis & Aſsyriis, apud quos Secharani ſonat, quicquid in ambitum late funditur.

Col. 767. *lin.* 11.

ΣΚΕΠΤΡΟΝ.

Σκήπτρον, ſceptrum ſignificat inſigne regium, baculum, fuſtem, contum, cui appenſum eſt flammeolum, ſive vexillum. Interpres Codini.

Col. 772. *lin.* 1. Σκουτάριον. Interpres Codini docet non eſſe ſimplex ſcutum, ſed ſcutum cum theca.

Col 780. *lin.* 10. Σύλτανος. proprie dominatorem haec vox ſignificat.

Col. 782. *lin.* 15. Σορύλιον, vocatur Macrobio ſabulum, vel ſabbulum, unde ſabulones, qui illud inſtrumentum geſtant. Erat autem inſtrumentum grande vaſtitate, & ſono, quod fidibus tendi, & plectro pinſi poteſt.

Col. 793. *l.* 15. Στέμμα erat textile aureum cum margaritis & lapillis poſitum ad Imperatoris frontem, & pone revinctum cerebrumverſus.

Ibid. Interpres Codini explicat gyratam coronam.

Col. 794. *lin.* 38.

ΣΤΗΛΗ.

Στήλη, id eſt columna. Codinus hac voce uſus eſt pro conto, cuius veruto erat impoſita equeſtris ſtatua Imperatoria in copiis navalibus.

Col. 809. *l.* 53. Cauſa haec eſt, quod quum Theophilus equum aſcendiſſet extra Conſtantinopolin equitaturus, & mulier quaedam exclamavit, equus in quo adſidet Imperator, meus eſt; hoc audito interrogavit eam Imperator, quomodo hoc eveniſſet, & ſcivit ex ea, ſtratorem (is eſt qui dominum equo imponit) vi ſubſtuliſſe. Hac de cauſſa, de equo deſcendit, mulierique reſtituit. Exinde ſtatutum eſt, ut equi ſemper parati eſſent, quoties Imperator equitare vellet.

Col. 811. *lin.* 28.

ΣΦΕΝΔΟΝΗ.

Σφενδόνη. Apud Codinum ſumitur pro funda,

da, Pala annuli, unde παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης, accubitor fundae, id est custos sigilli regii, gallice, *Garde des Sceaux*.

Col. 812. *lin.* 3. alii σφραγίδα interpretantur suffragium eligentium clericorum, quorum alterum vocabatur sigillum minus nempe suffragium obsignatum, quod singuli ex iis, qui ius eligendi habebant, exhibebant in electione Clerici; alterum dicebatur sigillum maius, nempe illud suffragium, quod praecipui ex sacerdotum coetu in designatione, sive praesentatione, (ut vulgus vocat) Clerici electi ferebant, ut intronisaretur, & consecraretur a praeside sacrorum, qui ἱερομνήμων a Codino vocatur.

Col. 815. *lin.* 25. Σωλέας. Codino pars templi interior, quae solem Orientem spectat, id est Chorum, ut vult Codini Interpres.

Col. 820. *lin.* 6. Ταμπάριον. Germani inferiores dicunt *tabbart*.

Col. 822. *lin.* 23.

ΤΑΒΕΙΑ.

Ταβεῖα. Apex, sive superior umbellae pars in conum adsurgens, fastigiata. Codinus de Imperatoris Constantinopolit. vestimentis loquens.

Col. 828. *lin.* 43.

ΤΕΤΡΑΣΤΥΛΟΝ.

Τετράςυλον. Vestibulum inferius palatii Constantinopolitani a quatuor columnis, quibus distinguebatur, dictum: nulli licebat ultra illud vestibulum equitare.

Col. 833. *lin.* 32.

ΤΖΑΚΟΝΕΣ.

Τζάκονες. Quasi λάκονες, ut vult Nicephorus Gregoras lib. IV. Hi constituebant quartum ordinem custodiae Imperatoris, ferebantque hastas praelongas, Gallice, *piques*.

Col. 835. *lin.* 7.

ΤΖΑΤΣΙΟΙ.

Τζάτσιοι. Apud Codinum μεγάλοι dicuntur, quasi dicas (ut coniicit Interpres Codini) magnos copiarum duces. Vox Orientalis.

Col. 846. *lin.* 23. Τυβία. Sunt parvi tubi propendentes in longitudinem tibiae, unde est τύβλοι recentioribus Graecis, qui Latinis tubuli.

Col. 852. *lin.* 29. Τρεύα. Gallice, *treves*, induciae belli.

Col. 854. *lin.* 41.

ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΝ.

Τρικλίνιον. Triclinium apud Codinum, quod erat ante cellam Imperatoris.

Col. 861. *lin.* 44.

ΤΡΟΥΛΗ.

Τρύλη. Vocem Interpres Codini explicat cavum, putatque esse vocem gallicam *trou*. Trulla erat locus palatii Constantinopolitani concameratus, unde synodus in Trulla, quae sexta dicitur universalis, habitaque fuit in eo loco.

Col. 878. *lin.* 22.

ΦΑΚΕΟΛΙΔΑ.

Φακεολίδα. Sudarium, sive Strophium, Itali vocant *fazzolo*.

Col 884. *lin.* 41 Φλάμουλον. Flammeum, vel flammulum labarum, sive signum Imperatorium, Gallice *l' oriflambe*, quod signum praefertur, cum Rex, vel Imperator. adest.

Col. 887. *lin.* 18 Φοίνικες, vittae oblongae, quibus tanquam loris obtectae sunt suturae apicis, sive superioris partis umbellae. Codinus vestitum Imperatoris Constantini describens: eius Interpres vertit taeniam.

Col. 889. *lin.* 34.

ΦΟΣΣΑΤΟΝ ΕΛΑΦΡΟΝ.

Φοσσάτον ἐλαφρὸν. Codino est manus militum levis armaturae.

Col. 894. *lin.* 36. Φοῦτα dicitur Orientalibus puella ab Arabica voce *pabuta*, sive *plaabuta*, id est, puella, a *pabut* parvulus. Itali, & Hispani vocant puellam *puta*.

Col. 895 *lin* 38. Φράγγος. Francus. Notandum est, per Francos intelligi apud Nicephorum Gregoram, & recentiores Graecos non tantum Gallos, sed etiam Siculos, & Italos, quia illis temporibus Franci Siciliae regnum, & maximam Italiae partem tenebant.

Col. 900 *lin.* 9. Futilia dicit esse Interpres Codini, quae nihil ad rem militarem conducunt, sed potius sunt impedimenta.

Col. 906. *lin.* 23.

ΧΑΡΤΩΝ.

Χαρτῶν. Tessera quadraria, Gallice, *quartier*.

Col. 906. *lin.* 23. Chartularius multum, & dignitate, & officio a Chartophylace differebat, constituturque erat chartis publicis, tabulis, & instrumentis curandis, ut ex 13. Cod. de canone larg tit. patet. Vulgus Germaniae *Registratorem* vocat.

Col. 908. *l.* 15. Illa constitutio est Novell. 4. Alexii Comneni.

Col. 910. *lin.* 16. Manica est insigne accipitrarii.

Ibid. lin. 17. Χειροτονία, saepe pro electione, saepe pro ordinatione Clericorum accipitur.

Col. 917. *lin* 24.

ΧΡΥΣΑΣΠΡΟΝ.

Χρύσασπρον, id est, aureum album. Vox composita ex Graeco, & Arabico. Χρυσὸς enim Graece significat aurum, & *aspra* Arabibus est album, unde *aspri* apud Turcas, & Orientales est species nummi.

Col. 918. *lin.* 6. Χρυσόβουλλα. Erant consti-

tu-

tutiones, quae ex Imperatorum, Principum, ordinumque sententia summa consensione fiunt, vimque habent contractus publici.

Ibid. lin. 39. Χρυσοκλαδάριον, ramus, sive ramusculus aureus. Codini Interpres.

Post haec Supplementa addamus Castigationes Glossario Rigaltiano a *Meursio* adscriptas, quae sunt insequentes.

Io. Henr. a *Geelen* ad *Henr. Brakerum* Epistola, notas, & emendationes Meursianas Glossario Rigaltiano adscriptas complectens, transcriptas e *Bibliothecae Lubecensis* Volumine IV. obs. 4. pag. 646. 652. Lubec. 1726. 8.

QUam valde tua multam, reconditamque doctrinam spirans epistola, adfinis honoratissime, ad me humanissime perscripta, ornat primum huius Bibliothecae volumen, tam recentes tibi pro hoc insigni favoris documento persolvo gratias, atque ut nostram Bibliothecam porro doctissimis tuis, ac minime vulgaribus meditationibus illustres, & illorum, quos in colligenda eadem, atque edenda laboris habeo socios, & meo nomine, ea, qua par est, ratione rogo. Utinam vero possem ex meo penu talia reddere, qualia ex tuo suppeditasti, polita scilicet, selecta, acuta, elegantia! Sed quum frustra hoc tentarem; mecum enim habito haud ignorans, quam curta mibi sit supellex; opportune recordabar cimelii cuiusdam literarii, quod ante aliquot annos in manus meas incidit, ex quo spero me posse depromere, quae tibi forsan haud displiceant. Amas enim studium criticum, & praestantissimam litteraturam Graecam habes in deliciis. Patere igitur, Fautor optime, ut mearum loco tecum hac vice communicem observationes quasdam Io. Meursii *Antiquarii, Philologi, & Critici cum paucis comparandi. Scilicet possideo* Nic. Rigaltii Glossarium Τακτικὸν μιξοβάρβαρον, de verborum significatione, quae ad Novellas Impp. qui in Oriente post *Iustinianum* regnaverunt, de re militari Constitutiones pertinent. *Lutet.* 1601. 4. *& illud quidem exemplar, quod* Meursio Rigaltius *donavit. Indicant hoc verba, quae manu pereleganti* Rigaltius *in fine tituli scripsit*: Eruditiss. Humaniss. que Viro D. Io. Meursio Nicolaus Rigaltius D. D. *Huic Glossario manu sua, quae doctis male pingentibus eundem adscribit, varia adlevit* Meursius, *quibus vel emendat aliquid, vel illustrat, vel supplet, digna, quae non lateant in tenebris, sed protrahantur in lucem, & aliquando novae perrari huius Glossarii editioni inserantur. En ergo illa, bona fide excerpta.*

P*AG.* 5. *lin.* 10. ἀλλαξιμάριον) ἀλλαξιμάτιον παρὰ τὸ ἀλλάσσειν τὰ ἱμάτια. Atque *sic* (hoc) rectius quidem esset, sed medio illo aevo ἀλλάσσειν simpliciter pro *permutare vestem*, & ἀλλάγματα, sive ἀλλαγὰς pro *mutatis vestibus* dicebat. Itaque non temere ausim mutare. Invenies apud Curopalatem pag. 135. 137.

Pag. 17. *lin.* 10. ὀπισθοκαρβίων) ὀπισθοκυρβίων.

Pag. 21. *lin.* 6. δομόσια) δημόσια.

Pag. 24. *lin.* 5. Ασία) Ansula vid. pag. 156 v. antep.

Pag. 32. *lin.* 5. φρονοῦντας) φορνοῦντας.

Pag. 33. *lin.* 9. Βηρύτται) Veruta Latinorum. Nihil aliud.

Pag. 46. *lin.* 5. μονοήρεις) μονήρεις:

Pag. 50. *lin.* 4. Iustinian. Novv. πέ) item Basilic. Lib. LVII. pag. 479.

Pag. 58. Ἔμφωτον, intervallum, vid. pag. 67. lin. 16.

Pag. 59. *lin.* 17. Dagus) Gallicum [Vng] Dais.

Pag. 92. *lin.* 13. κονταρέτοι) Analogia iubet utrobique rescribere κονταριάτοι a κοντάριον.

Pag. 93. *lin.* 2. 3. Κονδὰ. Corona pretiosa: Corto. κονδὸς 'μικρός) id est, *curtus*. Porro haecce [Graeca] verba iuvanda interpunctione: κονδὸς, μικρός. Hoc item vult significare, κονδὸν, nihil aliud esse quam *curtum*. Id quod ex citatis hic locis satis apparet. Et expresse in glossario: κονδὸς, curtus. Item. κολοβὸς, ὁ κονδὸς Curtus. Infra in hoc ipso Rig. 131. 144.

Pag. 114. *lin.* 6. Μάτα, δρουγγιστὶ, ὁμοῦ simul) Errat Rigaltius. Nam μάτα non est *simul*, quod existimat, sed Latina vox *massa*, Gloss. graeco-lat. μάτα, ὁ βῶλος, massa. Item latino-graecae: Massa, μάτα, φύραμα. Hinc apud Leonem Naumachicis: μάτας ξιφοειδεῖς. Cum vero idem auctor dicit δρουγγιστὶ, ἤγουν ὡς μάτα, vult dicere *dense*, vel *massa aliqua*. Clarius alibi loquitur: δρουγγιστὶ τάσσεται (τάσσονται) ἤγουν ὁμοῦ ὡς μάτα. Hinc ματίον forma ὑποκοριστικῇ (ριστικῇ) apud Suidam in κυμβία. Κυμβία, ματία τῶν χρυσίων.

Pag. 115. *lin.* 2. Ματλούκια) Ματλούκης etiam nomen proprium apud Nicetam in Man. Comneno lib. VII.

Pag 138. *lin.* 1. Fortasse legendum εἴδους ἀλεύρου) Nihil est mutandum. Glossae veteres: Βουκελάος (Βουκελάτου) ἄρτου ἐλαφροῦ, ὃς λέγεται κολλίκιον.

Pag.

Pag. 141. *lin.* 14. τράφυ) fortasse τάφρυ.

Pag. 149 *l.* 5. Μπόρτα) Praeponebant recentiores Graeci τὸ μ vocibus. Sic infra p. 203. μπούλτερ. Porro hinc πορτιόν, & πορτίκιον dicebant ὑποκοριστικῶς. Codin. Constantinop.

Pag. 154 *lin.* 1. κονταράτοι) κονταριάτοι a κοντάριον.

Ibid. lin. 9. 10. Ρογεύεσθαι, τὸν ὀψονιασμὸν παρέχεσθαι) Balsamon in responsis: οἱ στρατιῶται, φασὶν, ἰδίοις ὀψονίοις ὐκ ἀνατρέφονται.

Ibid. l. 10. Roga) Niceta in Man. Comn. lib. I. καὶ ῥόγαντῶν ἐν τοῖς κατέργοις στρατιωτῶν τεταγμένων.

Ibid. lin. 16. Opinator) lege Opsonator. Firmat quod supra. Ρογεύεσθαι, τὸν ὀψονιασμὸν παρέχεσθαι. In Latinis quoque Glossis stipendium vertitur ὀψώνιον στρατιωτικὸν, μισθὸς στρατιωτικός. Glossae Graecae videntur pro quovis stipendiario milite accipere, sed non recte, & error est. (*Haec primum scripserat Meursius, deinceps vero addidit sequentia:*) Sed iam muto sententiam, & rursum τὸ *Opinator*. L. Missi. C. Th. de Exactoribus: *Missi opinatores cum delegatoriis indicibus, eorumque officiis insistant, ut intra anni metas id quod debent accipiant.* Hinc illud in Glossis Isidori: *Militaris opinatus*, id est, vetus miles. Item istud: *Opinatores, existimatores, vel arte militares:*.

Pag. 165. *lin.* 9. Interscapulum) Gloss. Interscapulum, μετάφρενον. Sed leg. *Interscapulium*, qua forma Interfluminium, Intermetium, Intermodium, & talia.

Pag. 190. *lin.* 2. τὰ σινάκια) leg. τασινιρίκια.

Pag. 191. *lin.* 5. τζιττά) Sica, itaque fortassis erit τζικά.

Pag. 195. *lin. ult.* ὀπισθοτελίνων καὶ ἀντελίνων) Postilena. Antelena.

Pag. 207. *lin.* 19. Μύλτω) vid. Glossar.

Pag. 211. *lin.* 12. χουτία) χυτία sunt, quae nos vocamus, Goelinghen.

Pag 214. *lin. ult.* ἐν ταῖς κύλκαις) lege ἐν ταῖς σκύλκαις. Sunt autem σκύλκαι *stationes*, quas vulgo Sentinellas ex Gallico idiomate adpellamus.

Haec sunt, Vir doctissime, quae Meursius ad illud, quod adservo, Glossarii Rigaltiani exemplum adnotavit. Ipsam magni huius Critici manum, & ex aliis documentis, & ex eiusdem Glossarii Graeco-Barbari collatione indubitato cognovi. Hoc enim si evolvamus, praesertim in voce μάτα, *deprehendemus, ea, quae ibi commentatus est, cum iis quae Glossario Rigaltiano adscripsit, exacte in plerisque convenire.*

NB. Parenthesews signis inclusa indicant MS. Meursiani veras lectiones, a quibus Cl. Selenius aberravit.

Specimen Supplementorum Glossarii Graeco-Barbari, quae in margine exempli, quod in Bibliotheca Wolfiana adservatur, eruditus quidam Gallus scripsit.

COl. 148. *lin.* 37. Interpres Codini dicit ἀγγυρωτὸν esse vocem Persicam, & significare petasum, ceu camisiam tabellariorum; angari enim Persis tabellarii dicuntur.

Ibidem lin. 32. τὰ ἅγια, id est, sacramenta corporis, & sanguinis Domini.

Ibidem lin. 41. Ἁγία θυρία apud Codinum pro porta Chori; & notae Codini interpretis. Τὸ ἅγιον βῆμα Codino est adscensus sacer, quo ad altare summum itur.

Col. 151. *lin.* 18. Ἀγρυπνίαι. Codino vigiliae festorum cum ieiunio.

Col. 153. *lin.* 30. Vid. Constit. 10. Leonis, Mauritii, Strat. lib. 1. cap. 9.

Col. 154. *lin.* 64. Adnumiastum Censorem interpretatur Codini Interpres, qui lustrat, & recenset copias secundum nominum descriptionem, quae singuli professi sunt, & post lustrationem nummos erogat viritim.

Col. 156. *lin. ult.* Interpres Codini vertit replum, seu imam umbellae partem.

Col. 169. *lin.* 9. de hac voce vid. Codinum de officiis aulae, ubi dicit ἀλόγιον, id est equitatum, ceu cohortem equitum; deducunt hanc vocem a voce orientali *halac*, quod est ire, nam maximus equorum usus est in itinerum commoditate. Ita ex halac dicitur etiam ἄλογον, id est, brutum, unde Galli dicunt: *ma beste*, & Itali *mia bestia*, pro equus meus. Ἀλογάτορ dicitur equitatus praefectus, & μεγαλοαλογοῖται, qui magnis equis pugnant apud Codinum.

Col. 171. *lin.* 39. ἀμηράλιος, alia voce thalassiarchus vocatur, estque vox Arabica, & Graeca. Nam amira, vel amiras Arabibus, id. est Imperium obtinens, & ἅλιος est marinus.

Col. 176. *lin.* 53. Anekara Arabibus sunt lebetes vocales.

Col. 177. *lin.* 4. Interpres Codini vertit pluteum, manuale quod vice manuum fungatur sustinendis librorum similiumque sarcinis.

Col. 185. *lin.* 8. ἀντιμίνσιοι, antemensales dicebantur, qui ad communionem sacram primum recipiebantur, scilicet praeeunte praefecto antemensalium, de quo Codinus, qui eos sacrae mensae admovebat.

Col. 186. *lin.* 3. Dux levis armaturae, Leo Constitut. 3. *Col.* 192. *lin.* 38. Vid. Suidam Leonis Constit. II. Porphyrog. Them. 1.

Col. 193. *lin.* 1. Vid. Leonis Constit. 6. Mauritii Strateg. lib. I. cap. 2.

Col. 196. *lin.* 51. Apocrisiarius etiam apud Codinum significat eum, qui legationibus audiendis referendisque & responsis ab Imp. dandis constitutus erat.

Reliqua quoque lubens mittam, simulatque intellexero, haec Viro Praestantissimo non displicere.

Cur cetera Vir eruditiſſimus & humaniſſimus mittere non perrexerit, mihi divinare non eſt; nam rem gratiſſimam mihi facturum litteris ad Amicum datis ſignificavi. Itaque, quando aliter fieri non poteſt, hoc ſpecimine contenti erimus, & eo magis, quo evidentius haec omnia poſt Ducangiani Gloſſarii mediae, & infimae Graecitatis minime neceſſaria deprehenduntur. Habe igitur, Lector Benevole, ita inluſtratum ornatumque Lexicon Graeco-Barbarum Meurſianum, non inutile ſaltem, ac ſupervacaneum futurum Eruditis, qui litterarum Studiorum origines, & progreſſiones cognoſcere amant: poſt Meurſianum enim tamdem, aliorumque doctorum virorum eiuſmodi commentationes, *Ducangius* illud ſuum locupletiſſimum, & abſolutiſsimum Lexicon elaborare & perficere potui. Vale.

DE-

DENARIVS
PYTHAGORICVS

SIVE

DE NVMERORVM, VSQVE AD DENARIVM, QVALITATE, AC NOMINIBVS, SECVNDVM PYTHAGORICOS.

LIBER SINGVLARIS.

VIRO CLARISSIMO, AC PRAESTANTISS.

GERARDO IOANNI VOSSIO

ELOQVENTIAE, CHRONOLOGIAE,
ET LINGVAE GRAECAE
PROFESSORI:
VT MVLTIPLICIS DOCTRINAE
FAMA CELEBRI
SIC VIRTVTE ETIAM
VARIA EXCELLENTI:
PIETATIS, PROBITATIS,
HVMANITATIS, ET CANDORIS
EXPRESSO EXEMPLO:
HOC MEI IN IPSVM AFFECTVS
MONVMENTVM,
A QVO DOLVS MALVS ABEST,
APVD EXTEROS, POSTEROSQVE,
EXSTARE VOLVI

IOANNES MEVRSIVS

DABAM SORAE DANORVM,
AD DIEM x. MARTII
cIↃ IↃc xxx.

IOANNES MEVRSI
DENARIVS PYTHAGORICVS
SIVE
DE NVMERORVM, VSQVE AD DENARIVM, QVALITATE, AC NOMINIBVS, SECVNDVM PYTHAGORICOS.
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Numeros invenit Minerva, aut Palamedes; Arithmeticen Pythagoras: eiusque, & sectatorum de numeris opinio; atque illa libris propriis pertractata ab Aristaeo, Megillo, Nicomacho, Philolao, & Auctore innominato. Gregorii Nysseni liber, De anima, ex Nemesii duobus capitibus transscriptus: aut contra. Gregorii in eo locus emendatus. Numerus Anima, Mundus, Deus *adpellatus. Lysis, & Opsimus Pythagorici: ac de Opsimo Athenagoras restitutus. Numerus etiam* Principium *dictus.*

NVmerorum inventio attribuitur Minervae. Livius lib. VII. *Eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit.* Ab aliis, numeros invenisse Palamedes memoratur. Athanasius in Orat. adversus gentes. Τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν, καὶ ἀριθμὸς, καὶ μέτρα, καὶ σάθμια, Παλαμήδης ἐφεῦρε. *Litterarum structuram, & numeros, & mensuras, & pondera Palamedes invenit.* Plato De republ. lib. VII. Παγγέλοιον γῦν, ἔφlω, σρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ ὐκ ἐννενόηκας, ὅτι, φησιν ἀριθμὸν εὑρὼν; *Ridiculum omnino, inquam, Imperatorem in tragoediis Agamemnonem Palamedes passim ostendit; nonne animadvertisti, ipsum dicere, quod numerum invenerit?* Iocasta, apud Euripidem in Phoenissis, ab AEqualitate eos constitutos esse dicit.

Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σαθμῶν,
Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.

Etenim mensuras hominibus, & partes ponderum,
AEqualitas ordinavit, & numeros constituit.

Sunt qui Arithmeticen Pythagorae inventum tradant. Auctor Altercationis Synagogae, & Ecclesiae cap. I. *Arithmeticam Samius Pythagoras invenit, Nicomachus scripsit.* Isidorus in Chronico. *Pythagoras quoque, philosophus, & Arithmeticae artis inventor; & Pherecydes, Historiarum primus scriptor; atque Xenophanes, tragoediarum inventor, insignes habentur.* Iterum Orig. lib. III. cap. II. *Numeri disciplinam primum apud Graecos Pythagoram autumant conscripsisse: ac deinde a Nicomacho diffusius esse compositam.* Et ex eo Beda lib. De Computo. *Primus scientiam numeri habuit Pythagoras apud Graecos.* Deinde ipsum hunc Isidori locum citat. Ac scripsisse etiam de ea sunt qui velint. Cedrenus. Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος, τὴν ἀριθμητικὴν ἔγραψε. *Pythagoras vero Samius Arithmeticam scripsit.* Quo pertinent etiam illa Isidori verba, statim citata ex Orig. lib. III. cap. II. *Numeri disciplinam primum apud Graecos Pythagoram autumant conscripsisse.* Ac summum sane in ea scientia bonum situm existimabat. Theodoretus Therapeut. XI. Ὁ δὲ πολυθρύλλητος Πυθαγόρας, τὴν τελεωτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην, ἔσχατον ὑπελάμβανεν ἀγαθόν. *Celeberrimus autem Pythagoras, summum hominis bonum in exactissima numerorum scientia positum esse existimabat.* Quin & eius sectatores, varias numeris qualitates, ut & nomina, tribuerunt; ac de iis propriis quoque monumentis tradiderunt, Aristaeus, Megillus, & Philolaus: quorum testimonia profert Auctor quidam innominatus in eo Opere, quod inscripsit, Τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς. Quod praeclarum Antiquitatis in eo genere monumentum ad manus nostras pervenisse est quod nobis gratulemur. Edidit autem id Lutetiae olim Christianus Wechelus anno CIϽ IϽ XLIII. Scripsit etiam Nicomachus de eodem argumento libros duos, quos iniuria nobis temporis intercepit; ita tamen, ut non toti interciderint: nam excerpta conservavit, & exhibuit in praecla-

ra Bibliotheca sua Photius. Ex his, & incerto Auctore, quem laudavi, ac Scriptoribus item aliis, dabo operam, ut resarciam iacturam, quam Respublica literaria, ex amissis his operibus, passa fuit. Ac initio exponam, quae de numero in genere; inde, quae de pari, & impari; denique etiam, quae de singulis usque ad decimum censuerunt. In primis vero Animam numerum statuerunt, vi movendi praeditum. Hermias in irrisione Philos. gent. Οἱ μὲν γὰρ φασὶν αὐτῶν τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ, οἷον Δημόκριτος· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικὸν, οἷον Πυθαγόρας. *Nam alii dicunt, animam suam esse ignem, ut Democritus; alii numerum, movendi vi praeditum, ut Pythagoras.* Nemesius De natura hominis cap. II. Θαλῆς μὲν γὰρ, πρῶτος τὴν ψυχὴν ἔφησεν ἀεικίνητον, καὶ αὐτοκίνητον· Πυθαγόρας δὲ, ἀριθμὸν, ἑαυτὸν κινοῦντα. *Thales enim primus dixit, animam moveri semper, & per se moveri; Pythagoras vero, numerum adseruit, seipsum moventem.* Quae totidem verbis apud Gregorium Nyssenum occurrunt, in Orat. De Anima; quae tamen tota, ut inpraesens per occasionem id moneam, transscripta est ex Nemesii libro citato, duobus capitibus, secundo, ac tertio; nisi quispiam dicere velit, Nemesium potius duo haec capita, in rem suam accommodata, ex Gregorii Oratione transscripsisse. Porro, ut illud quoque moneam, apud Gregorium minus recte ἀκίνητον scribitur; nam quo pacto ἀκίνητος esse anima potest, si est ea αὐτοκίνητος? Et hoc obiter. Pythagorae hunc De Anima sensum, & Cicero nobis refert Tusc. Quaest. lib. I. *Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse; cuius vis, ut iam antea Pythagorae visum erat, in natura maxima.* Philoponus ad Phys. lib. I. Ξενοκράτης ὁ τούτου διάδοχος, ἀπ' ἀμφοτέρων ὁρίζεται τὴν ψυχὴν, εἰπὼν αὐτὴν ἀριθμὸν, κινοῦντα ἑαυτόν· διὰ μὲν τὸ γνωστικὴν εἶναι αὐτὴν τῶν ὄντων ἀριθμὸν εἰπὼν ὡς Πυθαγόρας. *Xenocrates, qui fuit huius successor, ex utrisque animam definit; dicens, eam numerum esse, seipsum moventem, numerum quidem illam dicens, ob rerum exsistentium cognitionem, ut Pythagoras.* Huc respexit Tertullianus lib. De Anima capit. XXXII. *Ceterum si, & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagorae viderem, & ideas Platonis offenderem, & entelechias Aristotelis occuparem, invenirem fors his quoque speciebus animalia, quae nomine contrarietatis opponerem.* Videndus quoque Theodoretus Therap. V. Proprie vero, sic binarium adpellarunt; ut ostendam, quum de eo sum acturus. Porro Substantiam vocabant. Alexander Aphrodisieus in pr. Anal. Οὐσία γὰρ κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς οἱ ἀριθμοί. *Nam, secundum Pythagoricos, numeri sunt substantia.* Atque proprie sic dicebant unitatem, ut ostendam, cap. III. Etiam Mundum dicebant. Philoponus ad Metaphys. lib. I. *Numerum vero (Pythagorei) dicebant, universum mundum, veluti qui ordinem numeri ferret.* Et hoc proprie quaternario, ac denario tribuebant; uti infra, suis locis, sum dicturus. Praeterea illum Deum esse statuebant. Photius in Iudicio de Nicomachi Theologumenis Arithmeticis. Θεοὺς τε καὶ θεὰς ἐπιθυμήσας ἰδεῖν τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τοῦτο διδοὺς αὐτοῖς διὰ μόνην τὴν ἰδιάζουσαν, καὶ ὡρισμένην ἑκάστου ποσότητα· οὐ φυλάττει ταύτην ἀκέραιον, εἰς τὸ θεῶν γένος ἀναφέρων αὐτούς. *Deos, & Deas, videre numeros cupiens, idque ipsis tribuens propter solam, proprium, & definitam uniuscuiusque quantitatem, hanc ipsam integram non servat, dum in Deorum ordinem numeros refert.* Et postea. Ἵνα γὰρ τοὺς ἀριθμοὺς θεοποιήσῃ, καὶ τῶν ὄντων τῆς οὐσιώσεως αἰτίας ἀναπλάσῃ, ἀφ' ἑκάστης τῶν εἰρημένων ἐπιστημῶν ἔνιά τινα τῶν θεωρημάτων τῇ πρὸς τοὺς ἀριθμοὺς ἐνυφαίνει θεοπλαστίᾳ. *Vt enim e numeris deos efficiat, eosdemque omnis essentiae rerum subsistentium auctores, ac causas effingat, e singulis iam nominatis disciplinis theoremata quaedam huic deorum effictioni intexit.* Lucianus in Icaromenippo. Τοῖς μὲν, ἀριθμός τις, ὁ θεὸς ἦν· οἱ δὲ, κατὰ κυνῶν, καὶ χηνῶν, καὶ πλατάνων, ἐπώμνυντο. *His quidem, numerus quispiam deus erat; illi vero per canes, anseres, ac platanos iurabant.* Irridet nempe eo loco Pythagoreos, ac Socraticos. Iterum in Vitarum auctione. Καὶ ἐπὶ τουτέοισι δὲ γνώσεαι τὸν θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα. *Ad haec etiam deum numerum esse cognosces.* Elegans quoque in hanc rem locus exstat apud Athenagoram in Apologia pro Christianis; sed corruptus, atque a nobis per occasionem istam emendandus. Λύσις δὲ καὶ ὄψει· ὁ μὲν ἀριθμὸν ἄρρητον ὁρίζεται τὸν θεόν· ὁ δὲ, τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν τὴν παρὰ τῶν ἐγγυτάτων ὑπεροχήν. Conradus Gesnerus, vir insignis, qui Orationem eam in Latinam linguam transtulit, vocem ὄψει, quum mendosam animadverteret, & Philosophi hic alterius nomen quoddam delitere admodum recte iudicaret, neque tamen id erueret; sic vertendum exsistimavit. *Porro Lysis, & alius quidam Pphilosophus.* Sed omnino rescribendum, Λύσις δὲ καὶ Ὄψιμος. *Lysis vero, & Opsimus.* Lysis, & Opsimus, Philosophi ambo Pythagorici fuerunt; & uterque a Iamblicho memoratur, inter Pythagorae Sectatores, in Catalogo eorum, quem contexit lib. I. cap. XXXVI. ubi Lysis inter Tarentinos ponitur; Opsimus, inter Rheginos. Porro numerum esse Deum existimatum, etiam iste Pythagoricorum versus indicat, apud Simplicium in Phys. lib. III.

> Κέκλυθι κύδιμ' ἀριθμὲ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν.
>
> *Audi clare numere, pater deorum, pater virorum.*

Observare etiam licet apud Hieroclem, in Commentario ad Pythagorae aurea Carmina. Et hoc proprie tribuebant Vnitati, uti illic ostendemus. Denique Principium rerum statuebant. Simplicius ad Phys. lib. I. Οἱ Πυθαγόρειοι τοὺς ἀπὸ μονάδος ἄχρι δεκάδος ἀριθμοὺς ἀρχὰς ἔλεγον τῶν ἁπάντων. *Pythagorici numeros ab unitate usque ad denarium rerum omnium principia esse dicebant.* Alexander Aphrodisieus ad Metaphysic. libro III. *Quae quidam in eos dicta sunt, quibus numeros*

meros omnium rerum principia, & elementa esse placebat, ut etiam magnitudinum essent principia. In hac autem sententia fuerunt Pythagorici. Et hoc ipsum ad Vnitatem referendum. Diogenes Laertius in Pythagora lib. VIII. Φησὶ δὲ κ̔ ὁ Ἀλέξανδρος, ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς, κ̔ ταῦτα εὑρηκέναι ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν· Ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων, μονάδα. *Refert autem Alexander in successionibus Philosophorum, etiam ista in Pythagoreorum Commentariis invenisse; Principium quidem omnium unitatem esse.* Hermias in Irrisione Philos. gent. Ἄλλοι πάλιν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς φυλῆς, Πυθαγόρας, κ̔ οἱ τούτου συμφυλέται, σεμνοὶ, κ̔ σιωπηλοὶ παραδιδόασιν ἄλλα μοι δόγματα, ὥσπερ μυστήρια. κ̔ τοῦτο δὴ τὸ μέγα, κ̔ ἀπόῤῥητον, τὸ, Αὐτὸς ἔφη· Ἀρχὴ τῶν πάντων ἡ μονάς· ἐκ δὲ τῶν σχημάτων αὐτῆς, καὶ τῶν ἀριθμῶν, τὰ στοιχεῖα γίνεται. *Alii rursum ab antiqua tribu, Pythagoras, eiusque contribules, graves, ac taciturni, alias mihi opiniones tradunt, tamquam Cereris quaedam initia; atque illud magnum sane, & arcanum,* IPSE DIXIT; *Principium rerum omnium est Vnitas, e figuris vero eius, numerisque, elementa fiunt.* Theodoretus Therapeut. II. Καὶ Πυθαγόρας δὲ ὁ Μνησάρχου, ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφησε τὴν μονάδα. *Pythagoras autem, Mnesarchi filius, principium rerum omnium dixit esse Vnitatem.*

CAP. II.

Numerus par infinitus, impar finitus. Themistii locus restitutus. Par, egenus, & imperfectus; impar, plenus, & perfectus. Par, mas; impar, femina; quique ex pari, imparique constitutus, ἀῤῥενόθηλυς. *Zaratae, praeceptori Pythagorae, quaenam placita. Numeri paris initium sinistrum, imparis dextrum. Numeri impares,* Γνώμονες *dicti, ac praestantiores habiti: prospera quoque significare, & vivorum proprii esse, diisque superis dedicati, & immortales putabantur. Convivia, pari convivarum numero, obmutescere credebantur.*

NVmerus omnis par, aut impar, atque hunc finitum esse, illum vero infinitum statuebant. Servius ad Virg. Ecl. VIII. *Varro dicit, Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum.* Eustrathius in Ethic. lib. I. Δύο συστοιχίας ὁ Πυθαγόρας ἐξέθετο, μίαν μὲν ταύτην, πέρας, περιττὸν· ἑτέραν δὲ ταύτην, ἄπειρον, ἄρτιον. *Duos ordines statuerat Pythagoras; unum quidem finem impar, alterum vero infinitum par.* De pare, atque infinito, Psellus in Phys. lib. III. *Et Pythagorici quidem, parem numerum infinitae esse naturae iudicabant.* Et postea. *Pythagorici parem (numerum) infinitum decernebant, ac celebrabant.* Themistius ad eumdem librum, mutilus est. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ Πυθαγόρου τὸν ἀριθμὸν τὸ ἄπειρον λέγουσιν. *Pythagorei quidem numerum infinitum dicunt.* Omnino restitue, Τὸν ἀριθμὸν τὸν ἄρτιον ἄπειρον λέγουσιν. *Numerum parem infinitum dicunt.* Neque enim simpliciter numerum quemvis infinitum statuebant, sed dumtaxat parem. Ipse paulo post. Διαφέρονται δὲ κ̔ ταύτῃ πρὸς τὸν Πλάτωνα οἱ Πυθαγόρειοι, οἱ τὸν ἀριθμὸν, οὐχ ἅπαντα ἄπειρον λέγουσιν, ἀλλὰ τὸν ἄρτιον μόνον· τοῦτον γὰρ εἶναι τῆς εἰς τὰ ἴσα τομῆς αἴτιον, ἥτις ἄπειρος· κ̔ τῇ μὲν αὐτοῦ φύσει, γεννητικὸν ἀπειρίας τὸν ἄρτιον εἶναι, ἐν οἷς ἂν ὑπάρξῃ· περαίνεσθαι δὲ, ὑπὸ τοῦ περιττοῦ. τοῦτον γὰρ κωλύειν τὴν εἰς ἴσα διαίρεσιν, προστιθέμενον τῷ ἀρτίῳ. *Sed & in eo a Platone differunt Pythagorei, qui non omnem numerum infinitum dicunt, sed solum parem; nam hunc esse caussam sectionis in partes aequales, quae infinita, ac natura quidem sua, quibus inest, infinitatem generare; finiri vero ab impari, quod pari adpositus, sectionem in aequales partes vetet.* Et mox. Οὕτως οὖν τοῖς Πυθαγορείοις ὁ ἄρτιος μόνος ἀριθμὸς ἄπειρος γίνεται. *Hunc igitur in modum numerus par solus Pythagoricis infinitus est.* Eadem illic etiam Simplicius dicit, & Philoponus. Praeterea, parem item egenum, & imperfectum, imparem, plenum, & perfectum dictitabant. Plutarchus, libro De Homeri Poesi. Ὁ γὰρ Πυθαγόρας, τοὺς ἀριθμοὺς μεγίστην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεῆ, κ̔ ἀτελῆ. τὸν δὲ περισσὸν, πλήρη τε κ̔ τέλειον ἀπέφηνεν. *Pythagoras enim, qui numeros maximam habere potentiam existimabat, omniaque ad eos referebat; parem quidem indigentem, & imperfectum; imparem vero plenum, ac perfectum ostendit.* Censorinus De die Natali capit. XX. *Impar numerus plenus, & magis faustus habebatur.* Masculum porro etiam imparem, feminam parem existimabant. Anonymus in Ptolemaei Tetrabiblum lib. I. Ὅσα μὲν γὰρ, φασιν, ὑπὸ περιττοῦ ἀριθμοῦ πέφυκε, ἐκεῖνα ἀρσενικά ἐστιν. ὅσα δὲ ὑπὸ ἀρτίου, θηλυκά. κ̔ γὰρ εἰώθασιν οἱ Πυθαγόρειοι λόγον τινὰ λέγειν τοιοῦτον. ὅτι ὁ ἄρτιος ἀριθμὸς, τὸ τμητικὸν ἔχει, κ̔ παθητικόν· ὁ δὲ περιττὸς, τὸ ἄτμητον, κ̔ ἀπαθὲς, κ̔ δραστήριον. διὸ ὁ μὲν, θῆλυς ὀνομάζεται· ὁ δὲ, ἄῤῥην. *Nam quaecumque, aiunt, ab impare numero generantur, ea mascula sunt; quaecumque vero a pari feminina, etenim solent Pythagorici sic statuere; numerum parem, sectioni, atque passioni, obnoxium; imparem utriusque expertem, & efficacem; ideoque ille quidem, femina ipsis nominatur, hic vero mas.* Alexander Aphrodiseus in Metaphys. lib. I. *Quinque vero adpellabant (Pythagorei) Nuptias, quia nuptiae sunt maris, & feminae coniunctio; quum autem impar numerus istis sit mas, par vicissim femina, hic primus ex primo numero pari, id est, duobus, & primo impari, idest, tribus gignitur. His enim, ut dixi, impar erat mas, par vero femina.* Macrobius in Somnium Scipionis lib. I. cap. VI. *Mas idem, & femina, est par idem, atque impar.* Ac postea. *Et esse imparem marem, parem feminam, superius expressimus.* Observare etiam licet apud Martianum Capellam De Nuptiis Philologiae lib. VII. tribus locis, ubi agit, de pentade, hexade, & heptade; item Anonymum in Theologumenis Arithmeticis, ubi de septenario agit; tum Iohannem Protospatharium ad Hesiodi ἡμέρας, Philonem de septe-

septenario; Clementem Strom. vi. & Homeri Scholiasten ad Iliad. τ'. Certe marem esse imparem numerum etiam Lutatius prodit ad Statii Thebaid. lib. v. *Dicitur impar numerus a Pythagora repertus, & masculinae virtutis*. Ideo numerus, qui ex pari, atque impari comparatus, idest, mare, atque femina, ἀῤῥενόθηλυς, quasi dicas *Virofemina*, vocabatur. Anonymus in Theologumenis Arithmeticis, ubi de numero senario. Ἐξ ἀρτίου, καὶ περιττοῦ, τῶν πρώτων, ἄῤῥενος, καὶ θήλεος, δυνάμει καὶ πολλαπλασιασμῷ γίνεται· διὸ καὶ ἀῤῥενόθηλυς καλεῖται. *Ex pari, & impari primis, mare, & femina, potentia, & multiplicatione nascitur, unde & virofemina dicitur*. Et hoc ante Pythagoram statuit Zaratas, eius praeceptor, qui primus numeri matrem dyadem, patrem unitatem dixit. Plutarchus De Animae creatione. Καὶ Ζαράτας, ὁ Πυθαγόρου διδάσκαλος, ταύτην μὲν (τὴν δυάδα) ἐκάλει τοῦ ἀριθμοῦ μητέρα· τὸ δὲ ἓν, πατέρα. *Et Zaratas, Pythagorae doctor, hanc quidem (dyadem) vocabat numeri matrem; unitatem vero patrem*. Praeterea imparis numeri initium, dextrum esse statuebat; paris vero sinistrum. Observare est apud Iamblichum de Vita Pythagorae lib. i. cap. xxviii. Εἰσιέναι δὲ εἰς τὰ ἱερὰ κατὰ τοὺς δεξιοὺς τόπους παρηγγέλλει· ἐξιέναι, κατὰ τοὺς ἀριστερούς. τὸ μὲν δεξιὸν ἀρχὴν τοῦ περιττοῦ λεγομένου τῶν ἀριθμῶν τιθέμενος· τὸ δὲ ἀριστερὸν, τοῦ ἀρτίου σύμβολον. *Templa ingredi per loca dextra praecipiebat, egredi vero per sinistra; quippe dextrum numeri, qui impar dicitur, initium esse; sinistrum autem paris symbolum*. Porro etiam numeri impares Γνώμονες adpellabantur. Simplicius in Phys. lib. iii. Γνώμονας δὲ ἐκάλουν τοὺς περιττοὺς οἱ Πυθαγόρειοι, διότι, προστιθέμενοι τοῖς τετραγώνοις, τὸ αὐτὸ σχῆμα φυλάττουσι, ὥσπερ καὶ οἱ ἐν γεωμετρίᾳ γνώμονες. *Gnomonas autem vocabant impares (numeros) Pythagorei, quoniam adiecti quadratis eamdem servant figuram, quemadmodum gnomones in Geometria*. Themistius ad eumdem Aristotelis librum, simpliciter de Arithmeticis illud dicit. Διὰ τοῦτο γνώμονας καλοῦσιν οἱ Ἀριθμητικοὶ τοὺς περιττοὺς, ὅτι φυλάττουσι τὸ εἶδος τοῦ τετραγώνου. *Propterea gnomonas vocant Arithmetici numeros impares, quod speciem quadrati retineant*. Philoponus ibidem. Καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ δὲ γνώμονας καλοῦσι πάντας τοὺς περιττοὺς ἀριθμούς. *Et Arithmetici vero gnomonas adpellant numeros impares omnes*. Etiam praestantiorem imparem esse existimabant. Iulianus in epistola ad Sarapionem. Καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὡς παλαιῶν, καὶ σοφῶν, ἀνδρῶν ὁ λόγος, τὸν ἀρτίου τὸν περιττὸν προκεῖσθαι. *Equidem non sum nescius veteres, eosdemque sapientes, imparem numerum pari praeposuisse*. Plinius lib. xxviii. cap. ii. *Impares numeros ad omnia vehementiores credimus*. Hinc Virgilius Ecloga viii.

——— *numero Deus impare gaudet*.

Atque id Pythagorei accepere a Zarata, qui Pythagorae praeceptor. Plutarchus De Animae procreatione. Καὶ Ζαράτας, ὁ Πυθαγόρου διδάσκαλος, ταύτην μὲν, ἐκάλει τοῦ ἀριθμοῦ μητέρα· τὸ δὲ ἓν, πατέρα· διὸ καὶ βελτίονας εἶναι τῶν ἀριθμῶν, ὅσοι τῇ μονάδι προσεοίκασι. *Zaratas quoque, Pythagorae doctor, hanc quidem vocabat numeri matrem; unitatem vero patrem; ideoque meliores esse dicebat eos numeros, quicumque unitati adsimiles essent*. Et Homeri haec sententia multo ante ipsum fuit, ut Plutarchus idem observat libro De Poesi Homeri. Ἀεὶ δὲ τῷ περιττῷ ἀριθμῷ χρῆται ὡς κρείσσονι. *Semper vero impari numero utitur tamquam meliori*. Et huc pertinet, quod convivia, pari convivarum numero, obmutescere crederentur. Plinius lib. xxviii. cap. ii. *Quin & repente obmutescere* (a) *convivium adnotatum est, nonnisi in pari praesentium numero*. Prospera quoque significare, & vivorum proprius esse censebatur. Lutatius ad Statii Theb. v. *Omnis impar numerus prospera significat, & vivis adscribitur*. Ac prosperum quidem fuisse etiam testis nobis Festus. *Imparem numerum antiqui hominibus prosperiorem esse crediderunt*. Ideo nempe in honorem eius numeri, Numa mensi Ianuario diem adiecit. Macrob. Saturn. lib. i. cap. xiii. *Paulo post Numa in honorem imparis numeri, secretum hoc, & ante Pythagoram parturiente natura, unum adiecit diem, quem Ianuario dedit*. Ac diis superis dedicatus. Idem ibidem. *Dicitur autem impar numerus a Pythagora repertus, & masculinae virtutis, & deorum superum*. Servius ad AEneid. lib. iii. *Inferi pari gaudent numero; superi vero impari*. Lutatius, loco citato. *Denique immortalis etiam putabatur: par, mortalis*. Servius ad Eclogam viii. *Et impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest; par numerus mortalis, quia dividi potest*.

CAP. III.

Vnitas, eiusque nomina, Νοῦς. Ἀρσενόθηλυς. Θεός. Ὕλη. Πανδοχεύς. *Simplicii dissidium*. Χάος. *Syriani dissidium*. Σύγχυσις. Σύγκρασις. Anonymus in Theologumenis Arithmeticis emendatus. Ἀλαμπία. Σκοτωδία. Χάσμα. Τάρταρος. Στύξ. Φρικωδία. Ἀμιξία. Βάραθρον Λήθη Στίφρα παρθένος. Ἄτλας Ἄξων. Ἥλιος. Μορφώ. Ζανὸς πύργος. *Procli, & Simplicii diversae sententiae*. *Simplicii locus emendatus*. Σπερματίτης λόγος. Ἀπόλλων. Προμηθεύς. *Photii locus restitutus*. Γονὴ Οὐσία. Αἴτιον ἀληθείας. Ἁπλοῦν παράδειγμα. Τάξις συμφωνίας. Ἴσον. Μέτρον Μέτριον. Νῦν. Ναῦς. Ἅρμα. Φίλος. Ζωή. Εὐδαιμονία. Εἶδος. Ζεύς. *Martiani Capellae locus correctus*. Ἔρως. Ὁμόνοια. Εὐσέβεια. Φιλία. Πρωτεύς. Μνημοσύνη. *Ignis, & Vestae communio*. *Anonymi locus illustratus*. Πυράλιος. Πολυώνυμος.

VNitatis varia habebant nomina; quae nos scimus ex Nicomacho Geraseno, cuius excerpta exstant hodie in Bibliotheca Photii, istis verbis. Λέγει δὲ τὴν μονάδα, ἀλλὰ τε οὐκ ὀλίγα τῶν πλασμάτων τῇ περὶ αὐτὴν ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς προσοῦσι φυσικοῖς ἰδιώμασι καταμιγνύς· καὶ ὡς Νοῦς τε εἴη, εἶτα Ἀρσενόθηλυς, καὶ Θεός.

(a) *Gronovius* observat in Plinii textu haberi *conticescere*.

Θεὸς, καὶ Ὕλη δ᾽ ἔ πως· πάντα χρήματα μιγνὺς ὡς ἀληθῶς, καὶ Πανδοχεὺς λοιπὸν, κ̀ χωρητικὴ, κ̀ Χάος, Σύγχυσις, Σύγκρασις, Ἀλαμπία, Σκοτωδία, Χάσμα· Τάρταρος, κ̀ Στύγα δὲ αὐτὴν τερατολογῦσι, κ̀ Φρικωδίαν, κ̀ Ἀμιξίαν, κ̀ Βάραθρον ὑποχθόνιον, κ̀ Λήθην, κ̀ Στίφραν παρθένον, κ̀ Ἄτλαντα. Ἄξων τέ ἐστιν αὐτοῖς, κ̀ Ἥλιος, κ̀ Πυράλιος, κ̀ Μορφὼ δὲ, κ̀ Ζανὸς πύργος, κ̀ Σπερματίτης λόγος· Ἀπόλλων τε κ̀ Προφήτης, κ̀ Λόγιος. *De Vnitate vero, praeter alia figmenta non pauca, quae rebus de ea veris, naturalibusque proprietatibus, in eam quadrantibus, admiscet, etiam illud refert; mentem banc esse, deinde Virofeminam, ac Deum, & materiam quodammodo. Eamdem res omnes revera miscere, & deinceps omnium receptricem esse, atque capacem; Chaos, Confusionem, Contemperationem, Obscuritatem, Tenebras, Hiatum. Tartarum insuper banc, imo Styga esse nugantur, & Horrorem, atque Impermistionem; Barathrum quoque subterraneum, Lethen, Rigidam Virginem, & Athlantem. Axis praeterea ipsis est, & Sol, & Pyralios, Morpho, Iovis arx, ac Seminalis ratio. Apollo adhaec, & Propheta, & Fatidicus.* Ecce autem, non dumtaxat Deum esse Vnitatem statuerunt, sed & Νῦν, *Mentem*, & Ἀρσενόθηλυν, *Virofeminam*. Idem adfirmat Anonymus in Theologumenis Arithmeticis. Λέγυσιν οὖν ταύτην (de Monade loquitur) ὐ μόνον Θεὸν, ἀλλὰ καὶ Νῦν, καὶ Ἀρσενόθηλυν. *Vocant itaque eam non tantum Deum, sed & Mentem, & Virofeminam.* Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. *Vnum autem, quod* Μονὰς, *idest, Vnitas dicitur, &* MAS *idem, &* FEMINA *est, par idem, atque impar; ipse non numerus, sed fons, & origo numerorum. Haec monas initium, finisque omnium, neque ipsa principii, aut finis sciens, ad summum refertur Deum, eiusque intellectum a sequentium numero rerum, & potestatum sequestrat; nec in inferiore post Deum gradu eam frustra desideraveris. Haec est illa* MENS *ex summo enata Deo.* Quod ad *Mentis* adpellationem attinet, eam quoque alii nobis repraesentant. Protospatharius in Hesiodum. Τὸ ἓν, ἔλεγον τὸν Νῦν. *Vnum dicebant* MENTEM. Hesychius. Νῦς, ψυχὴ, ποταμὸς, κ̀ ἡ μονάς. *Mens, anima, fluvius, & Vnitas.* Hermias in Irrisione Philosoph. Gent. Οἱ δὲ τὸν νῦν (φασὶ) τὴν κίνησιν, οἷον Ἡράκλειτος· οἱ δὲ ἡ Μονάδα, οἷον Πυθαγόρας. *Alii autem* MENTEM *dicebant esse motum, ut Heraclitus; alii Vnitatem, ut Pythagoras.* Aristoteles huc respexit, Metaphysici maioris cap. V. Ἐπεὶ δὲ τύτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκυν (οἱ Πυθαγόρειοι) θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς ὖσι κ̀ γιγνομένοις μᾶλλον, ἢ ἐν πυρὶ, κ̀ γῇ, κ̀ ὕδατι· ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν Δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ Ψυχὴ, κ̀ Νῦς. *Quoniam autem numeri sunt primi natura, & in numeris magis videbantur (Pythagorici) videre similitudines multas eorum, quae sunt, & fiunt, quam in igne, terra, & aqua, statuebant, talem quidem numerorum affectum esse* IVSTITIAM, *talem autem* ANIMAM, *atque* MENTEM. Ad quem locum Alexander Aphrodiseus. *Ad baec* MENTEM *adpellabant Vnum; quia mens stabilis est, ut undique similis, & principatum obtinet.* Philoponus ibidem. *Pythagorei, dum volunt eorum sapientiam occultam facere cerdonibus, symbolice tradiderunt disciplinas, dicebant ergo Vnitatem* MENTEM. Videndus quoque ad eum locum Pachymerius; meminitque Syrianus in Metaphysic. lib. XIII. & Simplicius De Anima lib. I. Inde est, Θεὸς, *Deus*. Quam in rem est iste locus Athenagorae in Apologia pro Christianis. Μονάς ἐστιν ὁ Θεός· τῦτ᾽ ἔστιν, εἷς. *Vnitas est Deus; idest, Vnus.* Inde Ὕλη, *Materia*; & πανδοχεὺς, *Hospes*; in Nicomachi Excerptis occurrebat, cuius etiam utriusque Anonymus meminit in Theologumenis suis Arithmeticis. Καὶ ὕλην αὐτὴν καλῦσι, κ̀ πανδοχέα, ὡς παρεκτικὴν ὖσαν καὶ δυάδος, τῆς κυρίως Ὕλης. *Et Materiam vocant eam, & Hospitem; ceu quae dyadem exhibeat, quae proprie Materia existit.* Simplicius in Comment. ad Phys. lib. I. Τῆς Ὕλης nomen ad dyadem refert. Eius locum mox producam. Hinc Χάος, sequitur. Anonymus idem. Ὡσαύτως δὲ Χάος αὐτὴν φησι τὸ παρ᾽ Ἡσιόδῳ πρωτόγονον· ἐξ ὗ τὰ λοιπὰ, ὡς ἐκ μονάδος. *Eodem vero modo illam Chaos adpellant, quod apud Hesiodum primogenium est; e quo reliqua, veluti ex unitate.* Syrianus nomen hoc ad dyadem refert Comm. in Metaphysic. lib. XIII. *Interminatam dualitatem, quam Chaos Pythagoras in sacro sermone vocavit; associans eam Menti; banc namque tribuit unitati adpellationem.* ΣΥΓΧΥΣΙΣ, ΣΥΓΚΡΑΣΙΣ, ΑΛΑΜΠΙΑ, ΣΚΟΤΩΔΙΑ. Eadem Anonymus habet, nisi quod Ἔγκρασις apud illum, & non Σύγκρασις, legatur. Verum emendandum censeo. ΖΑΝΟΣ ΠΥΡΓΟΣ. Proclus tradit, eos centrum isto nomine adpellasse ad Timaeum Comment. IV. Μεγάλην γὰρ ἔχει τὸ κέντρον ἐν τῷ παντὶ δύναμιν, ὡς συνεκτικὸν ἁπάσης τῆς περιφορᾶς· διὸ κ̀ Πυθαγόρειοι Ζανὸς πύργον ἐκάλυν τὸ κέντρον, ὡς δημιυργικῆς φρυρᾶς ἐν ἐκείνῳ τεταγμένης. *Magnam enim in universo vim babet centrum, utpote quod cobibere universam circumlationem valeat; ideo etiam Pythagorei id vocabant* IOVIS TVRRIM, *ceu in eo constituta opificii custodia.* Simplicius refert, igni eos adpellationem illam tribuisse, De Coelo lib. II. Οἱ δὲ γνησιώτερον αὐτῶν μετασχόντες, τὸ μὲν πῦρ ἐν τῷ μέσῳ φασὶ τὴν δημιυργικὴν δύναμιν, ἐκ τῦ μέσυ ὅλην τὴν γῆν τρέφυσαν, καὶ τὸ ψυχόμενον αὐτῆς ἀνεγείρυσαν, δι᾽ ὃ οἱ μὲν, ΖΗΝΟΣ ΠΥΡΓΟΝ αὐτὸ καλῦσιν· ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Πυθαγορείοις διηγήσατο. οἱ δὲ ΔΙΟΣ ΦΥΛΑΚΗΝ· ὡς ἐν τύτοις. οἱ δὲ, ΔΙΟΣ ΘΡΟΝΟΝ· ὡς ἄλλοι φασίν. ἄντρον δὲ τὴν γῆν ἔλεγον, ὡς ὄργανον καὶ αὐτὴν τῦ χρόνυ· ἡμερῶν γάρ ἐστιν αὕτη, κ̀ νυκτῶν, αἰτία. *Qui autem sincerius ista callent, ignem in medio dicunt potentiam conditivam, e medio totam terram alentem, & quod est in illa frigidum refocillantem, quapropter bi quidem* IOVIS TVRRIM *ipsum vocant; ut in Pythagoricis ipse retulit; bi vero,* IOVIS CVSTODIAM; *velut in bis; isti rursum,* IOVIS SOLIVM, *ut alii volunt; antrum autem terram dicebant, velut ipsam temporis quoque instrumentum, quippe quae dierum, &*

no-

noctium, *caussa existat*. Verum mendum illic puto, & legendum, κέντρον δὲ τὴν γῆν ἔλεγον, *centrum vero terram dicebant*. ΣΠΕΡΜΑΤΙΤΗΣ ΛΟΓΟΣ. Huc pertinet, quod Martianus Capella ait lib. VII. *Nec dissimulabo ex eo, quod Monas retractantibus unum est, solum ipsam esse, ab eaque cetera procreari, omniumque numerorum solam seminarium esse*. Et ista Anonymi. Ὡς δὲ σπέρμα συλλήβδην ἁπάντων, ἄρσενά τε καὶ θήλειαν τὴν αὐτὴν τίθενται. *Velut semen denique omnium, marem ipsam, ac feminam statuunt*. ΑΠΟΛΛΩΝ. Plutarchus De Iside, & Osiride. Δοκῶ δὲ ἔγωγε καὶ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας (de Pythagoricis loquitur) ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα. *Ego vero existimo etiam viros unitatem adpellare Apollinem*. Et postea iterum. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς, καὶ σχήματα, θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ, καὶ τριτογένειαν· τὸ δὲ ἓν, Ἀπόλλωνα. *Pythagorei vero, quum numeros, tum figuras, Deorum nominibus ornavere, nam triangulum aequilaterum vocabant Minervam, e vertice natam, & Tritogeniam; unum vero, Apollinem*. Et huc respectum a Porphyrio De Abstin. lib. II. Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τὰς γραμμὰς, σπουδάζοντες, ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο, τὸν μέν τινα ἀριθμὸν, Ἀθηνᾶν καλοῦντες· ὥσπερ αὖ ἄλλον, Ἀπόλλωνα. *Pythagorei circa numeros, & lineas, studiosi ex his plerumque diis primitias libabant, hunc quidem numerum, Minervam vocantes; illum autem rursum Apollinem*. ΠΡΟΦΗΤΗΣ. Corruptum ego hic Photium puto, & legendum, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Anonymus in Theologumenis Arithmeticis. Καὶ Προμηθέα μυθεύουσιν αὐτὴν, δημιουργὸν ζωότητος, ἀπὸ τοῦ πρόσω μηδενὶ τρόπῳ θεῖν. *Et Prometheum fabulantur ipsam, vivendi facultatis opificem, quia nullo modo currat in anteriorem partem*. Et haec quidem a Nicomacho Vnitatis nomina memorata erant, praeter quae, & alia alii tradiderunt. In his ΓΟΝΗ. Anonymus. Ἀνατόλιος ΓΟΝΗΝ αὐτήν φησι καλεῖσθαι, καὶ Ὕλην· ὡς ἄνευ αὐτῆς μὴ ὄντος μηδενὸς ἀριθμοῦ. *Anatolius ait, ipsam vocari* GENITVRAM, *& Materiam, tamquam numero sine illo nullo existente*. Etiam, Οὐσία, Αἴτιον ἀληθείας, Ἁπλοῦν παράδειγμα, Τάξις συμφωνίας, Ἴσον, Μέσον, Μέτριον, Νῦν, Ναῦς, Ἅρμα, Φίλος, Ζωὴ, Εὐδαιμονία. Anonymus. Ἐκάλουν δὲ (τὴν μονάδα οἱ Πυθαγόρειοι) Οὐσίαν, Αἴτιον ἀληθείας, Ἁπλοῦν παράδειγμα, Τάξιν συμφωνίας· ἐν μείζονι, καὶ ἐλάσσονι, τὸ Ἴσον· ἐν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει, τὸ Μέσον· ἐν πλήθει, τὸ Μέτριον· ἐν Χρόνῳ, Νῦν, τὸν ἐνεστῶτα· ἔτι δὲ καὶ Ναῦν, Ἅρμα, Φίλον, Ζωὴν, Εὐδαιμονίαν. *Adpellabant vero unitatem Pythagorei Substantiam, Caussam veritatis, Constitutionem concentus, in maiori, & minori AEquale, in intensione, & remissione, Medium, in multitudine Mediocre, in tempore, Nunc id, quod est praesens, insuper vero etiam Navem, Currum, Amicum, Vitam, Felicitatem*. Quod *Substantiae* nomen attinet, eius meminit Alexander Aphrodisieus in Metaphys. lib. I. *Ad haec Mentem, & Substantiam adpellabant unum; Substantiam, quia substantia primum est*. Et in priora Analytica. Λέγουσι γὰρ τὴν μονάδα, Οὐσίαν. *Vnitatem enim dicunt Substantiam*. Item postea. Δόξῃ δὲ προσχρῆται τῶν Πυθαγορικῶν, οἷς ἐδόκει ἡ μονὰς Οὐσία εἶναι. *Sequitur vero opinionem Pythagoricorum, qui censebant, Vnitatem esse Substantiam*. Quod vero *Nunc* in tempore sit adpellata, eo pertinent haec Macrobii ad Somn. Scip. lib. I. capit. VI. *Haec (Monas) illa est Mens, ex summo enata Deo, quae, vices temporum nesciens, in uno semper, quod adest, consistit aevo*. Etiam Εἶδος dicebatur. Simplicius in Physic. lib. I. Εἰκότως ἓν μὲν τὸ Εἶδος ἔλεγεν (κατὰ τὸ Πυθαγόρειον ἔθος,) ὡς ὁρίζον, ὅπερ ἂν καταλάβῃ, καὶ περατοῦν. *Merito Vnum Formam dixit, ut quae finiat, quod comprehenderit, atque terminet*. Idem dicit in Commentario De Anima lib. I. Anonymus, ubi de dyade agit. Τὴν γὰρ τῆς μονάδος, ὡς εἴδους, πρόσοδον δι' ἔρωτα ἐπισπωμένη, τὰ λοιπὰ ἀποτελέσματα γεννᾷ. *Etenim, quum Vnitatis, ceu speciei adcessum propter amorem adtraxerit, reliquos effectus generat*. Martianus Capella lib. VII. *Si (monas) Species est, accidens cuilibet exstantium primo priusque est*. Item Ζεύς. Anonymus, ubi de dyade. Καὶ Διομήτορα ταύτην (τὴν Δυάδα) ὠνόμαζον, ὡς Διὸς μητέρα. Διὰ δ' ἔλεγον, τὴν Μονάδα. *Et hanc (Diadem) Iovi matrem adpellabant, ceu quae Iovis mater esset. Iovem vero nominabant Vnitatem*. Proclus in Platonem De Republic. Ὁ Ζεὺς μονάς ἐστι. *Iupiter est Vnitas*. Martianus Capella, libro citato. *Hanc igitur patrem omnium Iovem rite esse memoratum, quod quidem Idalis illius intellectualisque species, vis caussativa testatur*. Sed legendum illic puto, *idealis illius*; quemadmodum capite sequenti ait, ubi de triade. *Triadem idealibus formis consequenter aptamus*. Ac de Iovis adpellatione quidem, ille idem iterum postea. *Tamen rectius Iupiter nuncupatur, quod sit idem pater, ac caput deorum*, Sic Ἔρως, Ὁμόνοια, Εὐσέβεια, Φιλία. Martianus loco citato. *Licet Aristoteles Cupidinem adferat nominatam, quod se cupiat. Hanc quoque alii Concordiam, hanc Pietatem, Amicitiamque dixere; quod ita nectatur, ut non secetur in partes*. Item Πρωτεύς. Anonymus. Οὐκ ἀπιθάνως δὲ καὶ Πρωτέα προσηγόρευον αὐτὴν, τὸν ἐν Αἰγύπτῳ πάμμορφον ἥρωα, τὰ πάντων ἰδιώματα περιέχουσαν. *Non absurde vero etiam Proteum, illum in AEgypto omniformem heroem, ipsam adpellarunt, omnium proprietates complectentem*. Et Μνημοσύνη. Anonymus, ubi de decade. Ἀφ' ὧν καὶ μονὰς Μνημοσύνη ὠνομάσθη. *A quibus & Vnitas adpellata est Mnemosyne*. Praeterea, ignem uti Vestam, ita quoque Vnitatem adpellabant. Plutarchus in Vita Numae. Λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν. ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ, τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι· καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι, καὶ Μονάδα. *Fertur & rotundum Vestae templum igni inextincto circumiecisse, ut ibi adservaretur, non ad imitationem Terrae, ut quae Vesta sit, verum mundi universi, in cuius medio Pythagorici ignem collocatum censent, eumque Vestam vocant, & Vnitatem*.

Et

Et huc pertinet insignis iste Anonymi locus. Πρὸς τούτοις φασὶ, περὶ τὸ μέσον τῶν τεσσάρων στοιχείων κεῖσθαί τινα ἐναδικὸν διάπυρον κύβον, οὗ τὴν μεσότητα τῆς θέσεως εἰδέναι καὶ Ὅμηρον λέγοντα.

> Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδος, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Ἐοίκασι δὲ κατά γε ταῦτα κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορείοις, οἵ τε περὶ Ἐμπεδοκλέα, καὶ Παρμενίδην, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν πάλαι σοφῶν, φάμενοι, τὴν μοναδικὴν φύσιν, Ἑστίας τρόπον, ἐν μέσῳ ἱδρύσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἰσόῤῥοπον φυλάσσειν τὴν αὐτὴν ἕδραν. *Ad haec dicunt, circa medium quatuor elementorum situm esse quemdam Vnitatis ignitum cubum, cuius cursus medietatem etiam scivisse Homerum, quum dicit:*

> *Tantum infra tartarum, quantum Coelum Terra distat.*

Ac videntur secundum haec Pythagoreos sequi quum Empedocles, tum Parmenides, ac plerique fere veterum Sapientum, inquientes, Vnitatis naturam instar Vesta in medio collocatam esse; ideoque in neutram partem propendentem custodire illam sedem. Atque huc omnino spectat, quod Πυράλιον etiam dictam Vnitatem, velut ducto ab igne nomine, e Nicomacho tradit Photius. Dicebant etiam Πολυώνυμον. Hesychius. Πολυώνυμον. Τὴν μονάδα οὕτως ἐκάλουν. *Multinominem. Vnitatem sic vocabant.*

C. A P. IV.

Binarius. eiusque nomina. Τόλμα. Ὕλη. Ἀνομοίων αἰτία. *Simplicii locus illustratus.* Ἴση. Ἄνισος. Ἔλλειψις. Πλεονασμός. *Anonymus correctus.* Ἀσχημάτιστος. Ἀόριστος. Ἄπειρος. *Anonymus iterum correctus.* Πηγὴ τῆς συμφωνίας. Ἐρατώ. Ἁρμονία. Τλημοσυνη. Δύναμις. *Arnobius illustratus.* Πόδες πολυπίδακος Ἴδης. Κορυφή. Φάνης. Δίκη. Ἴσις. Φύσις. Ῥέα. Διομήτηρ. Πηγὴ διανομῆς. Φρυγία. Λυδία. Δινδυμένη. Δήμητρα. Ἐλευσινία. Ἄρτεμις. *Porphyrii locus illustratus.* Ἵμερος. Δικτύννα. Ἀερία. Ἀστερία. Δίσαμος. Ἑστώ. Ἀφροδίτη. Διώνη. Μυχαία. Κυθαιρεία. Ἄγνοια. Ἀγνωσία. Ψεῦδος. Ἀδιοριστία. Ἑτερότης. Νεῖκος. Διχοστασία. Μόρος. Θάνατος. *Simplicii dissensus, ac Philoponi.* Κίνησις. Γένησις. Μεταβολή. Διαίρεσις. Ὁρμή. Δόξα. *Aristoteles, & Martianus Capella illustrati.* Διαίρεσις. Διάκρισις. *Anonymi locus emendatus.* Μῆκος, *aut potius* Πρῶτον Μῆκος. Αὔξησις. Σύνθεσις. Κοινωνία. Δύη. Ὑπομονή. Ἔρις. Ἐπίθεσις. Ἥρα. Γάμος. Ψυχή. Ἐπιστήμη. Μαία.

Binarii nomina, ista Photius repraesentat. Ἡ δὲ δυὰς, Τόλμα τέ ἐστιν αὐτοῖς, καὶ Ὕλη, καὶ τῶν Ἀνομοίων αἰτία, καὶ Μεταίχμιον πλήθους, καὶ μονάδος. ἐκ συνθέσεώς τε καὶ κατακράσεως μόνη Ἶσον ποιεῖ, διὸ καὶ Ἴση. ἀλλὰ καὶ Ἄνισος, καὶ Ἔλλειψις, καὶ Πλεονασμὸς, καὶ μόνη Ἀσχημάτιστος, καὶ Ἄοριστος, καὶ Ἄπειρος, ἀρχή τε ἀρτίου μόνη, καὶ ἄρτιος. οὐ μὴν οὐδ' ἀρτιάκις ἀρτία, οὔτε περισσάρτιος, οὔτε ἀρτιοπέριττος· ἀλλὰ τούτων μὲν τὰ πλείω ἐγγύς ἐστι τῇ δυάδος φυσικῇ ἰδιότητι. ἃ δὲ τῆς τερατείας, πηγή ἐστι πάσης, συμφωνίας, καὶ Μουσῶν ἡ Ἐρατὼ, καὶ Ἁρμονία, καὶ Τλημοσύνη, καὶ Ῥίζα, οὐ κατ' ἐνέργειαν πως, καὶ Δύναμις, καὶ Πόδες πολυπίδακος Ἴδης, καὶ Κορυφὴ καὶ Φάνης, ἀλλὰ καὶ Ἶσον, διὰ τὴν δυάδα, ἡ μυθοπλαστία θεολογεῖ, καὶ Δίκην, καὶ Ἶσιν, καὶ Φύσιν, καὶ Ῥέαν, καὶ Διομήτερα, καὶ Πηγὴν διανομῆς. ἐστι δ' αὐτοῖς, ὡς Ῥέα, καὶ Φρυγία, καὶ Λυδία, καὶ Δινδυμένη, καὶ Δήμητρα, καὶ Ἐλευσινία, καὶ Ἄρτεμις, καὶ Ἵμερος, καὶ Δικτύννα, καὶ Ἀερία, καὶ Ἀστερία, καὶ Δίσαμος, καὶ Ἑστὼ, καὶ Μὴν, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Διώνη, καὶ Μυχαία, καὶ Κυθαιρεία, καὶ Ἄγνοια, καὶ Ἀγνωσία, καὶ Ψεῦδος, καὶ Ἀδιοριστία, καὶ Ἑτερότης, καὶ Νεῖκος, καὶ Διχοστασία, καὶ Μόρος, καὶ Θάνατος. τοιαῦτα μὲν αὐτοῖς, καὶ ἡ δυὰς θεολογεῖται. *Binarius, Audacia ipsis est, ac Materia, dissimiliumque causa, & interstitium multitudinis, atque unitatis. Ex compositione, atque permixtione, solus hic aequalitatem efficit, quare etiam AEqualis est, sed & Inaequalis est, Defectusque, & Abundantia; solus item Informis, & Indefinitus, & Interminatus. Solus paritatis principium; nec tamen par, neque rursum pariter par, neque impariter par, neque pariter impar. Verum horum plurima adfinia sunt naturali binarii ipsius proprietati. Quae vero ad prodigiosa commenta pertinent, haec fere sunt. Fons est omnis concentus, & inter Musas, Erato, Harmonia item; ad haec Tolerantia, Radixque, etsi non actu quodammodo; Potestas praeterea, Pedesque fontibus abundantis Idae, ac Vertex, & Phanes. Sed & aequum, propter binarium, fabularum haec figlina theologice disserit; & Iustitiam, & Isin, & Naturam, & Rheam, & Iovis matrem, ac Fontem distributionis. Est vero ipsis, tamquam Rhea, etiam Phrygia, & Lydia, & Dindymene, & Ceres, & Eleusinia, Diana, Cupido, Dictynna, Aeria, Asteria, Disamus, Status, & Mensis. Quin etiam Venus, Dione, Mychaea, Cythereia. Etiam Ignorantia, Ignobilitas, Mendacium, Permixtio, Diversitas, Contentio, Discidium, Fatum, & Mors. Atque istum quidem in modum illi Theologice de binario disserunt.* Haec quoque alii partim dicunt, partim omittunt, partim item alia tradunt. Videamus. Inter prima occurrit, Τόλμα. Anonymus. Εἴκαζον δὲ αὐτὴν ἐν ἀρεταῖς ἀνδρείᾳ. προβέβηκεν γὰρ ἤδη ἐπὶ πρᾶξιν, διὸ καὶ Τόλμαν ἐκάλουν. *Similem vero ipsum statuebant in virtutibus fortitudini, quod in actionem processisset; unde etiam Audaciam dixerunt.* Ac postea. Πρώτη ἡ δυὰς διεχώρησεν αὐτὴν ἐκ τῆς μονάδος, ὅθεν καὶ Τόλμα καλεῖται. *Primus binarius secrevit se ab unione, unde & Audacia dicitur.* Plutarchus, lib. De Iside, & Osiride. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς, καὶ σχήματα, θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ, καὶ Τριτογένειαν· τὸ δὲ ἓν, Ἀπόλλωνα· Ἔριν δὲ, τὴν δυάδα, καὶ Τόλμαν. *Pythagorei autem numeros pariter, & figuras deorum, ornavere nominibus; nam triangulum aequilaterum vocabant Minervam, e vertice natam, & Tritogeniam; unitatem vero Apollinem; binarium autem, Contentionem, & Audaciam.*

Ὕλη. Simplicius ad Phys. lib. I. Εἰ δὲ τὸ εἶδος ἕν, τὴν δὲ Ὕλην δύο, κατὰ τὸ Πυθαγόρειον ἔθος, διὰ τῶν ἀριθμῶν σημαίνων τὰ πράγματα· εἰκότως ἓν μὲν τὸ εἶδος ἔλεγεν, ὡς ὁρίζον, ὅπερ ἂν καταλάβῃ, ϗ περατοῦν· δύο δὲ τὴν Ὕλην, ὡς ἀόριστον, ϗ ὄγκου, ϗ διαιρέσεως, αἰτίαν. *Si autem formam unum, materiam vero duo, more Pythagorico res numeros significans; merito unum quidem formam dixit, ut quae finiat terminetque, quod comprehenderit; duo autem materiam, ut indefinitam, & quae tumoris causa sit, & divisionis.* Ἀνομοίων αἰτία. Simplicio dicitur, Ὄγκου αἰτία, in citatis statim verbis. Ἴση. Anonymus. Δύο γὰρ, καὶ δύο, ἴσα τῷ δὶς δύο· ἔνθεν Ἴσην αὐτὴν ἐπεκάλουν. *Duo enim, & duo, idem valent, quod bis duo, unde & eum (binarium) AEqualem cognomento dicebant.* Ἄνισος, Ἔλλειψις, & Πλεονασμός. Anonymus. Οἱ παλαιοὶ Ἄνισον τὴν δυάδα ἐκάλουν, ϗ Ἔλλειψιν, ϗ Πλεονασμὸν, κατὰ τὴν τῆς ὕλης ἔννοιαν. *Veteres binarium vocabant Inaequalem, & Defectum, & Abundantiam, secundum materiae notionem.* Et paulo post. Ἔλλειψις δὲ, ϗ Πλεονασμὸς λέγεται, ϗ Ὕλη· ἣν ϗ ἀόριστον δυάδα ὁμωνύμως ταύτῃ καλοῦσι, διὰ τὸ μορφῆς, ϗ εἴδους, ϗ ὁρισμοῦ τινος ἐστερῆσθαι, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ· οἷον τε διορισθῆναί τε ϗ ὁρισθῆναι ὑπὸ λόγου, ϗ τέχνης. Sed corruptum in fine locum hunc in modum interpungo, & emendo, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ οἷόν τε διορισθῆναι. *Defectus vero, & Abundantia dicitur, & Materia, quam & indefinitum binarium eodem cum ipso nomine vocant, quia forma, & specie, & definitione aliqua privata sit; quantum quidem in seipso explicari, atque definiri poterat.* Ἀσχημάτιστος, Ἀόριστος, Ἄπειρος. Idem Anonymus, verum iterum corrigendus. Ἡ δυὰς φαίνεται Ἀσχημάτιστος, εἴπερ ἀπὸ μὲν τριγώνου, καὶ τριάδος, τὰ ἐπ' Ἄπειρον πολύγωνα ἐνεργείᾳ προχωρεῖ· ἐκ δὲ μονάδος, πάνθ' ὁμοῦ κατὰ δύναμιν ὑπάρχει, ὑπὸ δὲ δύο ὄντες εὐθειῶν ποτὲ, εἴ τε γωνιῶν, εὐθύγραμμον συνίσταται σχῆμα· κατὰ μόνην ἄρα αὐτὴν τὸ ἀόριστον, ϗ ἀσχημάτιστον, ἔτι δὲ ϗ τὸ ἄπειρον, φαίνεται. Neque verba hic dumtaxat laborabant, sed & tota interpunctio, quae nunc omnia satis recta. Quod ad vocem Ἀόριστος attinet, eo & Plutarchi locus referendus, De placitis Philos. lib. I. c. III. Διὰ τοῦτο οὖν νοῦς ἡ μονὰς, ᾧ ταῦτα νοοῦμεν. καὶ ἡ δυὰς δὲ, ἡ ἀόριστος, ἡ ἐπιστήμη· εἰκότως πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις, ϗ πᾶσα πίστις ἐπιστήμης, πρὸς δὲ ϗ πᾶς συλλογισμὸς, ἔκ τινων ὁμολογουμένων τὸ ἀμφισβητούμενον συνάγει, καὶ ῥᾳδίως ἀποδείκνυται ἕτερον, ὧν ἡ ἐπιστήμη κατάληψίς ἐστι. *Ideo igitur mens est unitas, qua haec intelligimus, binarius vero, qui indefinitus, est scientia; idque merito; omnis enim demonstratio, ac scientiae omnis fides, tum & ratiocinatio universa, controversum ex confessis quibusdam colligit, alterumque sine negotio demonstrat, quorum comprehensio est scientia.* Et Themistii De Anima lib. I. Ἀόριστον δυάδα ἐκάλουν. δυάδα μὲν, ὅτι μεριστὴ, ϗ πλήθους ἤδη ποιητική. ἀόριστον δὲ, ὅτι μὴ εἶχεν οἰκεῖον ὅρον, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ἑνὸς αὐτῇ ὁ ὅρος ἑκάστου εἴδους ἐχορηγεῖτο. *Indefinitum binarium adpellant. Binarium idcirco, quia iam & dividi possit, & multitudinem efficere; indefinitum, quod terminum proprium non habeat, sed ab unitate terminum uniuscuiusque speciei accipiat.* Diogenes Laertius in Pythagora lib. VIII. Ἐκ δὲ τῆς μονάδος, ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι, αἰτίῳ ὄντι, ὑποστῆναι. *Ex unitate vero indefinitum binarium, ceu materiam unitati, causae exsistenti subiecisse.* Meminitque & Simplicius, in citatis statim verbis. Ἐρατώ. Anonymus. Ἡ δυὰς ϗ Ἐρατώ, φασι, καλεῖται· τὴν γὰρ τῆς μονάδος, ὡς εἴδους, πρόσοδον δι' ἔρωτα ἐπισπωμένη, τὰ λοιπὰ ἀποτελέσματα γεννᾷ. *Binarius, inquiunt, etiam Erato vocatur; etenim quum unitati, ceu speciei, accessum propter amorem attraxerit, reliquos effectus generat.* Τλημοσύνη. Anonymus. Ὅτι ἄρα ὑπέμεινε τὸν Χωρισμὸν πρώτη, (ἐκλήθη) ϗ Τλημοσύνη. *Quod prima separationem sustinuerit, (vocatur) etiam Tolerantia.* Δύναμις. Arnobius lib. II. *Quadragenarium istum ad te voca, & ex eo percontare, non abstrusum aliquid, non involutum, non de triangulis, non de quadratis quid sit dibus, aut dynamis, sesquioctavus, aut sesquitertius numerus; sed quod in medio situm est, bis bina, bis terna, quam efficiant summulam, quaerito.* Ergo Δύναμις est numeri binarii adpellatio mystica Pythagoreorum, uti Photius ex Nicomacho nos hic docet; itaque minime posthac dubitari potest, quonam modo sit intelligendus iste Arnobii locus. Ante hos triginta annos quum criticum Arnobianum primum ederem, traxi ad numerum quaternarium, quia Hierocles dicat: Τῆς δὲ δεκάδος δύναμις ἡ τετράς. *Denarii vero numeri potentia est quaternarius.* Et Martianus Capella libro II. *Quaternarius suis partibus complet Decadis potestatem.* Quibus addere licet ista Nicephori, ad Gregorii Nazianzeni Orat. XLIV. Τὸν Πυθαγόραν διὰ τὴν τετρακτὺν θεώσαντες ὤμνυον, ὡς παραδόντα τούτοις τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ, καὶ μυστικὴν, δύναμιν. *Pythagoram, propter quaternarium divinis honoribus adficientes, iurabant; ut qui ipsis vim arcanam illius numeri, mysticamque tradidisset.* Et haec Plutarchi De placitis Philos. lib. I. cap. III. Καὶ τῶν δέκα πάλιν φησὶν, ἡ δύναμίς ἐστιν ἐν τοῖς τέσσαρσι, ϗ τῇ τετράδι. *Ac rursum denarii vim esse ait in quaternario.* Sed inanis mihi opera ea fuit, liquet enim ex Nicomacho, esse mysticum numeri binarii nomen, quamquam sane alias Δύναμις etiam adpellabatur numerus quadratus. Diophantus Arithm. lib. I, Defin. II. Καλεῖται οὖν ὁ μὲν τετράγωνος (ἀριθμὸς) δύναμις. *Adpellabatur igitur (numerus) quadratus quidem, Potentia.* Hero Alexandrinus. Αὐτὸς δὲ ἀριθμὸς, καλεῖται πλευρὰ τοῦ τετραγώνου· ὁ δὲ τετράγωνος, δύναμις. *Ipse numerus, vocatur latus quadrati; quadratus vero, Potentia.* Porro numerus hic binarius etiam Δίκη, dicebatur. Anonymus. Ἀπὸ δὲ τῆς εἰς δύο τομῆς, Δίκη. *A sectione vero in duo, Iustitia.* Martianus Capella libro VII. *In bonis vero eadem (dyas est) Iustitia, quod duobus aequis gaudeat pariter ponderatis.* Etiam Ἶσις, Φύσις, Ῥέα, Διομήτηρ, quae Anonymus quoque tradit. Est & Ἄρτεμις. Plutarchus De Iside. Δοκῶ δὲ ἔγωγε καὶ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας (τοὺς Πυθαγορικοὺς) ὀνομάζειν Ἀπόλ-

Ἀπόλλωνα· κ) δύαδα τὴν Ἄρτεμιν. *Ego vero censeo viros (Pythagoricos) unitatem adpellare Apollinem ; binarium autem numerum , Dianam*. Et huc respexit Porphyrius De Abstin. lib. II. Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς, σπουδάζοντες, ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο. τὸν μέν τινα ἀριθμὸν, Ἀθηνᾶν καλοῦντες· τὸν δέ τινα, Ἄρτεμιν. [*Pythagorei circa numeros, & lineas studiosi, ex his plerumque diis primitias libabant ; hunc quidem numerum Minervam vocantes , illum autem Dianam*. Et Anonymus in fine capitis De Dyade. Καὶ τῇ σελήνῃ δέ φασιν ἐφαρμόζειν τὸ δυάς ὄνομα ὅτι τε καὶ πλείονας δύσεις ἐκ πάντων τῶν ἀπλανῶν δέχεται, κ) ὅτι ἐδυάσθη, κ) ἐδιχοτομήθη· ἡμίτομος γὰρ καὶ διχότομος, λέγεται. *Et Lunae* , (quae eadem est , ac Diana) *aiunt convenire binarii nomen , quod plures occasus ex omnibus fixis excipiat ; tum quod duplex sit, ac bifariam secta . Dimidiata enim, & in duas partes divisa dicitur* . Cetera, quae Photius nobis repraesentat, alibi non memini mihi observata, sed eorum loco ista. Ὁρμὴ, Δόξα, Κίνησις, Γένεσις, Μεταβολὴ, Διαίρεσις, Μῆκος, Αὔξησις, Σύνθεσις, Κοινωνία. Anonymus. Ἐκάλουν κ) Ὁρμὴν, καὶ Δόξαν δὲ ὠνόμαζον, ὅτι τὸ ἀληθὲς, κ) τὸ Ψεῦδος, ἐν δόξῃ, ὠνόμαζον τε αὐτὴν Κίνησιν, Γένεσιν, Μεταβολὴν Διαίρεσιν, Μῆκος, Αὔξησιν, Σύνθεσιν, Κοινωνίαν. *Vocabant etiam Impetum , item Opinionem , quod opinioni insit verum , ac falsum ; tum & Motum , Generationem , Mutationem , Divisionem , Longitudinem , Augmentum , Compositionem , Communionem*. Ex his Δόξα memoratur Alexandro Aphrodisieo in Metaph. lib. I. *Quem ordinem dualitatem habere rebantur, hunc Opinionem in mundo obtinere confirmabant* . Philoponus, ibidem . *Dualitas , Opinio est apud ipsos (Pythagoreos ,) inclinat enim in opinando in duo opinator* . Hinc intelligendus Aristoteles maiorum Metaphysic. cap. VII. Ἔτι δὲ πῶς δεῖ λαβεῖν, αἴτια μὲν εἶναι τὰ τοῦ ἀριθμοῦ πάθη, καὶ τὸν ἀριθμὸν, τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν οντων, κ) γιγνομένων, κ) ἐξ ἀρχῆς, καὶ νῦν· ἀριθμὸν δὲ ἄλλον μηδένα εἶναι παρὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξ οὗ συνέστηκεν ὁ κόσμος; ὅταν γὰρ ἐν τῳδὶ μὲν τῷ μέρει Δόξα κ) Καιρὸς αὐτοῖς ᾖ, μικρὸν δὲ ἄνωθεν ἢ κάτωθεν Ἀδικία, κ) Διάκρισις, ἢ Μίξις, ἀπόδειξιν δὲ λέγωσιν, ὅτι τούτων μὲν ἓν ἕκαστον ἀριθμός ἐστι, &c. *Praeterea quonam pacto sumere oportet , numeri quidem adfectus , ac numerum, causas eorum esse, quae a principio , & nunc , in coelo sunt , atque fiunt ; numerum autem nullum alium esse, praeter hunc ex quo mundus est constitutus ? quando hac quidem in parte is illis est Opinio, & Opportunitas ; parum autem supra , aut infra , Iniustitia , Diiudicatio , Mixtioque ; idque eo demonstrent , quod eorum unum quodque numerus sit, &c*. Et huc etiam verba Martiani Capellae referenda, ubi de Dyade illi sermo est lib. VII. *Et est Opinabilis corporatio , motusque primi probamentum* . Simplicius ad ternarium refert in Commentario ad primum De Anima . Τὴν δὲ Δόξαν, εἰς τὴν τριάδα· διὰ τὸ τὴν δύναμιν αὐτῆς μὴ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ, ἀλλὰ τότε μὲν ἐπὶ τὸ ἀληθὲς, τότε δὲ ἐπὶ τὸ Ψεῦδος κλίνειν. *At Opinionem in ternarium , quod vis eius non in idem semper vergat , sed interdum in veritatem, interdum vero in Mendacium*. Itidem Philoponus ibidem. Τριὰς μὲν ἡ Δόξα, διὰ τὸ ὁρμᾷν μὲν ἀπό του, μὴ ὡρισμένως δὲ ἐπί τι φέρεσθαι. ἀλλ' ἢ ὧδε, ἢ ὧδε. *Ternarius quidem est Opinio , quod quum impetu alicunde ruat, sed non terminate ad aliquid feratur ; & modo huc, modo illuc*. Ita facit, & Plutarchus De plac. Philos. lib. I. cap. III. Κίνησις, & Γένεσις, postea iterum ab Anonymo memorantur. Tum mentio quoque utriusque est apud Martianum, ac illius quidem in citatis statim verbis : *Motusque primi probamentum* ; huius vero isto loco. *Quae dyas , quod sit prima procreatio , a nonnullis Genesis dicta* . Ac Κίνησις quidem etiam ab Alexandro Aphrodisieo Metaphys. lib. I. *Duo autem vocabant Opinionem , quia in utramque partem flecti potest, Motum item, & Impositionem* . Διαίρεσις. Malim, Διάκρισις, *Diiudicatio* ; uti habet Aristoteles in citatis statim verbis. Μῆκος. Huc pertinent, quae postea idem Anonymus dicit. Δύναται δὲ κ) ἀπείρου παρεκτικὴ λέγεσθαι, ὅτι μήκους πρώτη ἔμφασις ἐν δυάδι, ὡς ἀπὸ σημείου τῆς μονάδος. *Potest vero etiam promta ad infinitum exhibendum dici , quia primum longitudinis simulacrum est in binario , veluti a nota unitatis* . Et ista Sexti Empirici adversus Mathematicos libro IV. Ἡ δὲ δυὰς, μήκους ἐστὶν ἀπεργαστική. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν γεωμετρικῶν ἀρχῶν ὑπεδείξαμεν πρῶτον, τίς ἐστιν ἡ στιγμή· εἶτα μετ' αὐτὴν ἡ γραμμὴ, μῆκος ἀπλατὲς τυγχάνουσα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἡ μὲν μονὰς τὸν τῆς στιγμῆς ἐπέχει λόγον· ἡ δὲ δυὰς, τὸν τῆς γραμμῆς, καὶ τοῦ μήκους. *Binarius autem est efficiens longitudinis. Quomodo autem in principiis geometricis ostendimus , primum , quid sit punctum , deinde post eum linea , quae est longitudo expers latitudinis ; eodem modo etiam in praesentia unitas quidem habet rationem puncti , binarius autem, lineae , & longitudinis* . Dicebant autem Pythagorici non Μῆκος, simpliciter, sed Πρῶτον Μῆκος. Simplicius Commentario primo De Anima. Καὶ ἐκάλουν, (οἱ Πυθαγόρειοι,) ὡς ἐκ τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους λεγομένων τεκμαίρεσθαι, τὴν Δυάδα Πρῶτον Μῆκος. οὐ γὰρ ἁπλῶς, Μῆκος, ἀλλὰ τὸ Πρῶτον· ἵνα τὸ αἴτιον σημαίνωσιν· *Ac vocabant (Pythagorei,) ut ex iis, quae sunt dicta ab Aristotele, coniicere licet , binarium numerum Primam Longitudinem , neque enim simpliciter Longitudinem , sed Primam , uti causam indicarent* . Themistius ibidem . Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ δεῖ πάντως τὰς ἀρχὰς παρεμφαίνεσθαι τοῦ αἰσθητοῦ· ὁ δὲ αἰσθητὸς ἐκ μήκους ἤδη, κ) πλάτους, κ) βάθους· τοῦ μὲν μήκους ἰδέαν εἶναι τὴν πρώτην ἀπεφήναντο δυάδα. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς, ἐφ' ἓν τὸ μῆκος. *Siquidem in intelligibili mundo oportet omnino spectare principia sensilis, ac sensilis mundus ex longitudine, latitudine, & profunditate constat ; primam longitudinis ideam statuerunt binarium ; nam longitudo est ab uno ad unum* . Κοινωνία. Martianus Capella , libro citato . *Eademque Societas , quod vinculum , quo media connectantur , habeatur utrimque commune* . Δύη , & Ὑπομονή. Anonymus . Ὅτι ἄρα ὑπέμεινε τὸν χωρισμὸν πρωτίστη, (ἐκλήθη)

Δύη, καὶ Ὑπομονή. *Quod prima separationem sustinuerit, (vocata est) Infortunium, & Tolerantia*. Et haec sunt, quae praeter Photium, aut Nicomachum, Anonymus suppeditabat; nunc, quae restant apud alios Auctores, veluti sparsa, colligamus. Etiam Ἔρις dicebatur. Plutarchus lib. De Iside, & Osir. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς, καὶ σχήματα, θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις· τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ, καὶ Τριτογένειαν. τὸ δὲ ἓν, Ἀπόλλωνα. Ἔριν δὲ, τὴν δυάδα. *Pythagorei quum numeros, tum figuras, Deorum adpellationibus ornabant; itaque aequilaterum triangulum vocabant Minervam e vertice natam, & Tritogeniam; unum vero Apollinem, at binarium, Contentionem*. Martianus *Discordiam* vertit, loco citato. *Eadem (dicitur) Discordia, ex qua adversa oriantur; utpote, quae prima potuerit ab adhaerente separari*. Item Ἐπίθεσις. Hesychius. Ἐπίθεσις, ὁ τῶν δύο ἀριθμὸς, παρὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς. *Impositio, numerus binarius apud Pythagoricos*. Neque causa est, quare id mutatum velint viri docti, & Ἐπίθετος rescribant. Alexander Aphrodisieus in Metaphysic. lib. 1. *Duo autem vocabant Opinionem, quia in utramque partem flecti potest; Motum item, & Impositionem*. Etiam Ἥρα, & Γάμος. Eulogius in Somn. Scip. ubi de Dyade agit. *Primumque Connubium poetae fabulose dixerunt sororis, & coniugis, quod videlicet unius generis numero coeunte copuletur, & Iunonem vocant, uni scilicet Iovi accessione alterius inhaerentem*. Martianus eadem in hunc modum protulit. *Quod autem inter eam, ac monadem, prima coniunctio est, consortiumque consimile, Iuno perhibetur, vel coniux, vel germana praecedentis*. Et postea, ubi de numero octonario. *Octonarius numerus primus cubus est, & perfectus, Vulcano dicatus; nam ex primo motu, idest, dyade, quae Iuno est, constat*. Certe ad Γάμου adpellationem pertinent etiam ista Procli ad Hesiodi Dies. Τὴν δὲ τετάρτην εἶναι γαμικὴν, εἰκότως, ὡς πρώτην, καὶ κατὰ σύνθεσιν, καὶ κατὰ πολλαπλασιασμὸν, ἐκ τῆς γονίμου γινομένην δυάδος, ἧς τὸν γάμον ἱερὸν εἶναι φαμέν. *Quartum vero diem esse nuptialem, merito, ut primum, tam secundum compositionem, quam secundum multiplicationem, natum e foecundo binario, cui sacrum esse connubium dicimus*. Quamquam Γάμος etiam ternarius numerus, & senarius adpellentur, uti suis locis dicam. Ψυχή. Philoponus in Metaphysic. libro 1. *Pythagorei quidem volunt sapientiam suam cerdonibus occultam facere. Symbolice tradiderunt disciplinas; dicebant ergo unitatem mentem, dualitatem animam; illud quidem, ob impartibilitatem; hoc vero, ob motum hinc inde*. Et postea. *Dicebant (Pythagorei) unitatem, mentem, quia impartibilis; dualitatem autem animam, ut unde, & quo motus*. Pachymerius quoque videndus, eo loco. Ἐπιστήμη. Plutarchus De Plac. Philos. lib. 1. c. III. Νοῦς μὲν οὖν, (κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς,) ἡ μονάς ἐστιν· ὁ γὰρ νοῦς κατὰ μονάδα θεωρεῖται. καὶ ἡ δυὰς δὲ, ἡ ἀόριστος, ἡ ἐπιστήμη· εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις, καὶ πᾶσα πίστις ἐπιστήμης, πρὸς δὲ καὶ πᾶς συλλογισμὸς, ἔκ τινων ὁμολογουμένων τὸ ἀμφισβητούμενον συνάγει, καὶ ῥαδίως ἀποδείκνυται ἕτερον, ὧν ἡ ἐπιστήμη κατάληψίς ἐστι. *Mens quidem igitur (secundum Pythagoricos,) est unitas; quippe, quae in unitate spectatur; binarius vero, qui indefinitus, est scientia, idque merito. Omnis enim demonstratio, ac scientiae omnis fides, tum & ratiocinatio universa, controversum ex confessis quibusdam colligit, alterumque facile demonstrat, quorum comprehensio, est scientia*. Aristoteles De Anima lib. 1. cap. II. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως, νοῦν μὲν, τὸ ἕν· ἐπιστήμην δὲ, τὰ δύο. *Tum vero etiam alias, mentem quidem unum, scientiam vero duo*. Vbi videndi Simplicius, & Philoponus. Denique Μαία, unde Μαιάδης, quaternarius. Photius in Excerptis e Nicomacho, ubi de nominibus agit quaternarii. Μαιάδης· ὁ γὰρ Μαίας υἱὸς, ἢ δυάδος, ἡ τετράς· *Maiades, quippe Maiae, sive numeri binarii, filius est quaternarius*. Vim etiam huius numeri quamdam esse putabant, ad cohibendos scorpionum ictus. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Attalus adfirmat, scorpione viso, si quis dicat* Dvo, *cobiberi, nec vibrare ictus*.

CAP. V.

Ternarius sanctus, & supra alios omnes numeros, censebatur. Primus perfectus, idque quare, & quo modo controversiis dirimendis maxime aptus, & in sacris usitatus. Iamblichi locus correctus. Secundum tria sacra item fieri solita, ex oraculorum iussu, atque legum. Mortuorum quoque nomina ter vocari consuevisse; tum ternarii quoque usus in deprecatione, & furunculorum, ac lippitudinis curatione, ac trifariam omnia item distributa, idque, uti volunt a Zoroastre. Anonymus emendatus. Nomina eius, Κρονία. Λατώ. Ἀμαλθείας κέρας. Ὀφίων. Θέτις. Ἁρμονία. Ἑκάτα· Ἐράνα. Χαριτία. Πολύμνεια. Ἀΐδας. Λοξίας. Ἄρκτος. Ἕλιξ. Δαματράμη. Διοσκορία. Μῆτις. Τριδύμη. Τρίτων. Θαλασσοῦχος, Τριτογένεια. *Opus aliquod Democriti ita etiam inscriptum*. Ἀχελῷος. Ναέτις. Ἀγυιοπέζα. Κερῆτις. Κραταιΐς. Συμβουλία. Γάμος. Γοργονία. Φορκία. Τρίσαμος. Λύδιος. *Anonymus iterum correctus*. Φιλία. Εἰρήνη. Ὁμόνοια· Δίκη Εὐβουλία. Φρόνησις. *Anonymus tertium correctus*. Εὐσέβεια. Πρῶτον πλάτος.

NVmerus ternarius sanctus esse censebatur. Marbodeus de Gemmis, sive est. AEmilius Macer lib. V.

Haec tribus, ut multum, dandum censemus amicis;

Qui numerus sacer est. ———

Atque supra alios omnes censebatur. Ausonius in Grypho ternarii.

Ter bibe, tris numerus super omnia. ———

Primus perfectus habebatur. Pollux lib. VI. cap. II. Ὁ δὲ τρίτος (κρατὴρ,) Διὸς Σωτῆρος Τελείου. ὅτι καὶ τὰ τρία πρῶτος τέλειος ἀριθμός. *Tertius vero (crater,) Iovis Servatoris Perfecti, quia & ternarius numerus primus Perfectus*. Ac Perfectum quidem, etiam Phurnutus dicit, ubi de Musis. Τρεῖς μὲν, διὰ τὴν προειρημένην τῆς τριάδος τελειότητα. *Tres quidem ob commemoratam antea ternarii perfectio-*

ctionem. Ausonius in Grypho Ternarii Idyll. XI.

Tris coit in partes numerus perfectus. ——

Plutarchus rationem reddit, quod principium, medium, & finem habeat. Symposiac. lib. IX. Quaest. III. Καὶ μὴν ὁ πάντων ἀριθμῶν πρῶτος τέλειος, ἡ μὲν τριάς· ὡς ἀρχὴν, καὶ μέσον ἔχουσα, καὶ τέλος. *Et omnium numerorum primus perfectus, est quidem ternarius; ut qui habeat principium, medium, & finem.* Aristoteles De Coelo lib. I. cap. I. Παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλο μέγεθος, διὰ τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι, καὶ τὸ τρὶς πάντῃ. καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα, τρισὶν ὥρισται. Τελευτὴ γὰρ, καὶ ἀρχὴ, τὸν ἀριθμὸν ἔχει τὸν τοῦ παντός. *Praeter haec non est alia magnitudo, quod tria sint omnia, & ter, undequaque; quemadmodum etiam Pythagorici dicunt; omne, & omnia, tribus determinata sunt; finis enim, medium, & principium, eum numerum habent, qui est omnis.* Martianus Capella. *Trias vero, princeps imparium numerus, perfectusque censendus. Nam prior initium, medium, finemque sortitur; & centrum medietatis ad initium, finemque intervallorum aequalitate componit.* Huc pertinet & Malchi locus, qui Porphyrius postea nomine notiori adpellatus, libro De Vita Pythagorae. Πάλιν γὰρ ἐστί τι ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, ἔχον ἀρχὴν. καὶ μέσον, καὶ τελευτήν· καὶ τὰ τοιούτου εἴδους, καὶ τὰ τῆς φύσεως, τὸν τρία ἀριθμὸν κατηγόρησαν. *Rursum enim est aliquid in natura rerum, habens principium, medium, finem; ac, quae sunt eius speciei, aut naturae, ea numerum ternarium dicebant.* Videndus etiam Chalcidius in Timaeum. Et hunc numerum eapropter controversiis dirimendis maxime idoneum existimabant. Dionysius Halicarnasseus Antiq. Rom. lib. III. ubi de conflictu agit trium Curiatiorum cum Horatiis. Τρεῖς δὲ ἄνδρας ἐπιλέκτους ἀφ᾽ ἑκατέρας πόλεως συνεβούλευεν ὑπὸ τῶν ἁπάντων ὄψιν. Ἀλβανῶν τε καὶ Ῥωμαίων διαγωνίσασθαι. ἐπιτηδειότατον γὰρ εἶναι τόνδε τὸν ἀριθμὸν εἰς πᾶσαν ἀμφισβητουμένου πράγματος διαίρεσιν· ἀρχήν τε, καὶ μέσα, καὶ τελευτὴν, ἔχοντα ἐν αὐτῷ. *Auctor vero erat, ut terni ex utraque urbe viri selecti, ante omnium oculos, Albanorum pariter, & Romanorum, decertarent; etenim idoneum maxime hunc numerum esse, ad negotium controversum qualecumque dirimendum; quippe, qui principium, medium, atque finem, in se contineat.* In sacris quoque numerus iste usitatus. Itaque ter libabant, ter sacra item faciebant. Nicomachus in Eclogis, τῶν θεολογουμένων ἀριθμητικῶν, apud Anonymum. Τρὶς δὲ καὶ σπένδουσι, καὶ τρὶς ἐπιθύουσιν, οἱ τελειωθῆναι τὰς ἑαυτῶν εὐχὰς αἰτοῦντες παρὰ θεοῦ. *Ter vero etiam libant, & ter sacrificant, qui preces suas perfici a Deo petunt.* Anatolius. Εὐχαὶ, καὶ σπονδαὶ, τρὶς γίνονται. *Vota, & libationes, ter fiunt.* Martianus Capella. *Preces tertio, ac libamina, repetuntur.* Aristoteles De Coelo lib. I. cap. I. ubi de ternario numero ei sermo. Διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. *Quapropter tamquam acceptis a natura eius legibus, ad Deo sacra hoc numero utimur.* Corruptus est hac in re Iamblichi locus, De Vita Pythagorae lib. I. capit. XXVIII. Λέγειν δὲ αὐτὸν, περιστένδειν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μαντεύεσθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐκ τοῦ τρίποδος, διὰ τὸ κατὰ τὴν τριάδα πρῶτον φῦναι τὸν ἀριθμόν. Legendum arbitror, Λέγειν δὲ αὐτὸν τρὶς σπένδειν τοὺς ἀ. *Dicere vero ipsum, ter libare homines, & oracula Apollinem reddere, ex tripode, quod in ternario primum numerum ostenderit.* Quin secundum tria etiam legibus, oraculisque, sacra facere iubebantur; nempe stato anni tempore, mense, ac die. Geminus in Introduct. in Phaenomena. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων, καὶ τῶν χρησμῶν, παραγγελλόμενον, τὸ θύειν κατὰ τρία· ἤγουν, τὸ κατὰ μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτοὺς, τοῦτο διέλαβον ἅπαντες οἱ Ἕλληνες τῷ τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς συμφώνως ἄγειν τῷ ἡλίῳ, τὰς δὲ ἡμέρας, καὶ τοὺς μῆνας σελήνῃ. ἔστι δὲ, τὸ μὲν καθ᾽ ἥλιον ἄγειν τοὺς ἐνιαυτοὺς, τὸ περὶ τὰς αὐτὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς ἐπιτελεῖσθαι. καὶ τὴν μὲν ἐαρινὴν θυσίαν, διὰ παντὸς κατὰ τὸ ἔαρ συντελεῖσθαι. τὴν δὲ θερινὴν, κατὰ τὸ θέρος· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς καιροὺς τοῦ ἔτους τὰς αὐτὰς θυσίας πίπτειν. τοῦτο γὰρ ὑπέλαβον προσηνὲς, καὶ κεχαρισμένον εἶναι τοῖς θεοῖς. *Quod enim a legibus, & oraculis praecipiebatur, ut sacrificarent secundum tria; nempe, secundum mensis, dies, annos, sic distincte illud Graeci universi faciebant, ut cum sole congruenter annos agerent, dies, & menses, cum luna. Est vero, secundum solem annos agere, circa eadem anni tempora diis eadem sacra facere; ac vernum quidem sacrificium, semper vere; aestivum, aestate; reliqua, pariter stato tempore celebrare. Hoc enim acceptum, & gratum, diis esse existimabant.* Ter quoque sortes, quas consulebant, tollere solebant. Tibullus lib. I. eleg. III.

Illa sacras pueri sortes ter sustulit. ——

Mortuorum quoque nomina ter vocare, moris erat. Anonymus. Διὸ καὶ τὰς τῶν νεκρῶν ἀνακλήσεις τρὶς εἰθίσαμεν ποιεῖσθαι. *Quocirca & mortuos ter vocare consuevimus.* Didymus ad Odyss. IX. Ἀρχαῖον ἔθος, τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρίτον τοὺς περιλειφθέντας, ἐπ᾽ ἂν ἀπίωσιν οἴκαδε. *Vetus mox est, peregre mortuorum animas ter vocare superstites, quum domum habeant.* Vide, quae de more isto olim mihi adnotata in Spicilegio Theocritico ad Idyll. XIII. Sic aliquod mali, aut morbi, deprecantes, ter despuebant. Plinius lib. XXVIII. cap. IV. *Eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est, atque effectus adiuvare.* Theocritus Idyll. VI.

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς ἐς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Ne vero fascinarer, ter in sinum meum despui.

Iuvenalis Sat. VII.

Tunc immensa cavi spirant miracula folles,

Conspuiturque sinus. ——

Vbi Interpres eius vetus. *Propter fascinum verborum ter sibi in sinum spuunt, & videntur fascinum arcere.* Petronius Satyrico. *Mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signavit; hoc pera-*

peracto carmine, ter me iussit exspuere. Tibullus lib. I. eleg. II.

Haec mihi composuit cantus queis fallere posses;

Ter cane, ter dictis despue carminibus.

Furunculos quoque, quum inciperent, ter saliva ieiuna, praesignabant. Plinius, citato libro, item capite. *incipientes furunculos (mos est) ter praesignare ieiuna saliva.* Lippi etiam quum lavarent pedes, oculos, sumta ea aqua, ter tangebant. Plinius ibidem. *Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui, quum pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant.* Lucinam quoque parturientes ter invocabant. Horat. Carm. lib. III. Od. XXII.

Quae laborantes utero puellas

Ter vocata audis. ———

Et Graeci multitudinem demonstrare cupientes, per ternarium isthuc numerum faciebant; dicentes, Τρισόλβιος, & talia multa. Anonymus. Καὶ εἰς πλήθους ἔμφασιν τῇ τριάδι χρώμεθα. Τρὶς μύριοι, λέγοντες, ἀντὶ τοῦ, πολλάκις πολλοί. καὶ, τρισόλβιοι. *Et, ad multitudinem repraesentandam, ternario utimur; dicentes, ter decem millia, pro, admodum multi; item, ter felices.* Arethas in Apocalypsin cap. XXIII. Ὁ τρία ἀριθμὸς. ἀρχὴ πλήθους ἐστὶν, ὡς ἡ ἀριθμητικὴ βούλεται μέθοδος. *Numerus ternarius, initium est multitudinis, ut Arithmetica vult ars.* Quin trifariam omnia esse distributa adfirmabant, atque hinc dixisse Homerum, Τριχθὰ πάντα δέδασται. Anonymus. Καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ δὲ ἁρμόσοι τις ἂν τούτοις· Τριχθὰ γὰρ πάντα δέδασται. *Et illud apud Homerum aliquis istis aptet; trifariam enim omnia sunt divisa.* Ita restituo; nam male hodie vulgatur δεδέσθαι. Vsurpavit hoc etiam Cydonius lib. De contemnenda morte. Οὐκοῦν τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, Τριχθὰ πάντα δέδασται, τριχῆ συμβαίνει καὶ τοὺς τὸν θάνατον κακίζοντας διῃρῆσθαι. *Vt autem proverbio dicitur; trifariam omnia divisa sunt; ita quoque, qui mortem vituperant, trifariam divisos esse contingit.* Maximus Tyrius Dissertat. XXIV. Πείθομαι γὰρ Ὁμήρῳ λέγοντι·

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται.

Homero enim adsentior, dicenti:

Trifariam omnia divisa sunt.

Et Psellus De Op. Daem. Οἳ κατὰ μηδὲν τῆς ἑλληνικῆς ἐστι μυθολογίας ἀπολειπόμενοι· κατὰ τὸ,

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται. ———

Quod quidem nihil a Graeca illa fabulatione differt,

Trifariam omnia divisa sunt. ———

Refertur autem ad distributionem illam, quam Poetae factam esse fabulantur, inter Iovem, & Neptunum, ac Plutonem; de qua & Neptunus ipse ita loquitur apud Homerum Iliad. ο.

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε Ῥέη·

Ζεὺς, καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης, ἐνέροισιν ἀνάσσων·

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.

Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos peperit Rhea;

Iupiter, & ego, tertius vero Pluto, inferis imperans;

Trifariam vero omnia divisa sunt, & unusquisque nactus est honorem.

Meminit Apollodorus Biblioth. lib. I. Καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν τὴν ἐν οὐρανῷ δυναστείαν· Ποσειδῶν δὲ τὴν ἐν θαλάσσῃ· Πλούτων δὲ, τὴν ἐν ᾅδῃ. *Ac sorte accipit Iupiter quidem, coeli potestatem; Neptunus, maris: Pluto vero, inferorum.* Occurrit quoque cum apud Lactantium lib. I. cap. XI. tum alios plures. Alii hanc distributionem referunt ad auctorem Zoroastren: qui primae parti Horomazen, mediae Mithram, ultimae vero Arimanen praeposuerit. Pletho in Scholiis ad Oracula Magica, ex Plutarcho illud tradit. Φησὶ δὲ περὶ Ζωροάστρου Πλούταρχος, ὡς τριχῆ τὰ ὄντα διέλοι, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ αὐτῶν μοίρᾳ Ὡρομάζην ἐφιστώη· τῇ δ' ἐσχάτῃ, Ἀριμάνην· Μίθρην δὲ, τῇ μέσῃ. *Refert autem de Zoroastre Plutarchus, quod res omnes, quae exsistunt, tripliciter distribuerit; & primae quidem parti illarum Horomazen praeposuerit; ultimae autem, Arimanen: mediae, Mithram.* Plutarchi locus, quem respexit, exstat libro De Iside, & Osiride. De hoc numero, eiusque nominibus, ista nobis ex Nicomacho refert Photius. Ἡ δὲ τριὰς ἐστι μὲν πρῶτος περισσὸς κατ' ἐνέργειαν, καὶ τέλειος πρῶτος καὶ μεσότης, καὶ ἀναλογία. τήν τε τῆς μονάδος δύναμιν ἐς ἐνέργειαν, καὶ ἐπέκτασιν, προχωρεῖν ποιεῖ. ἀλλὰ καὶ πρωτίστη, καὶ κυρίως μονάδων σύστημα. εἶτα λοιπὸν ἐντεῦθεν αὐτοῖς πρὸς τὸ φυσιολογικὸν αἴρεται ὁ ἀριθμὸς. αἰτία τε γὰρ τοῦ τριχῆ διαστατοῦ, καὶ περατωτικὴ τῆς ἀπειρίας τῆς ἐν ἀριθμῷ, καὶ ὅμοιον, καὶ ταυτὸν, καὶ ὁμόλογον, καὶ ὡρισμένον. ἀλλ' οὕτω ταῦτα φορτικά. τὰ δ' οὐχ ὅμοια. καὶ νοῦς τις ἡ τριὰς, καὶ εὐβουλίας, καὶ συνέσεως αἰτία· καὶ γνῶσις ἀριθμοῦ τὸ κυριώτατον, μουσικῆς τε πάσης κυρία, καὶ σύστασις. καί γε καὶ γεωμετρίας ὅτι μάλιστα· καὶ μὴν καὶ τῶν κατὰ ἀστρονομίαν καὶ οὐρανίων φύσιν τε καὶ γνῶσιν αὕτη τὸ κράτος ἔχει, καὶ συνέχει, καὶ εἰς οὐσίωσιν ἄγει. καὶ ἡ ἀρετὴ δὲ πᾶσα ταυτης ἐξῆπται, καὶ ἐκ ταύτης πρόεισιν· εἶτα λοιπὸν τὰ μυθώδη. διὰ ταῦτα, αὐτοῖς ἡ τριὰς, Κρονία, καὶ Λατὼ, καὶ Ἀμαλθείας κέρας. Ὀφιονά τε αὐτὴν τερατολογοῦσι, καὶ Θέτιν, καὶ Ἁρμονίαν. Ἑκάταν τε καὶ Ἐράναν, καὶ Χαριτίαν καὶ Μουσῶν Πολύμνειαν, Ἀΐδαν τε καὶ Λοξίαν· Ἄρκτον, Ἕλικα, καὶ ποτὶ βυθὸν οὐδυμέναν, Δαματράμην τε καὶ Διοσκορίαν, καὶ Μῆτιν, καὶ Τριδύμην, Τρίτωνα, Θαλασσοῦχον, Τριτογένειαν, Ἀχελῷον, Ναέτιν, καὶ Ἀγυιοπέζαν, Κουρητίδα, Κραταιΐδα, Ἁρμονίαν, Συμβηνίαν, Γάμον, Γοργονίαν, Φορκίαν, Τρίσαμον, καὶ Λύδιον. *Ternarius vero primus omnium actu impar est, primusque perfectus numerus, & medietas, & proportio: qui unitatis vim in actum, atque exporrectionem procedere facit. Idem prima est omnium & quidem propria, unitatum coagmentatio. Hinc porro ad physiologiam numerum hunc traducunt: causa enim est rei tripliciter separabilis, & infinitatem numerorum definiens, simile quoque, & idem, & eiusdem proportionis, ac determinatum. Verum haec nondum adeo solida: quibus isthaec nequaquam similia. Mens quidem Ternarius est; & sapientiae, atque intelligentiae, causa: cognitio ad haec, quae numeri est pars maxime pro-*

propria : Musicae quoque universae potestas , ac compositio : & vero Geometriae vel maxime . Quin etiam hic rerum ad Astronomiam , sive ad caelestium naturam , ac scientiam , pertinentium vim omnem habet , ac continet , eamque ad substantiae productionem impellit . Virtutes quoque omnes ab hoc numero dependent , atque ab eo proficiscuntur . Deinceps , quae ad fabulas spectant , refert . Hinc ternarius ipsis dicitur Saturnia , & Latona , & Amaltheae cornu . Ophiona item esse nugantur , ac Thetyn , & Harmoniam . Hecaten quoque , & Eranam , & Charitiam , & e Musis Polymniam , Plutonemque , & Loxiam. Vrsam praeterea , & Helicen , eamque , quae aequore non mergitur , Damatramen , Dioscoriam , Metin , Trigeminam , Tritona , Maris praesidem , Tritogeniam , Acheloum , Naetin , Agyiopezam , Curetidem , Crataeidem , Harmoniam , Symbeniam , Nuptias , Gorgoniam , Phorciam , Trisamum , & Lydium . Vbi observa , Ἁρμονίαν , bis referri ; minus recte, ut existimo ; ac posteriore loco inducendum esse censeam. Porro ex nominibus his tantum Ἁρμονία, & Γάμος , alibi , & apud unum Anonymum , in Theologumenis suis Arithmeticis, memorantur : apud quem haec quoque nomina , Φιλία , Εἰρήνη , & Ὁμόνοια , referuntur : *ἔτι γε μὴν καὶ Φιλίαν , καὶ Εἰρήνην , καὶ προσέτι Ἁρμονίαν τε καὶ Ὁμόνοιαν , προσαγορεύουσιν , ἐναντίων γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίων , συνακτικὰ , καὶ ἑνωτικὰ , ταῦτα . διὸ καὶ Γάμον αὐτὴν καλοῦσι . Praeterea etiam Amicitiam , & Pacem ; adhaec & Harmoniam , & Concordiam , adpellant ; nam contraria , ac non similia , colligunt , & uniunt . Vnde etiam Nuptias vocant.* Ita corrigo eum locum : nam non recte hodie editur , καὶ Γαμόνα αὐτὴν καλοῦσι . Quod ad Τριτογένεια , quod Minervae cognomentum est , isthuc etiam referendum , quod Minervae , ut ternarium in numeris , sic in mense tertium diem dedicabant , quia eo nata esset . Isaacius Tzetzes , Comm. in Lycophronem . *Κατὰ Καλλισθένην τρίτη δὴ τοῦ μηνὸς (ἡ Ἀθηνᾶ) ἐγεννήθη · διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς . Vt Calisthenes auctor est , tertio certe mensis die nata est Minerva ; unde etiam apud Athenienses tertius dies est Minervae consecratus .* Ac sane natam tertio die Minervam esse , tradit quoque Etymologici auctor , & Suidas : uterque , in Τριτογένεια . Erat & Democriti Abderitae opus quoddam , hunc in modum inscriptum : Τριτογένεια , τοῦτο δέ ἐστιν , ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει . Docet id Diogenes Laertius in Democrito lib. IX. & Suidas in Τριτογένεια . Dicebatur adhaec etiam Δίκη . Plutarchus , de Iside , & Osiride. *Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς , καὶ σχήματα , θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις . Τὸ μὴν γαρ ἰσόπλευρον τρίγωνον , ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ . καὶ τριτογένειαν . τὸ δὲ ἕν , Ἀπόλλωνα . Ἔριν δὲ τὴν δυάδα , καὶ Τολμάν . Δίκην δὲ , τὴν τριάδα . Pythagorei vero cum numeros , tum figuras deorum ornavere nominibus . Itaque aequilaterum triangulum , vocabant Minervam , vertice enatam , & Tritogeniam : Vnitatem vero , Apollinem : binarium , Contentionem , & audaciam : ac ternarium , Iustitiam .* Item Εὐβουλία , & Φρόνησις . Anonymus . *Ἡ Τριὰς εὐβουλία καλεῖται , καὶ Φρόνησις , οἷα τῶν ἀνθρώπων τάτε παρόντα διορθούντων , τάτε μέλλοντα προορωμένων , καὶ ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων* (ita rescribendum censeo , pro γενάτων , quod vulgatum) *λαμβανόντων πεῖραν . Ternarius Prudentia vocatur , & Sapientia ; quod homines nempe praesentia dirigant , futura prospiciant , & ex praeteritis experientiam accipiant .* Etiam , Εὐσέβεια . Anonymus , ibidem . *Τὴν τριάδα Εὐσέβειαν καλοῦσι · Ternarium vocant Pietatem .* Denique & Σωφροσύνη . Anatolius . *Ἔικασαν δὲ αὐτὴν (τὴν τριάδα) ἐν ἀρεταῖς Σωφροσύνῃ . Adsimilant vero ipsum (ternarium) in virtutibus Temperantiae .* Quo respexit Porphyrius , de Abstin. lib. II. *Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς , σπουδάζοντες , ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο · τὸν μέν τινα ἀριθμὸν , Ἀθηνᾶν καλοῦντες · τὸν δέ τινα , Ἄρτεμιν · ὥσπερ αὖ ἄλλον , Ἀπόλλωνα . καὶ πάλιν , ἄλλον μὲν , Δικαιοσύνην , ἄλλον δὲ Σωφροσύνην . Pythagorei itaque circa numeros , & litteras , studiosi , ex his plerumque diis primitias libabant : hunc quidem numerum , Minervam vocantes ; illum autem , Dianam : quemadmodum alium rursum , Apollinem ; ac rursum , alium quidem , Iustitiam ; alium vero Temperantiam .* Et Πρῶτον πλάτος . Simplicius de Anima lib. I. *Καὶ ἐκάλουν (οἱ Πυθαγόρειοι) ὡς ἐκ τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους λεγομένων τεκμαίρεσθαι , τὴν δυάδα , Πρῶτον Μῆκος . οὐ γὰρ ἁπλῶς Μῆκος , ἀλλὰ τὸ Πρῶτον · ἵνα τὸ αἴτιον σημαίνωσιν . ὡσαύτως δὲ καὶ Πρῶτον πλάτος , τὴν τριάδα . Ac vocabant (Pythagorei) ut ex iis , quae sunt dicta ab Aristotele , coniicere licet , binarium numerum Primam Longitudinem ; neque enim simpliciter , Longitudinem , sed Primam ; uti causam indicarent . Eodem modo Primam quoque Latitudinem , ternarium dicebant .* Qui vero plurimas , easque admodum elegantes , de ternario observationes velit , is Ausonii de hoc ipso gryphum legat ; certe dignum , qui legatur .

CAP. VI.

Quaternarius , Mercurio sacer , ut & Herculi ; qui uterque quarto mensis die natus : ac Mercurio placenta illo die ab Atheniensibus offerri solita . A Pythagoricis colebatur , ut perfectus . Denarii parens , fons naturae : eorumque per Pythagoram , & Pythagorae per ipsum , iusiurandum . Martiani Capellae locus emendatus . Auctorum aliquot veterum hallucinatio indicata . Anonymi locus restitutus . Sex & triginta continere , ac quomodo , & qua de causa , censebatur ; tum vim habere in medicina . Principium *quoque* sanitatis *dicebatur . Omnes numeri eo nomine adpellati : quam ob causam .* Potentia denarii *etiam nuncupatus : neque a quibusdam Thracum ultra eum numeratum . Perfectior multo ternario , unde ad felicitatem mortuorum praedicandam usurpatus . Anonymus iterum correctus . Eius nomina :* Κλειδοῦχος τῆς φύσεως , Ἀιόλη φύσις . *Photii locus emendatus .* Ἡρακλῆς . Ἔξαρμα . Ἀλ-

Ἀλκιμωτάτη. Ἀῤῥενική. Ἀθῆλυντος. Ἑρμῆς. Ἥφαιςος. Διόνυσος. Σωριτάς. Μαιάδης. Ἐριούνιος. Σῶκος. Διόσκορος. Βασσαρεύς. Διμάτωρ. Θηλύμορφος. Ἔπανδρος. Ἀῤῥενουργός. Βακχασμὸν ἀνεγείρων. Ἁρμονία. Οὐρανία. Κόσμος. Σῶμα. Πρῶτον βάθος. Δικαιοσύνη. *Aristoteles, & Porphyrius, illustrati.*

CEleberrimus numerorum quaternarius, cum ob alia, tum ob Pythagoricorum iusiurandum; de quo statim sum dicturus. Erat autem Mercurio sacer; quod nimirum quarto mensis die natus crederetur. Plutarch. Symposiac. lib. IX. cap. III. Ἑρμῇ δὲ μάλιςα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται· πολλοὶ δὲ καὶ τετράδι μηνὸς ἱςαμένου γένεσθαι τὸν θεὸν ἱςοροῦσι. *Mercurio vero potissimum quaternarius est dicatus; multique quarto mensis die deum esse natum tradunt.* Martianus Capella lib. VII. ubi de hoc numero agit. *Hic numerus quadratus ipsi Cyllenio deputatur, quod quadratus Deus solus habeatur.* Etiam Herculi, qui natalem eumdem habere credebatur. Proclus in Hesiodi Dies. Ἡ τετρὰς Ἡρακλέους καὶ Ἑρμοῦ ἐςιν. Quaternarius numerus Herculis est, & Mercurii. *Et paulo post.* Ἡ τετρὰς, Ἡρακλέους· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη. *Quaternarius Herculis est: quia is eo die natus.* Quamquam sane illo loco Τετρὰς, malim interpretari, *quartus mensis dies.* Ac certe, uti numerus quaternarius, ita quartus mensis dies, eamdem ob causam Herculi, Mercurioque, consecratus. Qua de re videndus etiam Eustathius ad Iliad. ά. Porro Herculem quarto mensis die natum, plures attestantur. Hesychius in his; Ioh. Tzetzes Chil. XII. Hist. CCCCXVII. Zenobius Cent. VI. Proverb. VII. item Suidas; & Anonymus in Theologumenis suis. Quin Mercurii quoque nomine, Herculisque, inde numerus quaternarius dicebatur, ut ostendam paulo infra, ubi de nominibus eius sum acturus. Quod Mercurium vero attinet, ac sacratum ei diem mensis quartum, illuc etiam referendum, quod Athenienses ipsi quarto quoque mensis die placentam offerre consuevere. Inde querela est Mercurii, apud Aristophanem, Pluto:

Οἴμοι πλακοῦντος τοῦ ἐν τετράδι πεπεμμένου.

Hei mihi ob placentam quarto die pinsi solitam.

Ad quem Scholiastes: Ἡ τετρὰς ἐνομίζετο Ἑρμοῦ. καὶ καθ' ἕκαςον μῆνα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πλακοῦντα ἀπετίθεντο τῷ Ἑρμῇ. *Quaternarius sacer Mercurio putabatur: itaque etiam quarto quoque mensis die placentam illi offerebant.* Videatur quoque Suidas in Πεπεμμένου πλακοῦντος. & Πέπλωσα. Ac colebant eum etiam Pythagorici. Ioannes Protospatharius ad Hesiodi Dies. Τελεία ἄρα ἡ τετρὰς, καὶ ἀξία τιμᾶσθαι· ἐτιμᾶτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις. *Perfectus itaque est quaternarius, atque dignus honorari; ideoque honorabatur a Pythagoricis.* Anonymus de eodem. Ἐτίμων δὲ αὐτὴν οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς δεκάδος γεννητικήν. *Honorabant vero ipsum Pythagorei tamquam qui denarium gigneret.* Ac naturae fontem existimabant. Themistius Phys. lib. III. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ Πυθαγόρου τὸν ἀριθμὸν τὸ ἄπειρον λέγουσιν. ἀριθμὸν δὲ οὐ χωριςὸν, οὐδὲ ἀσώματον· ἀλλ' ὡς ἀρχὴ τῶν αἰσθητῶν ἐςὶ κατ' ἐκείνους. πάντα γὰρ ἐκ τῶν ἀριθμῶν παράγουσι τὰ αἰσθητὰ, κἀντεῦθεν τῷ ἀριθμῷ δὲ πάντ' ἐπέοικεν· καὶ ἡ πηγὴ τῆς φύσεως ἡ τετρακτύς. *Pythagorici numerum adserunt esse infinitum, non illum quidem separatum, & incorporeum, sed qui sensilium secundum ipsos sit principium; illi enim omnia sensilia ex numeris deducunt: atque inde cuncta in numerum conferunt; quin & fons naturae esse quaternarius censebatur.* Proclus in Theol. Plat. lib. IV. cap. XXXII. Ἐπειδὴ δὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἑαυτῷ περιέχει τοῦ σύμπαντος ἀριθμοῦ, τετράδα προσείρηκεν αὐτὸ, τεττάρων τῶν πρωτουργῶν αἰτίων περιληπτικὴν, ὁ Τίμαιος: πάσης γὰρ εἰδοποιΐας ἡ τετρὰς αὕτη πηγὴ προὔφεςηκεν. *Quoniam vero causam in se continet universi numeri, quaternionem id Timaeus adpellavit, quatuor primo operantes causas comprehendentem; omnis enim formarum procreationis fons prius exstitit.* Sextus Empiricus adversus Mathem. lib. IV. Ὥςε εἰκότως τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς εἰρῆσθαι πηγὴν, ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν. *Ut merito apud Pythagoricos quaternarius numerus dictus sit fons, qui naturae sempiternae radices habeat.* Irenaeus lib. I. cap. I. Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ (λέγουσιν) ἀλήθειαν, καὶ εἶναι ταύτην πρῶτον, καὶ ἀρχέγονον, Πυθαγορικὴν τετρακτὺν, ἣν καὶ ῥίζαν τῶν πάντων καλοῦσι. *Simul autem cum eo emissam esse veritatem (dicunt) atque hunc Pythagoricum quaternarium primum, ac primigenium, esse; quem & radicem omnium vocant.* Huc pertinent illa Simplicii ad Phys. lib. IV. Αἱ τετράδες, αἱ νοεραὶ πᾶσαι, πηγαίαν ἔχουσαι τάξιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐμπύριον τὴν ἐπιςασίαν, συμπεριέρχονται ὁμοῦ τοῖς κόσμοις, ὡς καὶ τοῦ ἐμπυρίου διὰ πάντων χωροῦντος. *Quaternarii, qui sunt omnes intellectuales, fontanum habentes ordinem, ideoque empyriam praefecturam, simul cum mundis circumeunt, ut qui etiam empyrius omnia pervadat.* Et ista Hieroclis. Καὶ ἁπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, ςοιχείων, ἀριθμῶν, ὡρῶν τοῦ ἔτους, ἡλικιῶν συνοικισμῶν. καὶ οὐκ ἔςιν εἰπεῖν, ὃ μὴ τῆς τετρακτύος, ὡς ῥίζης, καὶ ἀρχῆς, ἤρτηται. ἐςὶ γὰρ, ὡς ἔφαμεν, δημιουργὸς τῶν ὅλων, καὶ αἰτία ἡ τετράς. *Et, ut semel dicam, quaecumque exsistunt, quaternarius colligavit: in elementis, in numeris, in anni tempestatibus, in aetatum contuberniis, neque dici quidquam potest, quod a quaternario, veluti radice, ac principio, non dependeat; siquidem est, ut dixi, omnium opifex, atque causa.* Itaque in iuramento quoque erat, quod exstat in Aureis, quae vulgo inscribuntur, Carminibus:

——— τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ———

——— *quaternarium,*
Fontem aeternae naturae.

Atque ita a Pythagora acceperant; per quem ideo iurabant, hunc in modum, uti notum.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ———

Per eum, qui nobis tradidit quaternarium,

Fon-

Fontem aeternae naturae. ——

Iamblichus De vita Pythagorae libro I. cap. XXVIII. Ἀναφέρεται γε μὴν εἰς τὺς Πυθαγορικὺς, κ̧ τοιόσδέ τις ὅρκος, αἰδῶ μὲν · ποιυμένων ὀνομάζειν Πυθαγόραν, ὥσπερ κ̧ θεῶν ὀνόμασι χρῆσθαι πολλὴν φειδὼ ἐποιῦντο· διὰ δὲ τ̃ εὑρέσεως τῆς τετρακτύος δηλῦντων τὸν ἄνδρα. *Ad Pythagoricos quidem refertur, & tale quoddam iusiurandum; qui prae pudore quidem Pythagoram non nominant, ut deorum quoque nominibus uti admodum verecundantur; sed per quaternarii inventionem virum indicant.* Ac videndus idem iterum cap. XXIX. Hierocles. Ὥστε καὶ κατὰ τῦτο εἴποι ἄν τις, ἰδίᾳ μὲν τηρεῖσθαι τὸ Σέβυ ὅρκον, ἐπὶ τ̃ ἀεὶ κ̧ ὡσαύτως ἐχόντων θεῶν. ἰδίᾳ δὲ νῦν ὀμνύσθαι κατὰ τῦ παραδόντος ἡμῖν τὴν τετρακτὺν διδασκάλυ, ὃς ὐκ ἦν ἐκ τῶν ἀθανάτων θεῶν, ὐδὲ τῶν φύσει ἡρώων, ἀλλ' ἄνθρωπος, ὁμοιώσει θεῦ κοσμηθεὶς, κ̧ πρὸς τὴς ἀφ' ἑαυτῦ θείαν ἀποσώζων εἰκόνα. ὅθεν καὶ ἔνορκον αὐτὸν ἐπὶ τῶν ὕτω μεγάλων ποιεῖται, λεληθότως ἐπεμβάλλων τὸ περὶ Πυθαγόραν τ̃ ἀκροατῶν σέβας· κ̧ τὴν ἀξίαν αὐτῦ δεικνὺς, δι' ὧν παραδέδωκε μαθημάτων. *Ita ut ista ratione dicat aliquis, peculiariter quidem servare praeceptum de colendo iureiurando in diis, qui semper, & eodem modo, exsistunt; peculiariter autem iurari huc loco per Doctorem, qui nobis quaternarium tradidit; qui nec erat ex deorum immortalium numero, nec ex heroum genere; sed homo, Dei similitudine praeditus, divinaeque imaginis auctoritatem apud suos retinens; unde fit, ut in magnis adeo rebus ipsum adhibeat in iuramentum: tacite innuens, qua ratione Pythagoras a suis auditoribus coleretur, quantumque sibi dignitatis, illis ipsis, quas tradiderat, disciplinis, peperisset.* Atque ut discipuli per Pythagoram praeceptorem iurabant, ita ipse per quaternarium. Itaque Pythagoram loquentem introducit Lucianus in Vit. Auct. Ὁρᾷς, ἃ σὺ δοκέεις τέτταρα, ταῦτα δέκα ἐσὶ, κ̧ τρίγωνον ἐντελὲς, κ̧ ἡμέτερον ὅρκιον. *Vides, decem esse ea, quae tu quatuor existimas, & perfectum triangulum, ac nostrum iusiurandum.* Et subiungit mercator. Οὐ μὰ τὸν μέγιστον τοίνυν ὅρκον τὰ τέτταρα, ὔ ποτε θειοτέρυς λόγυς ἤκυσα, ὐδὲ μᾶλλον ἱερύς. *Per maximum igitur iuramentum quatuor, numquam neque diviniores, neque sanctiores, sermones audivi.* Et in Philopatri [a]. Μὴ τὴν τετρακτὺν φῂς, τὴν Πυθαγόρυ. *An quaternarium dicis illum Pythagorae?* Corruptus in hac re est Martiani Capellae locus libro II. *Quaternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem; ideoque perfectus est, & habetur, ut ipse Cyllenius; cui anni tempora, coeli climata, mundique elementa conveniunt. An aliud illa senis deieratio, qui* μὰ τὴν τετράδα *non tacuit, confitetur, nisi perfectae rationis numerum?* Quid enim est istud? *senis Dei ratio*. Rescribendum, si quid iudico: *senis deieratio*. Per *senem* intelligit Pythagoram; qui per numerum quaternarium, ut iam dixi, deierabat. Ergo constat, ut Pythagoras per quaternarium iurabat, ita per Pythagoram, qui quaternarium tradidisset, iu-

[a] *Philopatridos* non est auctor *Lucianus*.

ravisse eius deinde sectatores; ac iuramenti verba erant illa, ubique apud auctores celebrata.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τέτρακτὰν
Παγὰν, ἀενάυ φύσιος ῥιζώματ' ἔχυσαν.

Per eum, qui animae nostrae tradidit quaternarium,
Fontem, sempiternae naturae radices habentem.

Quam ob caussam, admirandum est in primis, plurimos Scriptores veteres, ita huius iuramenti meminisse, tamquam si per quaternarium, non auctorem eius Pythagoram, deierare consuevissent. Macrob. in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. *Quaternarium quidem Pythagorei, quem* τετρακτὺν *vocant, adeo, quasi ad perfectionem animae pertinentem, inter arcana venerantur, ut ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint.* Plutarchus De Iside, & Osiride. Ἡ δὲ καλυμένη τετρακτὺς, μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται. *Qui vero vocatur quaternarius, maximus erat iusiurandum; sicuti omnium sermonibus tritum est.* Ac videndus ille iterum, De plac. Phil. lib. I. cap. III. Lucianus, Pro lapsu in salutatione admisso. Εἰσὶ δὲ κ̧, οἱ τὴν τετρακτὺν τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν (τῶν Πυθαγορέων) κ̧ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς, ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. *Sunt vero, & qui dicant, quaternarium maximum ipsorum (Pythagoreorum) iuramentum esse, ac perfectum ipsis conficere.* Corruptus est hac de re Anonymus in Theologumenis, ubi de quaternario agit. Ταιαύτης δὲ οὔσης, ἐπώνυμον δι' αὐτῆς οἱ τὰ Πυθαγόρυ οἱ ἄνδρες θαυμάζοντες. Rescribendum, ἐπώμνυον δι' αὐτῆς. *Talis quum sit, iurabant per ipsum viri, qui Pythagorae dogmata admirabantur.* Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Pentecosten XLIV. Τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν Ἑβραίων παῖδες, ἐκ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας· ὥσπερ Πυθαγορικοὶ τὴν τετρακτὺν ὕστερον, ἣν δὴ κ̧ ὅρκον πεποίηνται. *Septenarium numerum ex legis Mosaicae praescriptio, Ebraei in honore habent: quemadmodum postea Pythagorici quaternarium, quem etiam iuramentum fecere.* Theologi hallucinationem, cum aliis, quos iam dixi, ei communem, videt Nicetas, & excusat, in Orationis illius Paraphrasi. Καὶ μὴν, ὁ θεολόγος, ὐ τὴν τετρακτὺν, ἀλλὰ τὸν Πυθαγόραν, ὤμνυον οἱ μαθηταί. ναί, φησιν, ἀλλὰ κ̧ τὸν Πυθαγόραν διὰ τὴν τετρακτὺν θεώσαντες ὤμνυον, ὡς παραδόντα τύτοις τὴν ἀπόρρητον αὐτῦ, κ̧ μυστικὴν, δύναμιν, ὥστε δεύτερος αὐτοῖς τῆς τετρακτύος ὁ Πυθαγόρας εἰς τιμὴν, κ̧ δι' ἐκεῖνο ταύτην ὤμνυον ἄντικρυς. *At vero, Theologe, dicet quispiam, non per quaternarium, sed per Pythagoram, iurabant discipuli. Ita sane, inquit, verum Pythagoram propter quaternarium divinis honoribus adficientes hac iuramenti formula utebantur: ut qui ipsis arcanam, ac mysticam, illius numeri vim tradidisset. Quare secundus a quaternario ab illis collocatus Pythagoras, ac per eum plane in hanc formam iurabant.* Nec se extricat Sextus Empiricus, qui iuratum per utrumque esse dicit; nempe numerum quaternarium, & Pythagoram, eius auctorem; adversus Mathemat. lib. IV. Καθόλυ μὲν ὖν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων Πυθαγορικοὶ μεγάλην

γάλην ἀπονέμουσι δύναμιν τοῖς ἀριθμοῖς, ὡς τῆς τῶν ὅλων φύσεως κατ᾽ αὐτοὺς διοικουμένης. ὅθεν κὴ ἀεί ποτε ἐπεφώνουν.

——— ἀριθμῷ δέ τε πάντ᾽ ἐπέοικεν,

ὀμνύοντες οὐ μόνον τὸν ἀριθμὸν, ἀλλα κὴ τὸν ὑποδέξαντα αὐτοῖς τοῦτον Πυθαγόραν, ὡς θεὸν, διὰ τὴν ἐν ἀριθμητικῇ δύναμιν. *Atque universim quidem Mathematici Pythagorici magnam vim tribuunt numeris, utpote quod universarum rerum natura ex iis administretur. Vnde etiam semper acclamabant,*

——— *numero vero omnia similia videntur,*

iurantes non solum numerum, sed etiam illum, qui eum ipsis ostenderat, Pythagoram, tamquam deum, propter vim, quae est in Arithmetica. Simplicius multo, & rectius agit rursum postea lib. VII. Καὶ τοῦτο ἐμφαίνοντες οἱ Πυθαγορικοὶ, ποτὲ μὲν εἰώθασι λέγειν, τὸ,

——— ἀριθμῷ δέ τε πάν τ᾽ ἐπέοικεν·

Ὁτὲ δὲ, τὸν φυσικώτατον ὀμνύναι ὅρκον οὑτωσί·

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ κεφαλᾷ παραδόντα τετρακτὺν,

Πηγὴν, ἀενάου φύσεως ῥιζώματ᾽ ἔχουσαν.

τὸν μὲν παραδόντα, λέγοντες Πυθαγόραν· τοῦτον γὰρ ἐθεοποίουν· τετρακτὺν δὲ ἀριθμόν τινα, ὃς, ἐκ τεσσάρων ἀριθμῶν τινῶν τῶν πρώτων συγκείμενος, τὸν τελειότατον ἀπήρτιζεν, ὥσπερ τὸν δέκα. *Et hoc significantes Pythagorici, aliquando quidem dicere consueverunt, illud;*

——— *numero vero omnia similia videntur: aliquando autem, iuramentum omnium maxime naturale iurare, hunc in modum:*

Non per eum, qui capiti nostro tradidit quaternarium,

Fontem, sempiternae naturae radices habentem.

eum quidem, qui tradidisset, Pythagoram dicentes, ceu quem Deum faciebant: quaternarium vero, numerum quemdam, qui, ex quatuor primis numeris compositus, numerum efficiebat perfectissimum ut denarium. Malchus in vita Pythagorae, communem aliis errorem sequitur. Non recte Auctor Altercationis Synagogae, & Ecclesiae tradit, fuisse librum, De doctrina quadrivii: ita enim ait cap. I. *Hic etiam Pythagoras Mathentetraden fecit: id est, librum de doctrina quadrivii.* Sed initio illic scribendum: *Pythagoras* Μὰ τὴν τετράδα *fecit*. Id est, iusiurandum per quaternarium instituit. Cetera illa, *id est, librum de doctrina quadrivii*: glossema censeo, & lectoris cuiusdam indocti interpretamentum. Continebat vero ille numerus sex, & triginta; nempe quatuor primos pares numeros, binarium, quaternarium, senarium, octonarium: item quatuor primos impares; unitatem, ternarium, quinarium, & septenarium: qui collecti eum numerum repraesentant. Plutarchus de Iside & Osiride. Ἡ δὲ καλουμένη τετρακτὺς, τὰ ἓξ κὴ τριάκοντα, μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται, κὴ κόσμος ὠνόμασται, τεσσάρων μὲν ἀρτίων τῶν πρώτων, τεσσάρων δὲ τῶν περισσῶν, εἰς τὸ αὐτὸ συντιθεμένων, ἀποτελούμενος. *Qui vero quaternarius vocabatur, e sex & triginta constans, maximum erat iuramentum, ut sermone omnium tritum est, & adpellabatur Mundus: e primis quatuor paribus, ac primis quatuor imparibus, constitutus.* Iterum De animae procreatione, quae in Timaeo. Ἡ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ὑμνουμένη τετρακτὺς, τὰ ἓξ καὶ τὰ τριάκοντα, θαυμαστὸν ἔχειν δοκεῖ, τὸ συγκεῖσθαι μὲν ἐκ πρώτων ἀρτίων τεσσάρων, κὴ πρώτων περισσῶν τεσσάρων. *Equidem quaternarius ille, a Pythagoricis praedicatus, scilicet sex & triginta, illud habet admirandum, quod compositus sit, e primis quatuor paribus, & primis quatuor imparibus.* Ac vim habere in medicina numerus iste censebatur. Plinius lib. XXVIII. cap. VI. *Vulnera nodo Herculis praeligare, mirum quantum ocyor medicina est; atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quamdam habere utilem dicuntur: quippe quum Hercules eum prodiderit; numerum quoque quaternarium Demetrius, condito volumine: &, quare quaterni cyathi, sextariive, non essent potandi.* Hippocrates in Prognostico. Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι, κὴ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, κὴ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. οἵ τε κακοηθέστατοι, κὴ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν ἢ πρόσθεν. *Febrium iudicationes iisdem numerantur diebus, quibus homines & evadunt, & moriuntur; nam & mitissimae febres, & quae securissimis nituntur signis, die quarto, aut ante, desinunt: maxime vero malignae, & quae cum gravissimis signis fiunt, quarto, vel prius, intersiciunt.* Et paulo post. Ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι, κὴ καθ᾽ ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι· κὴ οὐ λήσεται, ὅπη τρέψεται τὸ νόσημα. *Verum a primo die advertere animum oportet, & pro singulorum quaternariorum additione, considerationem adhibere: nec latebit, quonam se morbus vertat.* Quo pertinent illa Anonymi in Theologumenis. Ἐπεὶ δὲ μονάδος ἀνὰ μέσον καὶ ἑβδομάδος κυβικῶν χωρίων κυβικὸς ἡ τετρὰς εἰκότως, κριτικοῦ μάλιστα τῆς ἑβδομάδος ἐν τοῖς ἀρρωστήμασιν οὔσης, ἐπιδηλότερον οἱ ἰατροὶ, καθάπερ Ἱπποκράτης, τὴν τετράδα λέγουσιν κοινωνοῦσαν ὁλοσχερέστερόν πως τῇ ἑβδομάδι ἐν τῇ διὰ πάντων ἐνεργείᾳ. *Quandoquidem vero in medio locorum cubicorum unitatis, & septenarii, cubicus quaternarius, merito, quandoquidem in morbis dies septimus maxime sit decretorius, manifestius medici, ut Hippocrates, dicunt, quaternarium penitius quodammodo septenario, in sua per omnia efficacia, communicare.* Adeoque a nonnullis *Sanitatis principium* esse dicebatur. Lucianus, pro lapsu in salutatione admisso. Οἱ δὲ κὴ ὑγείας ἀρχὴν (τὴν τετρακτὺν) ἐκάλεσαν· ὧν καὶ Φιλόλαός ἐστι. *Sunt & qui sanitatis principium (quaternarium) adpellent: inter quos & Philolaus est.* Quin etiam omnis numerus quaternarius adpellatus. Photius in Excerptis ex Anonymo de vita Pythagorae. Τὰ ὄντα πάντα, ἀριθμοὺς προσηγόρευον (οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου) ὁ δὲ ἀριθμὸς, συμπληροῦται τοῖς δέκα· ὁ δὲ δέκα, σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· κὴ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα, τετρακτὺν ἔλεγον. *Omnia, quae sunt, numerum adpellant; decimo tamen numerus completur. Decimus*

cimus vero fit a quatuor nobis ordine numerantibus: ideoque omnem numerum, quaternarium adpellant. Suidas in Ἀριθμῷ. Οἱ Πυθαγόρειοι πάντα ἀριθμὸν τετρακτὺν προσηγόρευον. ὁ δὴ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα, σύνθεσις τῶν τεσσάρων. ϗ διὰ τοῦτο ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον. *Pythagorei autem omnem numerum adpellabant quaternarium; qui sane denario completur. Denarius vero est compositio quaternarii: ideoque quemvis numerum quaternarium vocabant*. Vbi vides adpellationis eius etiam caussam: nempe quod Denarium complecteretur, qui in sese numerum omnem comprehendit. Philo Iudaeus De plant. Noe. Καλεῖται δὲ τετρὰς ϗ πᾶς ἀριθμὸς, ὅτι τὰ ἄχρι δεκάδος, ϗ αὐτὴν τὴν δεκάδα, περιέχει. *Vocatur quaternarius etiam omnis numerus, quia reliquos usque ad denarium, & ipsum quoque denarium, complectitur*. Et mox. Δεκὰς δὲ, ϗ τετρὰς, πᾶς μὲν ἀριθμὸς εἶναι λέγεται· ἀλλὰ δεκὰς μὲν, ἀποτελέσματι· τετρὰς δὲ, δυνάμει. *Denarius autem, & quaternarius, omnis numerus esse dicitur; ac denarius quidem, actu, quaternarius vero, potentia*. Et in libro de mundi opificio. Ὁ δ' οὐρανὸς διεκοσμεῖτο αὖθις ἐν ἀριθμῷ τελείῳ, τετράδι. ἣν δεκάδος τῆς παντελοῦς οὐκ διαμάρτοι τις εἶναι λέγων ἀφορμήν τε ϗ πηγήν. ὃ γὰρ ἐντελεχείᾳ δεκὰς, τοῦτο τετρὰς, ὡς ἔοικε, δυνάμει. *Coelum vero exornatum est in numero perfecto, quaternario: quem denarii, omnino absoluti, caussam fontemque non falso quis dixerit; nam quod actu est denarius, hoc potentia, ut videtur, quaternarius*. Procopius Gazaeus in Genesin. *Quaternarius, qui potentia est denarius, pretiosus, & insignis, habetur numerus: unitas, binarius, ternarius, & quaternarius, inter se additi, denarium constituunt*. Atque res se ita habet; quaternarius, si coniungas unitatem, & binarium ac ternarium, quos complectitur, mox denarium, si quis simul computaverit, repraesentat. Martianus Capella lib. VII. *Decasque plena bis quatuor numeris gradatim plicitis integratur: id est, uno, duobus, tribus, quatuor*. Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. LXXV. Ὁμοίως τὰ τέσσαρα, σὺν τῷ τῶν ἔμπροσθεν στοιχείων ἀριθμῷ, γίνεται δέκα. *Similiter quatuor, cum praecedentium elementorum numero, fiunt decem*. Inde Potentia quoque *denarii* dicebatur. Hierocles. Τῆς δὲ δεκάδος δύναμις ἡ τετράς. πρὸ γὰρ τῆς κατὰ διέξοδον τελειότητος, τῆς ἐν τῇ δεκάδι, ἡνωμένη τις τελειότης ἐν τῇ τετράδι θεωρεῖται· κατὰ γὰρ σύνθεσιν, τῶν ἀπὸ μονάδος ἕως τετράδος, δεκὰς τὸ πᾶν ἄθροισμα γίνεται. ἓν γὰρ, ϗ δύο, ϗ τρία, ϗ τέσσαρα, τὴν δεκάδα πληροῖ. *Est vero denarii potentia quaternarius, antequam enim ad denarii perfectionem veniatur, unita quaedam perfectio in quaternario deprehenditur; compositione siquidem, quae fit ab unitate ad quaternarium, quidquid inde colligitur, fit denarius; quippe unum, duo, tria, quatuor, denarium implent*. Martianus Capella lib. II. *Quaternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem; ideoque perfectus est, & habetur, quadratus ut ipse Cyllenius*. Et haec caussa, cur tantopere eum numerum Pythagorici, uti paulo ante dixi, honorarent. Anonymus in Theol. Ἐτίμων δὲ αὐτὴν (τὴν τετράδα) οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς δεκάδος γεννητικήν. *Honorabant vero ipsum (quaternarium) Pythagorici, tamquam qui denarium gigneret*. Quidam Thraces numerum hunc non transscendebant. Aristoteles Probl. Sect. XV. Quaest. IV. Μέχρι δὲ ἀριθμοῦσι τῶν Θρακῶν γένος τι εἰς τέτταρα, διὰ τὸ ὥσπερ τὰ παιδία μὴ δύνασθαι μνημονεύειν ἐπιπολὺ, μηδὲ χρῆσιν μηδενὸς εἶναι πολλοῦ αὐτοῖς. *Soli Thracum populi quidam usque ad quatuor numerant; quia puerorum instar, non memoria multum valeant: nec multarum quoque rerum usum habeant*. Denique perfectiorem numerum hunc ternario existimabant. Itaque, cum ter beatos vivos dicerent, mortuos quatuor, ceu plenissime iam beatos, nec mutationi obnoxios, praedicabant. Itaque est apud Homerum Odyss. lib. V.

> Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, ϗ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο
> Τροίῃ ἐν εὐρείῃ. ———
> *Ter beati Graeci. & quater, qui tunc perierunt*
> *Troia in lata*. ———

Quod expressit & Virgilius AEneid. I.

> ——— *o terque quaterque beati,*
> *Queis ante ora patrum, Troiae sub moenibus altis*
> *Contigit oppetere!* ———

Anonymus in Theolog. Arithmeticis. Ἀλλ' οὐν οὔτε σωρεία ἐπινοηθῆναι ἄνευ τετράδος δύναται, καθ' ἣν ϗ ἡ πυραμὶς φύσει ἐν ἀλληλουχουμένοις λαμβάνει τὸ δυσδιάλυτον σχῆμα δυσδιαλύτου σώματος. πλήθους δὲ ἐπίτασις ὁ σωρὸς πως ϗ βιαιότερον ἢ κατὰ τετράδα. ἀμέλει κατὰ τὸ Σόλωνος ἀπόφθεγμα, τὸ, τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου· δύνατον ἐκδέξασθαι παρὰ τῷ ποιητῇ· τοὺς μὲν ἔτι ζῶντας, Τρὶς μόνων ἐπ' εὐδαιμονίαν μακαριζομένους, ἀδήλου τοῦ τῆς μεταπτώσεως, ϗ μεταβολῆς, ἔτι ὑπάρχοντος· τοὺς δὲ τεθνεῶτας, βεβαίως ἔχοντας τὸ εὔδαιμον, ϗ μεταβολῆς ἐκτὸς τελειότερον. Τετράκις γὰρ λέγει ἐπὶ τοῦ ζῶντος, Τρισμάκαρ Ἀτρείδη μόνον· ἐπὶ δὲ τῶν ἄριστα μετηλλαχότων, Τρισμάκαρες Δαναοὶ, ϗ τετράκις, οἵτ' ὄλοντο. Quem locum luxatum, & corruptum, circa finem, sic restituo. Τελειότερον, τετράκις· λέγει γὰρ ἐπὶ τοῦ ζῶντος,

> Τρισμάκαρ Ἀτρείδη. ———

μόνον· ἐπὶ δὲ τῶν ἄριστα μετηλλαχότων,

> Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο,

Neque vero cumulatio ulla excogitari potest sine quaternario, iuxta quem etiam pyramis, in iis quae se mutuo continent, natura sumit figuram non facile dissolubilem corporis vix dissolubilis; multitudinis vero intensio est acervus, idque aliquanto vehementior, quam in numero ternario; ac Solonis certe dictum, respiciendum longae vitae finem esse, ex poeta capi potest; qui viventes etiamnum, ter beatos tantum dicit, tamquam eorum sit incerta, & mutabilis, felicitas: sed defunctos, ceu felicitate firma, & extra mutationis aleam collocata, iam fruentes, quater beatos pronunciat; nam de vivo, ita inquit;

> *Ter beate Atride*. ———

at de iis, qui praeclare obierunt,

> *Ter beati Graeci, & quater, qui tunc perierunt*.

Nunc, quae nomina eius fuerint, videamus. Photius in Excerptis suis e Nicomacho. Ἡ δὲ τετρὰς πάλιν αὐτοῖς θαῦμα μέγιστον, ἄλλη θεὸς, πολύθεος, μᾶλλον δὲ πάνθεος. ἔστι γὰρ αὐτοῖς τῶν τε φυσικῶν ἀποτελεσμάτων Πηγὴ, καὶ κλειδοῦχος τῆς φύσεως. ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὰ μαθήματα συστάσεως καὶ διαμονῆς αὕτη προαγωγὸς καὶ αἰτία. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ φύσις καὶ Αἰόλα· ἔστιν αὐτοῖς καὶ Ἡρακλῆς, καὶ Ἔξαρμα, καὶ Ἀλκιμωτάτη, καὶ Ἀῤῥενικὴ, καὶ Ἀθήλυντος, Ἑρμῆς τε καὶ Ἥφαιστος, καὶ Διόνυσος, καὶ Σωρίτας, καὶ Μεαδεύς. ἢ Μαιάδης· τῆς γὰρ Μαίας υἱὸς, ἤτοι τῆς δυάδος, ἡ τετράς. καὶ Ἐριούνιος, καὶ Σῶκος, καὶ Διόσκορος καὶ Βασσαρεὺς, καὶ Διμάτωρ, μητρὸς τετευχὼς δυάδος. Θηλύμορφός τε καὶ Ἔπανδρος, καὶ Ἀῤῥενουργὸς, καὶ Βακχασμὸν ἀνεγείρων. καὶ Ἁρμόνιτα, ἢ Ἁρμονία, καὶ τῶν Μουσῶν ἡ Οὐρανία. *Quaternarius item magno ipsis est miraculo, novus Deus, & quidem multiplex, vel potius omnideus. Fons enim ipsis est naturalium effectuum, atque naturae claviger. Sed & suam his disciplinis constitutionem, ac permansionem, adfert, atque conciliat: immo natura ipsa est, & varietas. Idem quoque iis Hercules, & Impetus, & Robustissimus, & Masculinus, & Ineffeminatus. Mercurius item, & Vulcanus, Bacchus, Soritas, Maiadeus, vel Maiades; est enim Maiae filius, hoc est binarii, quaternarius. Eriunius ad haec, & Socus, atque Dioscorus. Bassareus insuper, & Bimater, matrem nactus binarium; Femineam formam habens; Virilitatem prae se ferens, ac Bacchationem excitans. Item Harmonita, seu Harmonia; & inter Musas, Vrania.* Quod Κλειδοῦχος autem τῆς φύσεως, & φύσις Αἰόλου (ita enim in Photio scribendum putem, non, φύσις, καὶ Αἰόλα) adpellatus ab antiquis numerus iste fuerit, testis etiam est Anonymus in Theologumenis suis. Αἰόλου φύσιν κατωνόμαζον τὴν τετράδα, τὸ ποικίλον ἐμφαίνοντες τῆς οἰκειότητος καὶ ὅτι οὐκ ἄνευ ταύτης ἡ καθολικὴ διακόσμησις. διὸ καὶ κλειδοῦχόν τινα τῆς φύσεως αὐτὴν πανταχοῦ ἐπωνόμαζον. *Aeoli naturam adpellabant quaternarium, varietatem proprietatis indicantes: & quod absque eo non sit universalis constitutio: unde etiam clavigerum naturae quemdam ipsum ubique cognominabant.* Cur vero Ἁρμονία diceretur, caussam exponit Ioannes Protospatharius ad Hesiodi Dies. Ἡ τετρὰς Ἁρμονία λέγεται. ἔχει γὰρ τὸν ἐπίτριτον. *Quaternarius Harmonia adpellatur, quia habeat sesquitertium.* Ac cur Ἡρακλῆς, apud Anonymum est videre. Πάλιν δὲ Ἡρακλέα παρὰ τὴν αὐτὴν τοῦ ἔτους ἔννοιαν τὴν τετράδα καλοῦσι. *Rursum Herculem vocant quaternarium, propter eamdem anni considerationem.* Praeter vero ea nomina in Nicomachi Excerptis apud Photium etiam Κόσμος dicebatur. Plutarchus De Iside, & Osiride. Ἡ δὲ καλουμένη τετρακτὺς, τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα, μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται, καὶ Κόσμος ὠνόμασται. *Qui vero quaternarius vocabatur e sex & triginta constans, maximum erat iuramentum, ut sermone omnium tritum est, & adpellabatur Mundus.* Item Σῶμα. Philoponus in Metaphys. lib. I. *Pythagorei dum volunt sapientiam suam occultam facere cerdonibus, Symbolice tradiderunt disciplinas. Dicebant ergo Vnitatem, Mentem: binarium, Animam: ternarium vero, Opinionem: quaternarium, Corpus simpliciter.* Ac postea iterum. *Symbolice enim Pythagorei Physicas formas numeros dicebant; unitatem, Mentem, quia impartibilis: binarium autem, Animam, ut unde, & quo, motus; ternarium vero, Opinionem, quia non sit definitus; sed primus indivisibilis, & instabilis: quaternarium vero, ipsum simpliciter Corpus.* Pachymerius Metaphys. lib. x. cap. III. *Qui Pythagorici fuerunt adpellati, primique Mathematica tractarunt, ac in eis sunt enutriti, arbitrati sunt, rerum Mathematicarum principia cunctorum esse principia. Hinc unitatem, par & impar, extremitatem & cultum, aliaque nonnulla rerum naturalium principia posuerunt; unitatem quidem, Mentis: binarium, Animae: ternarium, Opinionis: quaternarium, Corporis.* Hinc ista Anonymi in Theologumenis. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ἀριθμῷ στοιχειωδέστατα ἰδιώματα τέσσαρα· ταυτὸν, ἐν μονάδι· ἕτερον, ἐν δυάδι· χροιὰ, ἐν τριάδι· σῶμα, ἐν τετράδι. *Verum etiam in numero proprietates maxime elementares quatuor: in unitate, idem; in binario, alterum; in ternario, color; in quaternario, corpus.* Et postea. Οὐ μόνον δὲ τὸν τοῦ σώματος ἐπέχει λόγον τετρὰς, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ψυχῆς. *Non solum corporis obtinet rationem quaternarius, sed & animae.* Neque alio referenda haec Philonis lib. De mundi opificio. Ἔστι δὲ καὶ δύναμις ἄλλη τετράδος, λεχθῆναί τε καὶ νοηθῆναι θαυμασιωτάτη· πρώτη γὰρ αὕτη τὴν τοῦ στερεοῦ φύσιν ἔδειξε, τῶν πρὸ αὐτῆς ἀριθμῶν τοῖς ἀσωμάτοις ἀνακειμένων. *Est & alia vis quaternarii, dictu cogitatuque miranda: primus enim hic solidi naturam ostendit, quum praecedentes eum numeri rebus incorporeis sint dedicati.* Dicebatur & Πρῶτον βάθος. Simplicius De anima lib. I. Καὶ ἐκάλουν (οἱ Πυθαγόρειοι) ὡς ἐκ τῶν ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους λεγομένων τεκμαίρεσθαι, τὴν δυάδα, Πρῶτον μῆκος. οὐ γὰρ ἁπλῶς μῆκος, ἀλλὰ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ αἴτιον σημαίνωσιν. ὡσαύτως δὲ Πρῶτον πλάτος, τὴν τριάδα· καὶ Πρῶτον βάθος, τὴν τετράδα. *Ac vocabant (Pythagorei) ut ex iis, quae sunt dicta ab Aristotele, coniicere licet, binarium numerum, Primam longitudinem; neque enim simpliciter, longitudinem; sed primam; uti caussam indicarent; eodem modo Primam quoque latitudinem, ternarium dicebant: ac Primam profunditatem, quaternarium.* Denique Δικαιοσύνη. Anonymus in Theologumenis. Καλεῖται δὲ αὕτη (ἡ τετρὰς) ὥς φησιν ὁ Ἀνατόλιος, Δικαιοσύνη. *Vocatur vero hic (quaternarius) ut Anatolius ait, Iustitia.* Huc pertinet locus Aristotelis in Metaphys. maioribus cap. v. Καὶ πρὸ τούτων, οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι πρῶτον, ταῦτα προήγαγον, καὶ ἐντραφέντες ἐν αὐτοῖς, τὰς τούτων ἀρχὰς, τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων. ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ, καὶ γῇ, καὶ ὕδατι· ὅτι μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος, Δικαιοσύνη· τὸ δὲ τοιονδὶ, Ψυχὴ, καὶ Νοῦς. *Ante hos, qui Pythagorei vocantur, primi tetigere mathemata, & auxere, atque in iis educati, horum principia, omnium rerum exsistentium principia*

pia esse existimabant. *Quoniam vero in bis numeri primi natura; atque in numeris magis videbantur sibi videre similitudines multas eorum quae sunt, & fiunt, quam in igne, terra, & aqua: hunc quidem numerorum affectum, Iustitiam; illum vero, Animam, atque Mentem, censebant.* Ad quem locum Alexander Aphrodisieus. *Quia (Pythagorei) proprium Iustitiae compensationem, & aequabilitatem esse rebantur, idque in numeris reperiebant, idcirco numerum pariter parem primum, Iustitiam esse dicebant; nam, quod est primum in singulis, habentibus eamdem rationem, hoc maxime, id esse, quod dicitur, adserebant. Hunc autem numerum alii quaternarium esse dicebant; quia, quum primus sit quadratus, in paria dividitur, & est par: alii vero novenarium, qui est primus numerus solidus, ex impari numero ternario, in se multiplicato.* Nominis huius, quamquam non expresso numero, meminit item Porphyrius De Abstin. Anim. lib. II. Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τὰς γραμμὰς, σπουδάζοντες, ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο. τὸν μέν τινα ἀριθμὸν, Ἀθηνᾶν καλοῦντες. Τὸν δέ τινα, Ἄρτεμιν· ὥσπερ αὖ ἄλλον, Ἀπόλλωνα· καὶ πάλιν, ἄλλον μὲν Δικαιοσύνην· ἄλλον δὲ, Σωφροσύνην. *Pythagorei, circa numeros, lineasque studiosi, ex his plerumque Diis primitias libabant; hunc quidem numerum Minervam vocantes; illum autem, Dianam; quemadmodum etiam alium Apollinem; ac rursum, alium quidem, Iustitiam: alium vero, Temperantiam.*

CAP. VII.

Quinarius, Minervae sacer. Pluto, Furiae, & gigantes, quinta luna nati esse credebantur. Quintus quoque mensis dies ab Atheniensibus cultus. AEgyptii, quinarium indicare cupientes, sidus pingebant, Nomina eius, Ἀνεικία. Ἀλλοίωσις. Φάος. Δικαιοσύνη. *Megilli locus, ex Opere* Περὶ ἀριθμῶν *emendatus. Anonymus correctus, & Aristoteles. Alexandri Aphrodisiei error. Anonymus iterum correctus.* Ἀκρότης ἐλαχίστη τῆς Ζωότητος. Νέμεσις. Βουβάστεια. Δίκησις, *sive* Δίκη. Ἀφροδίτη. Γαμηλία, *sive* Γάμος. Ἀνδρογυνία. Κυθέρεια. Ζωναία. Κυκλοῦχος. Ἀμίθεος. Ζανὸς πύργος. Διδυμαία. Ἄξων ἑδραία. Ἄμβροτος. *Anonymus tertium emendatus.* Παλλάς. Κρεδεᾶτις, *sive potius* Καρδιᾶτις. *Photii locus restitutus.* Ἁγεμονία. Ἀκρεῶτις. Ἀτάλαντος. Ἄζυξ. Ὀρθιᾶτις. Μελπομένη. Τροφός. Πρόνοια. Φύσις. Θεός. Νοῦς. Κόσμου Ψυχή.

NIcomachus Gerasinus, quem de Arithmetica Theologia libros duos conscripsisse supra dixi, primum eorum quum in numero quaternario finiisset, secundum a quinario incipit. Id testatur clare Photius Excerptis. Ἀλλ' οὕτω μὲν αὐτοῖς (τοῖς Πυθαγορείοις) καὶ ἡ τετρὰς τετραλογουμένη θεολογεῖται, καὶ τὸ πρῶτον τῶν θεολογουμένων Ἀριθμητικῶν Νικομάχου συναπαρτίζεται βιβλίον. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μετὰ τὸ προοίμιον, ἡ πεντὰς αὐτῷ πληροῖ τὸν ἀγῶνα. *Ad hunc fere modum de quaternario nugantur, ac primus quoque Nicomachi Arithmeticorum Theologumenorum liber finitur; in secundo vero, post prooemium, quinarius ipsi certamen implet.* Erat vero numerus hic Minervae sacer: unde etiam quinta luna nati esse tradebantur, Pluto, Furiae, & gigantes. Servius ad Georgic. lib. I. *Quinta luna nullius operis initium sumas. Dicitur enim hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat: unde etiam omnia sterilia quinta luna nata esse dicuntur; ut Orcus, Furiae, gigantes.* Virgilius illic.

> *Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna*
> *Felices operum; quintam fuge: pallidus Orcus,*
> *Eumenidesque satae, tum partu Terra nefando*
> *Coeumque, Iapetumque creat, saevumque Typhoea,*
> *Et coniuratos coelum rescindere fratres.*

Ac de Furiis, etiam Ioannes Protospatharius dicit in Hesiodi Dies. Ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ φασὶν ὅτι ἐγγεννήθησαν αἱ Ἐριννῦς. *Quinta luna natas esse aiunt Furias.* Quod ad quintum diem attinet, eum certe Athenienses celebrabant. Aristoxenus Elem. Armonic. lib. II. Παντελῶς ἔοικε τῇ τῶν ἡμερῶν ἀγωγῇ τῶν ἁρμονικῶν ἡ περὶ τῶν τόνων ἀπόδοσις· οἷον, ὅταν Κορίνθιοι μὲν, τὴν δεκάτην ἄγωσιν· Ἀθηναῖοι δὲ πέμπτην· ἕτεροι δέ τινες ὀγδόην. *Omnino similes esse videntur, dierum subductio, & harmonicorum de tonis traditio: ut, quum Corinthii quidem, decimum celebrant; Athenienses vero, quintum: alii autem quidam, octavum.* Quinarium vero AEgyptii quum indicare vellent, sidus pingebant. Horapollo Hieroglyphic. lib. I. cap. XIII. Σημαίνοντες τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ, πλήθους ὄντος ἐν οὐρανῷ, πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι, τὴν τοῦ κόσμου οἰκονομίαν ἐκτελοῦσι. *Significantes quinarium numerum, sidus pingunt: quoniam, quum quamplurima sint in coelo; sola ex his quinque, quae moveantur, orbis moderationem efficiunt.* Nomina eius hunc in modum repraesentat nobis Photius in Nicomachi Excerptis. Ἀλλ' οὕπω ταῦτα κομψὰ, καὶ σοφά. Τὰ δ' ἐφεξῆς σκόπει. Ἀνεικία γὰρ ἡ πεντὰς, καὶ Ἀλλοίωσις, καὶ Φάος, καὶ Δικαιοσύνη, καὶ ἐλαχίστη Ἀκρότης τῆς ζωότητος, καὶ Νέμεσις, καὶ Βουβάστεια, καὶ Δίκησις, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Γαμηλία, καὶ Ἀνδρογυνία, καὶ Κυθερεία, καὶ Ζωναία, καὶ Κυκλοῦχος, καὶ Ἁμίθεος, καὶ Σανὸς πύργος, καὶ Διδυμαία, καὶ Ἄξων ἑδραία. Ἄμβροτόν τε ὑψηλολογοῦσι, καὶ Παλλάδα, καὶ Κρεδεάτην, καὶ Ἁγεμονίαν, καὶ Ἀκρεῶτιν, καὶ Ἀτάλαντον, καὶ Ἄζυγα, καὶ Ὀρθιάτιν, καὶ Μουσῶν Μελπομένην. *Sed nondum haec elegantia, aut scita: sed considera, quae sequuntur. Est enim quinarius, Quies a rixis, & Alteratio, Lumen quoque, ac Iustitia: minimaque Extremitas facultatis vivendi: Nemesis adhaec, & Bubastia, Iurisdictio, Venus, Gamelia, Androgynia, Cythereia, Zonaea, Circulorum praeses, Semidea, Ars Iovis, Didymaea, & Axis stabilis. Hanc etiam Divinam esse sublimibus verbis, & Pallada, & Credeaten, Ductricem, Acreotin, AEquilibrem, Iniugem, Orthiatin, ac de Musarum numero Melpomenem.* Ex his Ἀνεικία, Ἀλλοίωσις, Φάος, Δικαιοσύνη, etiam in

Frag-

Fragmento quodam Megilli, ex Opere Περὶ ἀριθμῶν, apud Anonymum commemorantur nominumque rationes exponuntur; ſed corrupto admodum loco, mutiloque: nam pro Α᾽νεικία illic Α᾽νοικία nunc vulgatur, ac Δικαιοσύνη quidem ſemel iterumque excidit, hunc in modum. Ἡ δὲ πεντὰς Α᾽λλοίωσις, Φάος, Α᾽νοικία. Α᾽λλοίωσις μὲν, ὅτι τριχῆ διαςατὸν ἐς ταυτότητα τῆς σφαίρας ἤμειψε, κυκλικῶς κινήσασα, καὶ φάος ἐνεργασαμένη, διόπερ καὶ Φάος. Α᾽νοικία δὲ. παρὰ τὴν πάντων προδιεςώτων σύςασιν, καὶ ἕνωσιν· καὶ διὰ τὴν δύο εἰδεῶν σύνοδον, καὶ φίλωσιν. ὅτι τῆς δικαιοσύνης ἐμφαντικοτάτα. Ita autem reſtituendum eſſe cenſeo. Ἡ δὲ πεντὰς Α᾽λλοίωσις, Φάος, Α᾽νεικία, Δικαιοσύνη. Α᾽λλοίωσις μὲν, ὅτι τριχῆ διαςατὸν ἐς ταυτότητα τῆς σφαίρας ἤμειψε· κυκλικῶς κινήσασα, καὶ φάος ἐνεργασαμένη, διόπερ καὶ Φάος. Α᾽νεικία δὲ παρὰ τὴν πάντων προδιεςώτων σύςασιν, καὶ ἕνωσιν· καὶ διὰ τὴν τῶν δύο εἰδεῶν σύνοδον, καὶ φιλίωσιν. Δικαιοσύνη δὲ ὅτι τῆς δικαιοσύνης ἐμφαντικωτάτη ἡ πεντάς. *Eſt quinarius, Alteratio, Lumen, Quies a rixis, & Iuſtitia. Alteratio quidem, quia id, quod trifariam diremtum eſſet, in ſphaerae identitatem mutaverit, circulariter movens, ac lumen ingenerans, unde etiam Lumen dicitur. Quies vero a rixis, quod, quaecumque antea inter ſe diſtabant, conſtituat, ac conciliet. Iuſtitia autem, quod iuſtitiam maxime omnium quinarius oſtendat.* Ac Α᾽νεικίας quidem nomen, etiam antea corruptum, ibidem legitur, in ipſius Anonymi verbis. Καὶ ἀνοικίας προσηγόρευον τὴν πεντάδα. Reſcribo. Καὶ Α᾽νεικίαν προσηγόρευον τ. π. Apud Ariſtotelem maiorum Metaphyſ. capit. VII. ubi Pythagorica quaedam numerorum aliquorum nomina commemorantur, inter cetera etiam Α᾽δικία ponitur: quo in loco legendum eſſe Α᾽νεικία, adfirmare haud dubitaverim: ac confirmat coniecturam iſthic meam, quod nonnulla exemplaria aevo vetere ibi Α᾽νικία habuerint: quod profecto ad hanc emendationem claram ſatis facem praefert. Atque ita in antiquis exemplaribus olim lectum, Commentarius Alexandri Aphrodiſiei in hunc locum nobis indicat ita autem habent verba, ut Latine quidem ea, ſiquidem non exſtant Graece, Sepulveda nobis dedit. *In quibusdam exemplaribus, pro iniuria* (Α᾽δικία) *legitur invictum* (quod in Graeco eius textu Α᾽νικία fuiſſe exiſtimo, ut conveniat dictioni praecedenti, cum qua commutata fuit) *quod a Pythagoricis idcirco quinque adpellari tradunt, quoniam in rectangulis triquetris, quae latera primum dicibilia continent, laterum angulum rectum complectentium alterum eſt trium, alterum quatuor: baſis vero, quinque; ergo, quoniam baſis aequivalet utrique ſimul, ideo victrix ipſa, latera vero debellata eſſe dicuntur; ergo numerus quinque Invictum ab illis adpellabatur, quaſi non ſuperatus, ſed invictus, ſuperiorque ſit. Ceterum, ſeu Invictum, ſeu Iniuria, ſcribendum ſit, verborum intellectus perſpicuus eſt.* Vbi fallitur Alexander, qui, non animadverſo mendo, explicationem adducit, loco non convenientem; nam quod numerus hic quinarius Α᾽νεικία, non Α᾽νικία, dictus fuerit, ſatis conſtat, e Megilli antea citatis verbis: & Anonymus quoque ipſe nimis manifeſtum facit, duplicem iſtius nominis rationem nobis reddens. Καὶ Α᾽νεικίαν (ita iam legendum monui) προσηγόρευον τὴν πεντάδα, οὐ μόνον ἐπειδὴ τὸ πέμπτον, καὶ κατ᾽ αὐτὸ τεταγμένον, ςοιχεῖον, ὁ αἰθὴρ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα διατελεῖ, νείκους, καὶ μεταβολῆς, ἐν τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν ὑπάρχουσιν ἀπὸ σελήνης μέχρι γῆς· ἀλλ᾽ ὅτι τὰ πρώτιςα διαφέροντα, καὶ οὐχ ὅμοια τοῦ ἀριθμοῦ, δύο εἴδη ἄρτιον καὶ περιττὸν αὐτὸς ὡσανεὶ ἐφιλίωσεν, καὶ συνήρτησεν σύςημα, τῆς αὐτῶν γενομένου συνόδου. Quae verba, corrupta partim, & ab interpunctione vehementer laborantia, ſic reſtituo. καὶ ὡσαύτως ἔχων διατελεῖ νείκους, καὶ μεταβολῆς: & poſtea: ἀλλ᾽ ὅτι τὰ πρώτιςα διαφέροντα, καὶ οὐχ ὅμοια, τοῦ ἀριθμοῦ δύο εἴδη, ἄρτιον καὶ περιττὸν, αὐτὸς ὡσανεὶ ἐφιλίωσεν, καὶ συνήρτησεν, σύςημα τῆς αὐτῶν γενομένου συνόδου. Α᾽κρότης ἐλαχίςη τῆς ζωότητος. Meminit idem Anonymus in Theologumenis ſuis. Τριῶν δὲ ὄντων τῶν ζωοποιητικῶν κατὰ τοὺς φυσικοὺς μετὰ τὴν σωμάτωσιν φυσικοῦ, ψυχικοῦ, λογικοῦ. καὶ τοῦ μὲν λογικοῦ κατὰ τὴν ἑβδομάδα τασσομένου, τοῦ δὲ ψυχικοῦ καθ᾽ ἑξάδα, τὸ φυτικὸν ἀναγκαίως κατὰ τὴν πεντάδα πίπτει. ὥςε καὶ Α᾽κρότης τις ἡ ἐλαχίςη τῆς ζωότητος ἡ πεντάς. *Quum tria ſint ſecundum Phyſicos, quae vivificent poſt corporationem; facultas vegetativa, animalis, & rationalis: ac rationalis quidem, iuxta ſeptenarium ſit conſtituta; animalis, iuxta ſenarium; vegetativa neceſſario in quinarium incidit: ita ut etiam Extremitas quaedam minima facultatis vivendi exſiſtat.* Inſuper, Νέμεσις dicebatur. Anonymus. Νέμεσιν καλοῦσι τὴν πεντάδα· νέμει γοῦν προσηκόντως τά τε οὐράνια, καὶ θεῖα, καὶ φυσικὰ ςοιχεῖα. *Nemeſin vocant quinarium: quippe diſtribuit convenienter cum coeleſtia, tum divina, & naturalia elementa.* Item Βουβάςια, quia Bubaſti in AEgypto colebatur. Anonymus. Καὶ Βουβάςειαν (ὀνομάζουσι) διὰ τὸ ἐν Βουβαςῷ τῆς Αἰγύπτου τιμᾶσθαι. *Et Bubaſtium* (*vocant*) *quia in AEgypti urbe Bubaſto coleretur.* Δίκησις. Apud Anonymum eſt, Δίκη. Et ita Ioannes Protoſpatharius in Heſiodi Dies. Ὁ πέντε ἀριθμὸς, Δίκη λέγεται· ἐπίσης γὰρ τὸν δέκα τέμνει. *Quinarius, Iuſtitia dicitur: ex aequo enim denarium ſecat.* Proclus in eosdem dies. Ὅτι μὲν ἡ πεμπτὰς Δίκης ἐςὶν ἀριθμὸς, καὶ Πυθαγορείων ἠκούσαμεν λεγόντων. καὶ λέγονται σαφῶς αἰτίαι παρ᾽ ἐκείνοις διτταί. τῶν δὲ τῶν ἔργων τῆς Δίκης ἢ τὸ παραβαῖνον κολάζειν, καὶ τὴν πλεονεξίαν ἀφαιρεῖν, ἢ τὸ ἔλασσον ἐπανισοῦν, καὶ εὐεργετεῖν. *Quod quinarius Iuſtitiae ſit numerus, Pythagoreos dicentes audivimus, eiuſque ipſis duae cauſae manifeſto memorantur; tamquam inter Iuſtitiae opera ſit, tranſgreſſionem punire; &, quod alter altero plus habeat, tollere: atque minus exaequare, & bene facere.* Α᾽φροδίτη, Γαμηλία, Α᾽νδρογυνία, Κυθέρεια, & Ζωνυία, ab eadem certe cauſa; ac trium priorum nominum meminit etiam Anonymus, & hanc rationem reddit. Καὶ Α᾽φροδίτην (ὀνομάζουσι) διὰ τὸ ἐπιπλέκεσθαι ἀλλήλοις ἄρρενα καὶ θῆλυν ἀριθμόν. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Γαμηλίαν καὶ Α᾽νδρογυνίαν. *Ac Venerem* (*nominant*) *quod inter ſe implicentur maſculinus atque femininus numerus;*

rus; *eodem modo etiam Gameliam, & Androgyniam*. Et quod Γαμηλίαν attinet, nulla alia de caussa etiam Γάμος vocabatur. Anonymus. Ἡ πεντὰς πρώτη περιέλαβε τὸ τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ εἶδος. ἤτοι τὸν δύο τὸν πρῶτον ἄρτιον. καὶ τὸν τρία, τὸν πρῶτον περιττόν. διὸ καὶ Γάμος καλεῖται. ὡς ἐξ ἄρρενος, καὶ θήλεος. *Quinarius primus complectitur omnis numeri speciem*; *& binarium, primum parem*: *& ternarium, primum imparem*; *unde item nomen illi matrimonium*: *tamquam, qui ex viro, atque femina, constet*. Plutarchus de Ει apud Delphos. Τὰ δὲ πέντε γίνεται τούτων πρὸς ἀλλήλους μιγνυμένων. εἰκότως ἔσχηκε τιμὴν, πρῶτος ἐκ πρώτων ἀποτελέσμενος καὶ Γάμος ἀπονόμασται τῇ τοῦ ἀρτίου πρὸς τὸ θῆλυ, περιττοῦ δὲ αὖ πρὸς τὸ ἄρρεν ὁμοιότητι. *Quinarius vero ex bis inter se mixtis nascitur*; *ac merito bonorem est nactus, utpote primus ex primis confectus*; *diciturque Matrimonium, ob paris cum femina, imparis cum mare similitudinem*. Ac non ita multo post. Ὡς ὂν ἄρρενος τοῦ πρώτου καὶ θήλεος ὁμοιότητι τὰ πέντε γινόμενα Γάμον οἱ Πυθαγόρειοι προσεῖπον. *Proinde quinarium Pythagorici, ob similitudinem congressus primi maris, ac feminae, Matrimonium adpellarunt*. Alexander Aphrodisieus in Metaphysica maiora. *Quinarium vero adpellabant* (*Pythagorici*) *Matrimonium, quia id est maris & feminae coniunctio*; *quum autem impar numerus istis sit mas, par vicissim femina, bic primus ex primo numero pari, id est, duobus, & primo impari, id est tribus, gignitur*. Atque huc respexit Philoponus in Metaphys. lib. XIII. *Pythagorei vero de Tempore, Iustitia, & Matrimonio, quae in numeris conspiciebant, definierunt*. Quamquam possit ad binarium, etiam referri, aut senarium: nam uterque ille numerus, uti suis locis dico, hunc in modum adpellabatur. Sed de quinario item clare Protospatharius in citatos Hesiodi dies. Ὁ γὰρ πέντε Γάμος λέγεται· ἐκ γὰρ ἀρτίου τοῦ δύο, καὶ περιττοῦ τρία, συνέστηκεν. *Nam quinarius Matrimonium adpellatur*: *quippe, e binario pari, & ternario impari constat*. Denique illuc referendus Plutarchi locus in Romanis Quaestionibus. Τοῦ δὲ περιττοῦ μάλιστα γαμήλιος ἡ πεντάς ἐστι· τὰ γὰρ τρία πρῶτος περιττὸς, καὶ τὰ δύο πρῶτος ἄρτιος. ἐκ δὲ τούτων, ὥσπερ ἄρρενος καὶ θήλεος, ἡ πεντὰς μέμικται. *Inter imparem vero numerum omnium maxime Matrimonio congruit quinarius*; *nam ternarius primus est impar, ac binarius primus par*; *ex istis vero, tamquam mare atque femina, mixtus est quinarius*. Κυκλοῦχος. Huc referenda ista Martiani Capellae, ubi de eo numero agit lib. VII. *Hunc numerum quis neget esse diametrum? nam decadis perfectio, circulusque, huius bemisphaerio dissecatur*. Ἀμίθεος, & Διδυμαία, etiam Anonymo memorantur, nisi quod Ἡμίθεος, & Δίδυμος, illic scribatur. Καὶ Ἡμίθεος, οὐ μόνον ὅτι τοῦ δέκα, θείου ὄντος ἡ μίσειά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἐν τῷ ἰδίῳ διαγράμματι ἐν τῷ κατὰ μέσον ἐτέτακτο. καὶ Δίδυμος δὲ, ὅτι τὴν δεκάδα διχάζει, ἀδιχάστων ἑτέρως οὐσαν. *Ac Semideus adpellatur, non dumtaxat quod denarii, qui divinus, sit dimidium, verum etiam, quod in propria forma sua in medio sit constitutus. Geminus vero, quod denarium, alias inseparabilem in duo dividat*. Ἄμβροτος, & Παλλὰς, itidem sunt apud Anonymum: nisi quod male Ἄμετρος illic legatur. Restituo. Ἄμβροτον δὲ, καὶ Παλλάδα, κατ' ἔμφασιν τῆς πέμπτης οὐσίας καλοῦσιν. *Divinum vero vocant, & Palladem, ad indicandam quintam essentiam*. Pro Κρεδεάτην, apud Photium alia lectio Κραδεάτην repraesentat: sed scribendum, Κραδιάτην; sive etiam Καρδιάτην. Ita rectius apud Anonymum, qui & caussam adpellationis tradit. Καρδιάτιν δὲ, (καλοῦσι) κατ' εἰκόνα τῆς ἐν τοῖς ζώοις καρδίας. μέσης τεταγμένης. *Cordialem vero* (*vocant*) *iuxta similitudinem cordis, quod in medio animalia positum habent*. Praeter ista, quod in Photio non occurrit, etiam Πρόνοια dicebatur. Anonymus. Διὰ δὲ τὸ ἰσοῦν τὰ ἄνισα, καὶ Πρόνοιαν ὀνομάζουσι, καὶ Δίκην. *Quia vero inaequalia aequet, quum Providentiam adpellant, tum Iustitiam*. Praeterea Τροφός. Plutarchus lib. De animae procreatione e Timaeo. Τούτων γὰρ τῶν ἀριθμῶν οἱ Πυθαγορικοὶ. τὰ μὲν πέντε, Τροφὸν, ὥσπερ ἐστὶ φθόγγον, ἐκάλουν· οἰόμενοι, τῶν τοῦ τόνου διαστημάτων πρῶτον εἶναι φθεγκτὸν τὸ πέμπτον. *De bis enim Pythagorici quinarium Τροφὸν, id est, sonum, adpellaverunt*: *rati, de tonorum intervallis, quod sonare possit, primum esse quintum*. Denique & Φύσις. Idem Plutarchus de Ει apud Delphos. Ὡς ὂν ἄρρενος τοῦ πρώτου καὶ θήλεος ὁμοιότητι τὰ πέντε γινόμενα Γάμον οἱ Πυθαγόρειοι προσεῖπον. ἐστὶ δὲ ᾗ καὶ Φύσις λέλεκται τῷ περὶ αὑτὸν πολυπλασιασμῷ πάλιν εἰς ἑαυτὸν περαίνων. ὡς γὰρ ἡ φύσις, λαβοῦσα πυρὸν ἐν σπέρματι, καὶ χεαμένη, πολλὰ μὲν ἐν μέσῳ φύει σχήματα, καὶ εἴδη, δι' ὧν ἐπὶ τέλος ἐξάγει τὸ ἔργον, ἐπὶ πᾶσι δὲ πυρὸν ἀνέδειξεν, ἀποδοῦσα τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ τέλει τοῦ παντός· οὕτω τῶν λοιπῶν ἀριθμῶν ὅταν αὐτοὺς πολλαπλασιάζωσιν εἰς ἑτέρους τελευτώντων τῇ αὐξήσει, μόνος ὁ τῶν πέντε καὶ ἓξ γεννώμενος, τοσαυτάκις αὐτοὺς ἀναφέρουσι, καὶ ἀνασώζουσι. *Proinde quinarium Pythagorici ob similitudinem congressus primi maris, atque feminae, Matrimonium adpellarunt*. *Idem etiam Natura dicitur, quod sui multiplicatione in se redit*; *sicut enim natura triticum in semine accipiens, multas alterando eo mutandoque formas interim inducens, tamdem triticum reddit, in fine totius mutationis Principium restituens*: *ita quum reliqui numeri in se multiplicati, incremento facto, in alios desinant, soli quinarius & senarius, in se ducti, seipsos referunt, & conservant*. Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. ubi de quinario agit. *Hic ergo numerus simul omnia & supera, & subiecta, designat*; *aut enim Deus summus est*; *aut* MENS *ex eo nata, in qua species rerum continentur*: *aut* MVNDI ANIMA, *quae animarum omnium fons est*: *aut coelestia sunt usque ad nos*: *aut terrena* NATVRA *est*; *& sic quinarius rerum omnium, numerus impletur*. Vbi observa, alia quoque eius nomina exstitisse; uti Θεὸς, Νοῦς, & Κόσμου ψυχή: quae Latine Macrobius protulit, *Deus*, *Mens*, *& Mundi anima*.

CAP.

CAP. VIII.

Senarius, perfectus admodum, atque generationi maxime aptus; ideoque Veneri sacer, cui etiam ob hanc causam die sexto sacra sua faciebant. Sextus dies proprius Dianae erat, quia illa hunc natalem sibi habebat. Senarius Latinis Vncia, *Graecis vero plurimis nominibus dictus; inter quae,* εἶδος εἴδους. Διάρθρωσις τοῦ παντός. Ψυχοποιός. Ἁρμονία. *Anonymi Theologumena restituta.* Οὐλομέλεια. Ἀφροδίτη. Ζυγία. Γαμηλία, *sive* Γάμος. Ἀνδρογυναία, *sive* Ἀῤῥενόθηλυς, Ζυγῖτις. Φιλοτησία, *sive* Φιλίωσις. Εἰρήνη. Φιλία. Ὑγεία. Ἄκμων. Ἀλήθεια. Λάχεσις. Ἀρχή. Ἥμισυ παντός. Ἑκατηβελέτις. Τριοδῖτις. Διχρονία. *Anonymus iterum emendatus.* Περσεία. Τρίμορφος. Ἀμφιτρίτη. Ἀγχιδίκη. Θάλεια. *Anonymus tertium correctus.* Πανάκεια. Μεσευθύς. Κόσμος.

Senarius perfectus esse censebatur, qui partibus suis impleretur. Martianus Capella lib. VII. *Senarium autem perfectum analogicumque esse, quis dubitet, cum suis partibus impleatur? Nam & sextam sui intra se continet, quod est unus, & tertiam, quod duo; & medietatem, quod tria.* Cassiodorus lib. De Amicitia. *Senarius numerus, perfectus, constans ex partibus suis, si enim coniunxeris unum, duo, tria, perfectum habebis senarium.* Anonymus. Ἡ ἑξὰς πρώτη τέλειος. τοῖς γὰρ αὐτῆς μέρεσιν ἀριθμεῖται. *Senarius primus est perfectus; nam suis partibus numeratur.* Eulogius in Somn. Scip. *Senarius vero, qui sequitur, numerus, potentem, ac divinam naturae suae obtinet potestatem; siquidem τέλειος primus, idest, perfectus, etiam reperitur.* Philippus Abbas Bonae spei, De silentio Clericorum cap. CXVI. *Senarius autem, quia ex suis partibus constat, perfectus adpellatur; & ei primo huiusmodi perfectionis dignitas adsignatur, quia nullus ante illum meruit obtinere, ut suae partes eius summam valeant adimplere. Dividitur enim in sex aequaliter unitates, in tres binarios, in duos ternarios; quorum unitas, & binarius, & ternarius, qui sunt aequales partes senarii, si pariter coniungantur, eumdem complent senarium, nec excedunt.* Nempe, ut Euclides ait lib. VII definit. XXII. Τέλειος ἀριθμός ἐστιν, ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ὤν. *Perfectus numerus est, suis partibus aequalis existens.* Plura de perfectione huius numeri testimonia, si quis volet, videat Origenem in Ioannem, ipso initio Tomi XXVIII. Macrobium in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. & Saturnal. lib. VII. cap. XIII. Plutarchum Symposiac. IX. Quaest. III. Censorinum De die natali cap. XI. Gregorium Nyssenum, in verba, *Faciamus hominem*, Orat. II. Augustinum De Civ. Dei lib. XI. cap. XXX.(a) Philonem Iudaeum De Opificio hominis, & Allegoriarum Legis lib. I. Pachymerium De V. vocibus cap. II. Clementem Strom. VI. Boethium Arithm. lib. I. cap. XIX. & XX. Chalcidium in Timaeum, Rhabanum Maurum De Instit. Cler. lib. III. cap. XXII. Procopium Gazaeum in Genesin cap. II. & Nicetam in Gregorii Nazianzeni Orationem XLII. Ac generationi quoque maxime aptus credebatur. Philo De Mundi opificio. Τοῖς γινομένοις, ἔδει τάξεως· τάξει δ' ἀριθμὸς οἰκεῖον· ἀριθμῶν δὲ, φύσεως νόμοις, γεννητικώτατος ὁ ἕξ. τῶν τε γὰρ ἀπὸ μονάδος πρῶτος τέλειός ἐστιν, ἰσούμενος τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, καὶ συμπληρούμενος ἐξ αὐτῶν· ἡμίσεος μὲν τριάδος, τρίτου δὲ δυάδος, ἕκτου δὲ μονάδος· καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄῤῥην τε καὶ θῆλυς πέφυκε, κἀκ τῆς ἑκατέρου δυνάμεως ἥρμοσται. *Rebus, quae creabantur, opus erat ordine; ordini autem numerus est proprius, inter numeros vero, lege naturae, aptissimus generationi est senarius; nam post unitatem primus est perfectus, ex suis partibus aequatus, atque ex iisdem completus; e dimidio quidem, ternario; tertia vero parte, binario; uti sexta, unitate; &, ut ita dicam, mas simul, & femina exsistit, atque ex viribus utriusque est concinnatus.* Censorinus cap. XI. *Nec immerito senarius fundamentum gignendi est, nam eum* τέλειον *Graeci, nos autem perfectum vocamus, quod eius partes tres, sexta, & tertia, & dimidia, idest, unus, & duo, & tres, eumdem ipsum perficiunt.* Et ab ista causa nempe existimandum est, quod hunc Veneri attribuerint. Martianus Capella libro VII. *Hic autem numerus Veneri est attributus, quod ex utriusque sexus commixtione conficitur; idest, ex triade, qui mas, quod impar est, numerus habetur; & dyade, quae femina paritate; nam bis terni, hexas fit.* Itaque Pythagoras iubebat, sexto die mensis ei sacra facere. Iamblichus De Vita Pythagorae lib. I. cap. XXVIII. Ἀφροδίτῃ δέ τι θυσιάζειν ἕκτῃ· διὰ τὸ πρῶτον τοῦτον ἀριθμὸν, πάσης μὲν ἀριθμοῦ φύσεως κοινωνῆσαι, κατὰ πάντα δὲ τρόπον μεμιζόμενον. ὅμοιον λαμβάνειν τήν τε τῶν ἀφαιρουμένων, καὶ τὴν τῶν καταλειπομένων, δύναμιν. *Veneri vero aliquid sacrificandum esse die sexto, quod hic numerus primus universae numeri naturae communicaverit, ac quocumque demum modo distributus, eorum, quae vel auferuntur, vel quae etiam relinquuntur, aequalem potestatem accipiat.* Vt vero in numeris senarius Veneri consecratus, sic Dianae sextus dies. Proclus in Timaeum Platonis lib. III. Τὴν ἑβδόμην τοῦ θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον, καθάπερ τὴν ἕκτην Ἀρτέμιδος. *Septimum diem Deo sacrum esse dicebant, uti & Dianae sextum.* Causam video, quamquam ille minime indicet, quia nata eo die, mensis nempe Thargelionis, dea esset. Diogenes Laertius in Vita Socratis lib. II. Ἐγεννήθη δὲ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοί φασιν. *Natus autem est sexto die Thargelionis, quo Athenienses Vrbem lustrant, Dianamque natam esse Delii tradunt.* Latinis porro numerus senarius *Vncia* adpellabatur. Cassiodorus Var. lib. I. ep. X. *Senarium vero, quem non immerito perfectum docta antiquitas definivit, Vnciae, qui mensurae primus gradus est, adpellatione signavit.* Plurimis nominibus Graeci dixerunt. Photius in Excerptis suis e Nico-

(a) Et libris *De Genesi ad litteram*.

Nicomacho. Ἡ δὲ ἑξὰς, εἶδος εἴδους αὐτῷ αἰτιολογεῖται, καὶ τῇ ψυχῇ μόνος ἀριθμῶν ἁρμόζων, καὶ Διαρθρωσις τοῦ παντος, Ψυχοποιος, καὶ τῆς ζωτικῆς ἕξεως ἐμποιητική· παρὸ καὶ ἑξας, καὶ Ἁρμονία, καὶ Ουλομέλεια, καὶ κυρίως αὐτὴ μᾶλλον Ἀφροδίτη, Ζυγία τε καὶ Γαμηλία, καὶ Ἀνδρογυναία, θεολογεῖται. ἀλλὰ καὶ Ζυγῖτις, καὶ Φιλοτησία, καὶ Εἰρήνη, καὶ Φιλία, καὶ Ὑγεία, Ἄκμων τε καὶ Ἀλήθεια. καὶ Μοιρῶν δὲ Λάχεσιν αὐτὴν ποιοῦσι, καὶ Ἀρχὴν, καὶ Ἥμισυ παντὸς, καὶ Ἑκατηβελέτιν, καὶ Τριοδῖτιν, καὶ Διχρονίαν, καὶ Περσείαν, καὶ Τρίμορφον, καὶ Ἀμφιτρίτην, καὶ Ἀγχιδίκαν, καὶ Μουσῶν Θάλειαν, καὶ Πανάκειαν. *Senarius ab illo forma formae ratione reddita dicitur, & ſolus inter numeros animae accommodus, atque univerſi Articulatio, Animae effector, & qui vitalem habitum ingenerandi vim habet. Vnde etiam ſenarius, Harmonia, ac Perfectio partium, & magis proprie ipſamet Venus, quum Iuga, tum Nuptialis, & Androgynaea Theologice ab eo conſtituitur. Iugalis ad haec, & Illecebra; Pax quoque, Amicitia, Sanitas, Incus, ac Veritas. Et inter Parcas Lacheſin faciunt, ac Principium, & Dimidium totius; sum Longe iaculantem, & Triviam, & Bitempoream, & Perſeam, & Triformem. & Amphitriten, & Anchidicen, & inter Muſas Thaliam, ac Panaceam.* Ex his, εἶδος εἴδους, Διάρθρωσις τοῦ παντὸς, Ψυχοποιὸς, & Ἁρμονία, etiam Anonymo commemorantur in Theologumenis ſuis. Εἶδος οὖν εἴδους οὐκ ἂν διαμάρτοιμεν αὐτὴν ἡγούμενοι. τρόπον δ' ἕτερον διαρθρωτικὴ καὶ συντακτικὴ σώματος ψυχὴ, καθάπερ ψυχικὸν εἶδος ἀμόρφου ὕλης. τῇ δὲ ψυχῇ τὸ παράπαν οὐδεὶς ἐφαρμόζειν δύναται μᾶλλον ἑξάδος ἀριθμὸς· οὐκ ἄλλος ἂν οὕτω Διάρθρωσις τοῦ παντὸς, λέγοιτο, ψυχοποιὸς ἱστάμενος. εὑρισκομένη καὶ τῆς ζωτικῆς ἕξεως ἐμποιητική, παρὸ ἑξὰς καὶ Ἁρμονία, ὅτι μὲν ἁρμονικὴ πᾶσα ψυχή. *Itaque, ſi formam formae eam eſſe arbitremur, nihil certe erraverimus; quin alio modo anima vim corporis articulandi, & componendi habet, velut forma animalis materiae informis; animae vero nullus omnino numerus magis convenire poteſt, quam ſenarius; nec aliis itidem articulatio univerſi, & animae effector, quum inveniatur vim habere ingenerandi habitum vitalem; unde etiam ſenarius nomen habet: tum etiam Harmonia, quod omnis anima ſit harmonica.* Sic reſtituo eum locum, in quo hodie exciderunt iſta verba, Καὶ Ἁρμονία. *Tum etiam Harmonia.* Οὐλομέλεια. Apud Anonymum. Ὁλομέλεια ſcribitur. Τὴν ἑξάδα Ὁλομέλειαν προσηγόρευον οἱ Πυθαγορικοὶ, κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ, ἤτοι παρόσον ὅλη τοῖς μέλεσιν, ἢ μέρεσιν, ἴση ἐστὶ μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος· ἢ, ἐπειδὴ ὅλον, καὶ τὸ πᾶν, κατ' αὐτὴν διαμεμέρισται καὶ ἐμμελὲς ὑπάρχει. *Pythagorici, Orpheum imitati, ſenarium adpellabant, Perfectionem omnium partium, ſive quatenus, totus ſuis membris, ſive partibus, ſit aequalis, ſolus eorum numerorum, qui conſiſtunt intra denarium, ſive quod totum, atque univerſum, ſecundum ipſum ſit diviſum, atque concinnum exſiſtat.* Ἀφροδίτη. Martianus Capella lib. VII *Senarius harmonias oſtenditur genuiſſe; quippe ſex ad duodecim, eſt ſymphonia diapaſon; ſex ad novem, hemiolos; ſex ad octo, epitritos, ideſt, ſymphonia diateſſaron; unde Venus, harmoniae mater perhibetur.* Γαμηλία. Anonymo Γάμος; Ἀνδρογυναία vero Ἀρρενόθηλυς dicitur. Ita eius verba habent. Ἐξ ἀρτίου, καὶ περισσοῦ, τῶν πρώτων ἄρρενος καὶ θήλεος δυνάμει, καὶ πολλαπλασιασμῷ, γίνεται. διὸ καὶ Ἀρρενόθηλυς καλεῖται. ἔτι δὲ Γάμος καλεῖται, ὅτι αὐτὸς τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσίν ἐστιν ἴσος. γάμου δὲ ἔργον, τὰ ὅμοια ποιεῖν τὰ ἔγγονα τοῖς γονεῦσι. *Ex pari, & impari primis, mare, ac femina, potentia, & multiplicatione, fit ſenarius; unde etiam Virofemina adpellatur; ac praeterea etiam Matrimonium dicitur, quod ſuis ipſe partibus ſit aequalis; eſt vero opus Matrimonii, prolem parentibus ſimilem facere.* Ac Γάμος quoque etiam Plutarcho dictus memoratur, lib. De Animae procreatione, e Timaeo. Καί ἐστιν ὁ μὲν ἓξ (ἀριθμὸς) τέλειος ἴσος ὢν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, καὶ Γάμος καλεῖται, διὰ τὴν τοῦ πρώτου ἀρτίου καὶ περιττοῦ σύμμιξιν. *Ac ſenarius quidem numerus eſt perfectus, ſuis partibus aequalis exſiſtens; diciturque Matrimonium, ob primi paris, impariſque mixtionem.* Et Clementi Stromat. VI. Οἵ τε Πυθαγόρειοι ἐντεῦθεν, οἶμαι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κατὰ τὸν προφήτην γενέσεως, τὸν ἓξ ἀριθμὸν τέλειον νομίζουσι, καὶ καλοῦσι τοῦτον καὶ Γάμον. ὡς γὰρ ὁ γάμος ἐξ ἄρρενος καὶ θηλείας γεννᾷ, οὕτως ὁ ἓξ ἐκ περισσοῦ μὲν τοῦ τρία, ἄρρενος ἀριθμοῦ λεγομένου· ἀρτίου δὲ τοῦ δύο, θήλεος νομιζομένου, γεννᾶται. δὶς γὰρ τὰ τρία, γίνεται ὁ ἕξ. *Et Pythagorei hinc, ut arbitror, a mundi ortu, iuxta Prophetam, numerum ſenarium perfectum exiſtimant, eumque etiam Matrimonium adpellant; uti enim Matrimonium generat ex maſculo, & femina; ſic ſenarius, ex ternario quidem impare, qui mas dicitur, & binario item pari, qui exiſtimatur femina, generatur; nam bis tria fiunt ſex.* Φιλοτησία, apud Anonymum Φιλίωσις dicitur. Φιλίωσιν οἰκείως κατονομάζουσιν. αὕτη γὰρ συμπλεκτικὴ ἄρρενος, καὶ θήλεος. *Conciliationem adpoſite nominant; quippe complectitur marem, & feminam.* Εἰρήνη. Anonymus. Καὶ εἰρήνη δὲ καλεῖται εἰκότως. *Merito vero etiam Pax adpellatur.* Ὑγεία. Meminit quoque Anonymus. Ac dicebatur item hoc nomine triplex triangulus, qui alternatim inter ſe iunctus, figuram quinquelinearem exhibebat; quo & tamquam ſymbolo inter ſuae doctrinae ſodales utebantur. Lucianus pro lapſu in ſalutatione admiſſo. Ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν, τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ, τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν. ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ παρεκελεύοντο, ὡς καὶ αὐτὸ ψυχῇ τε καὶ σώματι ἁρμοδιώτατον, καὶ συνόλως ἅπαντα περιειληφὸς τἀνθρώπου ἀγαθά καὶ τό γε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον, τὸ δι' ἀλλήλων, τὸ πεντάγραμμον, ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, Ὑγεία πρὸς αὐτῶν ὠνομάζετο. *Ac divinus quidem ille Pythagoras, tameiſi ipſe nihil proprium ſuorum ſcriptorum nobis relinquere voluerit, quantum tamen ex Ocello Lucano, & Archyta, ceteriſque eius diſcipulis, coniectura adſequi datur, nec* Εὖ πράττειν, *bene agere, in initio ſcribebat; ſed ab* Ὑγιαίνειν,

quod est, Valere, *exordiri iubebat. Itaque eius sectatores, quum inter se literas darent, quoties serium aliquid scriberent, statim ab initio valere suos iubebant; tamquam id ipsum & animae, & corpori maxime accommodatum foret, ac summatim hominis, bona universa comprehenderet. Praeterea & triplex illorum triangulus, qui, alternatim inter se iunctus, quinque linearem figuram constituit, quo tamquam symbolo ad sodales suae sectae utebantur, Valetudo, ab iis nominabatur*. Ἄκμων. Anonymus. Ἐκάλουν δὲ αὐτὴν καὶ Ἄκμονα, τὴν οἷον ἀκάματον· ὅτι εὐλόγως τὰ τῶν κοσμικῶν στοιχείων ἀρχικώτατα τρίγωνα μετέχει αὐτῆς. καθ᾽ ἕκαστον ἓξ ὑπάρχοντα, εἰ καθέτοις τρισὶ διανέμοιτο. *Vocabant vero ipsum etiam incudem, qui sit quasi Indefessus, quod potissimi elementorum mundi trianguli convenienter partem eius habeant; singulaque, si distribuantur tribus perpendiculis, sex exsistant*. Ἑκατηβελέτις, Τριοδῖτις, & Διχρονία. Anonymus. Ἑκατηβελέτιν δὲ αὐτὴν καὶ Τριοδῖτιν, καὶ Διχρονίαν, πρὸς τούτοις ἐκάλουν. Ἑκατηβελέτιν μὲν ἀπὸ τοῦ ἢ τριάδα, ἣν Ἑκάτην οὖσαν παρειλήφαμεν, βολήσασαν, καὶ οἷον ἐπισυντεθεῖσαν, ἀπογεννῆσαι αὐτήν. Τριοδῖτιν δὲ, τάχα παρὰ τὴν τῆς θεοῦ φύσιν. εἰκὸς δὲ, ὅτι καὶ ἡ ἑξὰς τὰ τρία τῶν διαστάσεων κινήματα πρώτη ἔλαχε, διχόθεν πεπερασμένα ἀμφοτέραις καθ᾽ ἕκαστον παραστάσεσι. Διχρονίαν δὲ, παρὰ τὴν ἀπονέμησιν τοῦ παντὸς χρόνου ἣν ἑξὰς τῶν ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν ζωδίων διατελεῖ. ἢ ὅτι τῇ τριάδι προσωκείωθη ὁ χρόνος, τριμερὴς ὢν διὰ δὲ δύο τριῶν, ἡ ἑξάς. Ita restituo eum locum, qui male hodie sic vulgatur, διὰ δὲ τριῶν. Neque enim tria simpliciter, sed bis tria, senarium faciunt. Ἀμφιτρίτη. Anonymus. Παρὰ δὲ τὸ αὐτὸ, καὶ Ἀμφιτρίτην ἐκάλουν αὐτήν, ἀμφὶς ἑαυτῇ δύο παρέχουσαν τριάδας. *Eamdem ob causam, etiam Amphitriten ipsum adpellabant, quae utrimque duos praebeat ternarios*. Ἀγχιδίκη. Anonymus. Τὸ δ᾽ Ἀγχιδίκης ὄνομα καθ᾽ ἁπλὴν ἔννοιαν προσήρμοζον αὐτῇ· ὅτι γείτων μάλιστα τῇ πεντάδι ἡ ἑξάς. *Nomen vero Anchidices, simplici notione illi adaptabant, quod quinario maxime vicinus sit senarius*. Observa caussam. Senarius a Pythagoricis Ἀγχιδίκη dicebatur, quod quinario proximus esset, qui nimirum Δίκη ab ipsis vocabatur, ut ostendi capite antecedenti. Θάλεια. Corrupte, Θυλεια, apud Anonymum hodie editur, sed restituo, Θάλεια δὲ ἡ αὐτὴ, διὰ τὴν τῶν ἑτέρων ἁρμονίαν. *Thalia vero ipse dicitur, propter ceterorum concentum*. Πανάκεια. Anonymus. Καὶ Πανάκεια, διὰ τὰ περὶ ὑγείας προειρημένα εἰς αὐτήν. ἢ, οἷον Πανάρκεια, ἀρκετῶς κεχορηγημένη τοῖς μέρεσιν εἰς τὴν ὁλότητα. *Et Panacea, propter ea, quae de valetudine ante in eum dicta; vel, tamquam Panarcea, Omnisufficientia, quasi partibus sufficienter ad totalitatem instructus*. Et haec quidem ista nomina, quae excerpsit e Nicomacho noster Photius; praeter quae, & duo alia observavi; nempe, Μεσευθὺς, & Κόσμος. De priori est Clementis iste locus, Strom. VI. Οἵ τε Πυθαγόρειοι ἐντεῦθεν, οἶμαι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κατὰ τὸν προφήτην γενέσεως, τὸν ἓξ ἀριθμὸν τέλειον νομίζουσι, καὶ Μεσευθὺν καλοῦσι τοῦτον, διὰ τὸ μέσον αὐτὸν εἶναι τοῦ εὐθέος, τουτέστι δέκα, καὶ τοῦ δύο. Φαίνεται γὰρ ἴσον ἀμφοῖν ἀπέχων. *Et Pythagorei hinc, ut arbitror a mundi ortu, iuxta Prophetam, numerum senarium perfectum exsistimant; eumque etiam Medirectum adpellant, quia medius sit recti, idest, decem, ac duorum; videtur enim aequaliter ab ambobus abesse*. De altero, sic Anonymus ait. Καὶ πολὺ πρότερον ἀπὸ τῆς διατάξεως τῆς δὲ (καλεῖται) Κόσμος. καὶ γὰρ ὁ κόσμος, καθάπερ καὶ ὁ ἕξ, ἐξ ἐναντίων πολλάκις ὤφθη συνεστὼς καθ᾽ ἁρμονίαν. *Et multo ante ab eiusmodi constitutione vocatus est Mundus, quia mundus, ut etiam senarius, ex contrariis saepe visus est constitisse secundum harmoniam*.

CAP. IX.

Septenarius inter plenos, & perfectos collocatus; unde etiam vitalis partus septimestris creditus. Medicinae quoque corporis attributus, & Apollini consecratus; uti septimus mensis dies, quod is illo natus esset; quare etiam is Ἑβδομαγένης *dictus. Ioannes Protospatharius, item Proclus emendantur. Plato plane, atque Apollo, septimo Thargelionis die natus. Summa autem in veneratione habitus; atque inde* Ἑπτὰς *dictus, tamquam* Σεπτάς. *Virgo quoque, & matre carens censebatur, atque istud, qua de caussa. Nomina eius, & de his Anonymi locus restitutus.* Τύχη. Καιρός. *Aristoteles illustratus.* Ἀθηνᾶ. Ἀγελία, *sive etiam* Ἀγελέη, & Ἀγελαίη, *quod Minervae quoque epitheton. Hesychius correctus. Anonymi locus varie interpolatus.* Ἀτρυτώνη. Φυλακῖτις. *Anonymus iterum emendatus.* Ὀβριμοπάτρα. Τριτογένεια. Γλαυκῶπις. Ἀλαλκομένεια. Παντευχία. Ἐργάνη. Πολυαρέτη. Οὐλομέλεια. Ἀμαλθείας γένος, *sive potius*, Ἀμαλθείας κέρας. Αἰγίς. Ὄσιρις. *AEgyptii Sacerdotes septem vocalibus Deos suos celebrabant.* Ὄνειρος. Φωνή. Αὐδή. Κλειώ. Κρίσις. *Anonymus tertium restitutus.* Ἀδράστεια. Τελεσφόρος.

SEptenarius inter plenos, & perfectos habebatur. Alexander Aphrodisieus Probl. lib. II. Quaest. XLVII. Ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς τέλειός ἐστι τῇ φύσει, ὡς μαρτυρεῖ Πυθαγόρας, καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ, καὶ οἱ μουσικοί. *Numerus septenarius est perfectus natura, ut testatur Pythagoras, & Arithmetici, ac Musici*. Cicero in Somnio Scipionis. *Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam; nam quum aetas septenos octies solis anfractus, reditusque converterit; duoque hi numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint; in te unum, atque in tuum nomen se tota convertet civitas*. Et mox iterum. *Septem efficiunt distinctos intervallis sonos*. Et huc referunt, quod partus Septimestris sit vitalis. Iulius Paulus Recept. Sentent. lib. IV. Titul. IX. *Septimo mense natus, matri prodest. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense, partus maturior videatur*. Quo pertinent ista Fulgentii lib. De cont. Virg. *Cum septem navibus evadet, quo ostendatur, secundum*

Arith-

Arithmeticam numerum septenum harmonicum esse partui. Multa in hanc rem adfert Alexander, loco citato, paulo post. Ὅτι δὲ τέλεως ὁ ἑπτὰ φύσει ἀριθμὸς. δῆλον ἐκ τοῦ διοικεῖν τὸν θεὸν τὸν περίγειον κόσμον ἑπτὰ ἄστροις. ἑπταμηνιαῖα δὲ τὰ βρέφη, τοὺς ὀδόντας ἀναφέρει· ἑπταετῆ δὲ, ἀποβάλλει. δὶς ἑπτὰ δὲ, ἡβάσκει, τρὶς ἑπτὰ δὲ ἀνδροῦται. καὶ τὰ νοσήματα δὲ ἀναλόγως τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ κρίνεται. ὁμοίως, καὶ ἡ σελήνη τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ σχηματίζεται· ἑβδομάσι δὲ καὶ ὁ μὴν διατυποῦται. ἑπτὰ δὲ καὶ τὰ φωνήεντα. *Numerum septenarium natura perfectum esse constat ex eo, quod Deus terrarum orbem septem astris regat. Homini septimo mense dentes prodeunt, septimo anno eiiciuntur; bis septimo, idem pubescit; ter septimo vir fit; morbi quoque eodem modo, septenario numero iudicantur, ac Luna itidem per septenarium formatur; mensis quoque per septenarios constituitur, ac vocales septem exsistunt.* Censorinus De die natali cap. VII. *In omnibus numerus septenarius plurimum potest. Siquidem septem formemur mensibus, additisque alteris, recti consistere incipiamus, & post septem menses dentes nobis innascantur, iidemque post septimum cadant annum, quartodecimo autem pubescere soleamus.* Ac mox iterum cap XIV. *Ex iis omnibus proxime videntur accessisse naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt; fere enim post septimum quemque annum, articulos quosdam, & in his aliquid novi, natura ostendit, ut & in Elegia Solonis cognoscere datur; ait enim, in prima hebdomade dentes homini cadere, in secunda pubem adparere, in tertia barbam nasci, in quarta vires, in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam, in sexta cupiditatibus temperari, in septima prudentiam, linguamque consummari, in octava eadem manere, in qua alii dixerunt oculos albescere, in nona omnia fieri languidiora, in decima hominem fieri morti maturum.* Multa quoque in hanc rem est observare apud Anonymum in Theologumenis suis Arithmeticis, capite De septenario; Philonem De opificio Mundi; Chalcidium in Timaeum; Macrobium in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. A. Gellium lib. III. cap. X. Martianum Capellam lib. VII. Iustinum Martyrem Quaest. LXIX. & Solonem in eo fragmento, cuius initium est:

> Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων,
> Φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσιν.

Medicinae quoque corporis attributum, & Apollini sacrum esse, existimabant. Censorinus cap. XIV. *Plerique, aliter moti, duos istos numeros subtiliter discreverunt, ut dicentes, septenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere; hunc. Medicinae corporis, & Apollini attributum; illum, Musis, quia morbos animi, quos adpellant pathe, Musica lenire, ac sanare consueverit.* Quod ad Medicinam attinet, eo pertinent ista verba Alexandri Aphrodisiei, loco citato. Καὶ τὰ νοσήματα δὲ ἀναλόγως τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ κρίνεται. *Morbi quoque eodem modo septenario numero iudicantur.* Iustinus Martyr Quaest. LXIX. Ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν λῆξιν, τῶν ἀνθρώπων ἐργάζεται· καὶ τῶν νοσημάτων ποιεῖται διάκρισιν. *Numerus septenarius in hominibus incrementum, atque decrementum efficit; & morborum diiudicationem facit.* A. Gellius lib. III. cap. X. *Discrimina etiam periculorum in morbis maiore vi fieri putant in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut Medici adpellant,* κριτικοὺς, ἢ κρισίμους, *cuique videri,* Corrigendus est Ioannis Protospatharii locus ad Hesiodi dies. Ἡ ἑβδόμη ἡμέρα καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς κρισίμη καθέστηκεν, ἐν ταύτῃ γὰρ κρίνουσι τὰ νοσήματα. *Septimus dies etiam apud Medicos est decretorius, quia in eo de morbis iudicium ferunt.* Non recte hodie editur, παρὰ τοῖς ἰατροῖς χρησίμη καθέστηκεν. *Apud Medicos utilis est.* Apollini vero sacrum esse, ut & septimum mensis diem, quia eo natus esset, Proclus nobis tradit in Timaeum lib. III. Καὶ τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἑπτάδα ἀνεῖσαν, ὡς συνέχοντι πάσας τὰς συμφωνίας. διὸ καὶ ἑβδομαγέταν ἐκάλουν τὸν θεὸν, καὶ τὴν ἑβδόμην τοῦ θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον.

> Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Et Apollini septenarium dedicarunt, veluti qui concentus omnes contineret, unde & Hebdomagetam vocabant deum, diemque septimum illi sacrum esse dicebant:

> *Hac enim Apollinem auriensem peperit Latona.*

Sed legendum ibi potius, διὸ καὶ ἑβδομαγένην ἐκάλουν. *Quapropter etiam Hebdomagenam vocabant.* Quia nimirum septimo die natus esset. Et ita est apud Plutarchum Sympos. lib. VIII. cap. I. Ἑβδόμη δὲ ἀμφοτέρας ἑορτάζουσι, καὶ τὸν θεὸν, (Ἀπόλλωνα,) ὡς ταύτῃ γενόμενον, ὑμεῖς, εἶπεν οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἱερεῖς, Ἑβδομαγένην καλεῖτε. *Utrumque festum in diem septimum incidit, & vos vates, atque sacerdotes, inquit, deum (Apollinem) ut ea die natum, Hebdomagenam adpellatis.* Ac videndus idem iterum lib. IX. cap. IV. De Apolline, septimo mensis die nato, est & alter Procli locus ad Hesiodi dies. Ἡ δὲ ἑβδόμη, ἱερὰ Ἀπόλλωνος· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη. *Septimus vero dies, sacer est Apollini, quia ille eo natus.* Ac meminit Diogenes Laertius, qui Thargelionem quoque mensem nominat, & Platonem eodem item natum dicit. Locus exstat in Platone lib. III. Καὶ γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ· καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. *Ac nascitur Plato, ut refert Apollodorus in Chronicis, Olympiade octogesima octava, Thargelionis die septimo, quo Apollinem Delii natum esse dicunt.* Summa autem in veneratione habebatur. Apuleius Miles. XI. *Confestimque discussa pigra quiete, alacer exsurgo; meque protinus purificandi studio, marino lavacro trado; septiesque submerso fluctibus capite, quod eum numerum praecipue religionis aptissimum divinus ille Pythagoras prodidit, laetus, & alacer, Deum praepotentem lacrimoso vultu sic adprecabar.* Inde etiam Ἑπτάδα, veluti Σεπτάδα, dici cupiebant. Photius in Excerptis e Nicomacho. Ἡ δὲ ἑπτὰς τί ἄν τις καὶ εἴποι; εὐθὺς μὲν γάρ ἐστι Σεπτάς. κἂν τὸ Σ φθέναται

ρει ἡ συνήθεια, ἕλκει τοῦτο ῥᾶστα ἐκ διπλοῦ τοῦ Ξ. ὅπερ τῷ πρὸ αὐτοῦ ἀριθμῷ ἡ φύσις πρὸς τῷ τέλει ἀπεκλήρωσεν· ἵν᾽ ᾖ τοῦτο ἐπικούρημα τῷ σεβαστῷ ἀριθμῷ πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν τὴν ἀπὸ τῶν πολλῶν. τοιαύτη μὲν ἡ ἀπόδειξις θαυμαστὴ, ὡς ἔστιν οὕτω σεπτὰς, καὶ σεβασμοῦ ἄξιος ὁ ἑπτά. *Iam heptas; quid dicas, confestim fit septas; ac si consuetudo exstaret Σ, trahit hoc facillime ex duplici litera Ξ, quam ipsa natura ad praecedentis numeri finem veluti sorte attribuit; ut haec adminiculo adversus vulgi insidias venerando numero esset. Atque haec admiranda illa demonstratio est, qua ita exsistere docet vocem* Σεπτὰς, *ut & numerum septenarium veneratione dignum.* Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. *Hic numerus* ἑπτὰς *nunc vocatur, antiquato usu primae literae, apud veteres enim* Σεπτὰς *vocitabatur, quod Graeco nomine testabatur venerationem debitam numero.* Etymologici Auctor. Ἑπτὰς, ἀπὸ τοῦ Σέβω, Σεπτάς τις οὖσα. ὡς θεία, καὶ ἀμήτωρ, καὶ παρθένος. *Septenarius a* Σέβω, *quod est, veneror; veluti* Σεπτὰς, *qui sit veneratione dignus, ceu divinus, & matre carens, atque virgo.* Idem tradit, & Anonymus in Theologumenis suis, & Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orationem XLIV. Virgo quoque, & matre carens, censebatur; quod nec gigneret ex se alium, neque genitus ipse esset. Oribasius in Hippocratis Aphorismorum lib. II. Aphor. XXIII. *Septenarius numerus maxime versatur in Arithmetico numero, &, criticis diebus, quia in se continet parem, & imparem; & intra denarium solus neque generat, neque generatur, quum alii aut generent, aut generentur.* Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orat. XLIV. Μόνος τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος ἀριθμῶν οὔθ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου γεννᾶται, οὔτε ἕτερον γεννᾷ· καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ παρθένον λέγουσι τὴν ἑπτάδα. *Solus hic numerus, eorum, qui intra denarium sunt, nec ab alio gignitur, neque alium gignit; Arithmeticique virginem adpellant septenarium.* Hierocles in Aurea Carmina. Ἡ δὲ ἑβδομὰς, ὡς ἀμήτωρ, καὶ παρθένος, τὴν τῆς μονάδος ἀξίαν δευτέρως ἔχει. οὔτε γὰρ γεννᾶται ἐξ ἀριθμοῦ τινος τῶν ἐντὸς δεκάδος, οὔτε γεννᾷ τινα. *Septenarius vero, tamquam matre carens, atque virgo, unitatis dignitatem habet secundario; non enim ab ullo numero gignitur, qui denario contineatur, neque alterum quemquam gignit.* Philo De Mundi opificio. Μόνος δὲ, ὡς ἔφην, ὁ ἑπτὰ οὔτε γεννᾶν πέφυκεν, οὔτε γεννᾶσθαι· δι᾽ ἣν αἰτίαν οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξομοιοῦσι τῇ ἀμήτορι Νίκῃ καὶ παρθένῳ, ἣν ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναφανῆναι λόγος ἔχει. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι, τῷ ἡγεμόνι τῶν συμπάντων. Τὸ γὰρ μήτε γεννῶν, μήτε γεννώμενον, ἀκίνητον μένει. *Solus, ut dixi, septenarius, nec natura gignit quidquam, neque gignitur, quam ob causam alii quidem Philosophi, numerum eum similem statuunt Victoriae, matrem non habenti, atque virgini, quam prognatam e Iovis capite vulgo ferunt; at Pythagorici, universitatis principi; etenim, quod neque gignitur, neque gignit, immotum manet.* Arethas in Apocalypsin cap. XX. De hoc ipso numero agens. Οὗτος ὁ ἀριθμὸς οὐκ ἐξ ἑτέρου ἀριθμοῦ, τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος, ἀποτίκτεται. *Hic numerus ex alio eorum, qui intra denarium sunt, non generatur.* Videndus item Clemens Strom. VI. Chalcidius, loco uno, atque altero, & Anonymus, atque Etymologici Auctor, in citatis statim verbis. Nomina eius haec a Photio in Nicomachi Excerptis referuntur. Τύχη, καὶ Καιρὸς, Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρης, καὶ Ἀκρέωτις, καὶ Ἀγελία, καὶ Ἀτρυτώνη, Φυλακῖτις, Ὀβριμοπάτρα, Τριτογένεια, Γλαυκῶπις, Ἀλαλκομένεια, Παντευχία, Ἐργάνη, Πολυαρέτη, Οὐλομέλεια, Ἀμαλθείας, γένος, Αἰγὶς, Ὄσιρις, Ὄνειρος, Φωνὴ, Αὐδὴ, καὶ Μουσῶν ἡ Κλειώ. εἰ βούλει δὲ, καὶ Κρίσις, καὶ Ἀδράστεια. *Fortuna, & Occasio, Minerva, Mars, Acreotis, Agelia, Atrytone, Capta, Valido patre nata, Tritogenia, Caesiocula, Alalcomenia, Panteuchia, Ergana, Multis precibus expetita, Perfectio omnium partium, Amalthea Stirps, AEgis, Osiris, Somnium, Vox, Sonus, ac de Musarum numero Clio. Si libet vero, etiam Iudicium, & Arastia.* Ex his Τύχη, Καιρὸς, Ἀθηνᾶ, Τριτογένεια, & Φωνὴ ab Anonymo memorantur, verum loco valde mutilo, ac corrupto; quem proponam, ut restituam. Τί γὰρ δεῖ νῦν καὶ περὶ τῶν ἀλημματήρων λεπτολογεῖν ἑβδοματικὸν μάλιστα παρὰ τοῖς ἀποτελεσματολόγοις δογματιζομένων, ὅτι Ἀθηνᾶν, καὶ Καιρὸν, καὶ Τύχην, τὴν ἑπτάδα ἐπωνόμαζον; Ἀθηνᾶν μὲν, ὅτι παραπλησίως τῇ μυθευομένῃ παρθένος τις καὶ ἄζυξ, ὑπάρχει. οὔτε ἐκ μητρὸς γεννηθεῖσα, ὅ ἐστιν ἀρτίου ἀριθμοῦ. οὔτε ἐκ πατρὸς, ὅ ἐστι περιττοῦ πλὴν, ἀπὸ κορυφῆς τῶν πάντων πατρὸς, ὅπερ ἂν εἴη ἀπὸ τῆς τῶν ἀριθμοῦ κεφαλῆς μονάδος. καὶ ἔστιν οἷον Ἀθηνᾶ ἀθηλυντός τις. θῆλυ δὲ, ὁ εὐδιαίρετος ἀριθμός. Καιρὸν δὲ, ὅτι οὐ χρόνῳ μακρῷ τὰς ἐνεργείας ἀνυομένας ἐν ταῖς κρίσεσιν ἔχει· ὑγείαν, ἢ νόσον, ἢ εἰς γένεσιν, καὶ φθοράν. Τύχην δὲ, ὅτι παραπλησίως τῇ μυθευομένῃ Τύχῃ τὰ θνητὰ διέπει. ὅτι οὐ μόνον τῆς ἀνθρωπίνης φωνῆς, ἀλλὰ καὶ ὀργανικῆς, καὶ κοσμικῆς, καὶ ἁπλῶς ἐναρμονίου φωνῆς, ἑπτὰ ὑπάρχει τὰ στοιχειώδη φθέγματα· οὐ μόνον παρὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ἀφίεσθαι μόνα, καὶ πρώτιστα, ὡς ἐμάθομεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τὸ πρῶτον διάγραμμα παρὰ τοῖς μουσικοῖς ἑπτάχορδον ὑπέπεσε, ὅτι τριῶν ὄντων τῶν τῆς ψυχῆς εἰδῶν, ἢ μερῶν, φρονητικοῦ, θυμικοῦ, ἐπιθυμητικοῦ, τέσσαρες ἀρεταὶ καὶ τελειόταται, γίνονται καθάπερ τριῶν διαστημάτων τέσσαρες ὅροι ἐπὶ σωματικῆς διαυξέσεως. Vbi initio sic legendum. Περὶ τῶν κλιμακτήρων λ. λ. ἑβδοματικῶν; deinde post, Καὶ Τύχην, inserendum, Καὶ Φωνὴν, καὶ Τριτογένειαν, nam istorum quinque nominum septenarii, rationem sibi reddendam Auctor ipse proponebat, quod & ordine suo fecit; quamquam etiam duo illa, Φωνὴ, & Τριτογένεια, uti istic, ita infra suis locis exciderunt; itaque post τὰ θνητὰ διέπει, repone omnino, Φωνὴν δὲ, ὅτι οὐ μόνον, & post, ἑπτάχορδον ὑπέπεσε, Τριτογένειαν δὲ, ὅτι τριῶν ὄντων. Nullus aliter indicabit, nisi qui iudicio caret; nam subiuncta utrobique verba clare satis id evincunt. Sed de iis singulatim nunc agamus. Primo autem in Nicomachi Excerptis apud Photium, occurrit Τύχη, de quo nomine hunc in modum etiam Anonymus. Τοιγαροῦν Τύχη τε, ὡς πᾶσι παρεπομένη τοῖς ἀποβαίνουσιν, ὀνομάζεται. *Itaque & Fortuna dicitur, ceu quae accidentia omnia comi-*

comitetur. Iterum. Διὰ τὸ ὧν τυχαίως, καὶ ἐπὶ καιρόν τινα τρόπον ἀπαντᾷν, καὶ ἀποκρίνεσθαι, ἑκάστα τὴν τῆς ἑβδόμης χώραν, Καιρὸν αὐτὴν καὶ Τύχην, ἐπωνόμαζον. *Quia vero fortuito, ac tempestive accurrat, ac respondeat, ad singula locus septenarii, Occasionem ipsum, & Fortunam, cognominarunt*. Rursum in citato paulo ante loco, & correcto. Ἀθηνᾶν, καὶ Καιρὸν, καὶ Τύχην, καὶ Φωνὴν, καὶ Τριτογένειαν, τὴν ἑπτάδα ἐπωνόμαζον. *Minervam, & Occasionem, & Fortunam, & Vocem, & Tritogeniam, septenarium cognominabant*. Ac postea, quum singulorum nominum rationem reddit, de hoc ait. Τύχην δὲ, ὅτι, παραπλησίως τῇ μυθευομένῃ Τύχῃ, τὰ θνητὰ διέπει. *Fortunam vero, quod pariter, ac Fortuna ea, de qua fabulantur, res mortalium administret*. Καιρός. Habes etiam apud Anonymum, locis iam a me productis, quae non repeto. Hesychius. Καιρὸς, χρόνος, ἢ τόπος, καίριος· ἢ ὁ τῆς ἑπτὰ ἀριθμός. *Occasio, tempus, aut locus opportunus, aut etiam numerus septenarius*. Philo, lib. De die septimo. Ἔνιοι δ' αὐτὴν Καιρὸν προσηγόρευσαν, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τεκμηράμενοι τὴν νοητὴν αὐτῆς οὐσίαν. Ὅσα γὰρ τῶν ἐν αἰσθητοῖς ἄριστα, δι' ὧν αἱ ἐτήσιοι ὧραι, καὶ τῶν καιρῶν αἱ περίοδοι, τεταγμένως ἐπιτελοῦνται, μετέσχηκεν ἑβδομάδος. *Nonnulli vero ipsum Occasionem adpellarunt; ex sensibilibus coniecturam facientes de intelligibili eius essentia; quaecumque enim inter sensibilia optima sunt, per quae anni tempora, eorumque circuitus, ordinate perficiuntur, septenarii partem habent*. Huc respexit Aristoteles, maiorum Metaphysicorum cap. VII. ubi de Pythagoreis agit, eorumque circa numeros doctrina. Ἔτι δὲ πῶς δεῖ λαβεῖν, αἴτια μὲν εἶναι τὰ τῶν ἀριθμῶν πάθη, καὶ τὸν ἀριθμὸν, τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ὄντων, καὶ γιγνομένων, καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ νῦν· ἀριθμὸν δὲ ἄλλον μηδένα εἶναι, παρὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐξ οὗ συνέστηκεν ὁ κόσμος; ὅταν γὰρ ἐν τῳδὶ μὲν τῷ μέρει Δόξα, καὶ Καιρὸς, αὐτοῖς ᾖ, μικρὸν δὲ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν, Ἀδικία, καὶ Διάκρισις, ἢ Μίξις· ἀπόδειξιν δὲ λέγωσιν, ὅτι τούτων μὲν ἓν ἕκαστον ἀριθμός ἐστι &c. *Praeterea quonam pacto sumere oportet, numeri quidem adfectus, & numerum, causas eorum esse, quae a principio, & nunc in Coelo sunt, atque fiunt; numerum autem nullum alium esse, praeter hunc, ex quo Mundus est constitutus? quando hac quidem in parte is illis est Opinio, & Occasio, parum autem supra, aut infra, Iniustitia, Diiudicatio, Mixtioque; idque eo demonstrent, quod eorum unumquodque numerus sit*, &c. Ad quem locum Alexander Aphrodisieus. *Pythagorici, quem ordinem numerus septenarius obtineret, hunc in Mundo Occasioni adsignabant; utique, quoniam hunc numerum Occasionem esse censebant*. Ioannes Philoponus ibid. *Pythagorei, qui, dum volunt sapientiam suam occultam facere cerdonibus, symbolice tradiderunt, disciplinas dicebant unitatem, Mentem; binarium, Animam; ternarium, Opinionem; quaternarium, Corpus simpliciter; quinarium, Corpus physicum, vel etiam Iustitiam; senarium, Corpus animatum; septenarium, Occasionem; postquam luna septem dies habens, quadrat totum tempus*. Vide etiam Ioannem Protospatharium ad Hesiodi dies. Porro etiam dicebatur. Ἀθηνᾶ. Anonymus. Ἀθηνᾶν μὲν (ἐπωνόμαζον τὴν ἑπτάδα,) ὅτι παραπλησίως τῇ μυθευομένῃ, παρθένος τις, καὶ ἄζυξ, ὑπάρχει· οὔτε ἐκ μητρὸς γεννηθεῖσα, ὅ ἐστιν ἀρτίου ἀριθμοῦ, οὔτε ἐκ πατρὸς, ὅ ἐστι περιττοῦ· πλὴν ἀπὸ κορυφῆς τῶν πάντων πατρὸς, ὅπερ ἂν εἴη, ἀπὸ τῆς τῶν ἀριθμῶν κεφαλῆς μονάδος. *Minervam quidem (septenarium cognomento adpellarunt,) quod, ut ea, de qua fabulae commemorant, virgo quaedam sit, & expers coniugii; neque nata ex matre, numero impari; neque ex patre, sive pari; sed ex vertice patris omnium unitatis*. Chalcidius in Timaeum. *Solus septenarius numerus, neque ex duplicatione nascitur alterius alicuius, nec intra decumanum limitem parit quemquam. Proptereaque Minerva est a veteribus cognominatus; item, ut illa, sine matre, perpetuoque virgo*. Eulogius in Somn. Scip. *Numerus septenarius Minervae tribuitur, quae ex Iovis capite, sine matris utero procreata memoratur; videlicet, quod ad senarium, sapientem, convenientemque suis partibus, numerum, monas, quae est caput numerorum, quum accesserit, septenarium creat, qui ab Arithmeticis Minerva dictus est, quod neque creatus ex duobus sibi similibus, neque procreare ipse alios potest, intra limitem primi versus*. Nec multo post. *Septimus, qui solus nec creatus ex binis unius generis numeris, nec ipse alium geminatus effundit; unde merito Minerva, sine matre virgo, sine procreatione perhibetur*. Videndi quoque, qui idem tradunt, Philo De Mundi Opificio, in citatis ante verbis, Martianus Capella lib. VII. Ioannes Protospatharius in Hesiodi dies, Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. Alexander Aphrodisieus in Metaphys. lib. I. & Plutarchus De Iside, & Osiride. Etiam Ἀγελεία illis dicebatur; ac de eo quidem nomine sic Anonymus. Ἀγελεία μὲν λέγεται, ἀπὸ τοῦ συνειλῆφθαι, καὶ συνῆχθαι· ἑνοειδῆς τὴν σύστασιν αὐτῆς, ἐπάπερ πάντως ἄλυτος, πλὴν εἰς τὸ ὁμώνυμον· ἢ ἀπὸ τοῦ πάντα ἀγαγεῖν δι' αὐτῆς τὰ φυσικὰ ἀποτελέσματα εἰς τελείωσιν. ἢ μᾶλλον, ὃ καὶ Πυθαγορικώτερον, ἐπειδὴ καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι, καὶ ὁ Στάνης, καὶ ὁ Ζωροάστης, ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστερικὰς σφαίρας. ἤτοι παρ' ὅσον τελείως ἄγονται περιόντι κέντρον μοναὶ παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη. ἢ ἀπὸ τοῦ σύνδεσμοί πως, καὶ συναγωγαὶ χρηματίζειν, δογματίζεσθαι παρ' αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ἃς ἀγέλας κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις· κατὰ παρέμπτωσιν δὲ τοῦ γάμμα, ἀγγέλους. διὸ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην τούτων ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας, καὶ δαίμονας, ὁμοίως ἀγγέλους, καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἐτυμότατα ἡ ἑβδομάς. Quae verba haud uno mendo infessa, ac initio rectius censeam, Ἀγγελία, ut in Photio est, quod confirmant etiam postrema ista, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἐτυμότατα ἡ ἑβδομάς. Aut certe, si Ἀγελεία retinemus, statuendum nobis erit, quemadmodum Ἀθηνᾶ fuit adpellatus septenarius, ita quoque isto eius epitheto vocatum fuisse; uti etiam, quod adparet in sequentibus, Ἀτρυτώνη, Ὀβριμοπάτρα, Τριτογένεια, Γλαυκῶπις, Ἀλαλκομένεια, & Ἐργάνη.

Fuis-

Fuisse autem Α'γελέη inter epitheta Minervae, docet Hesychius. Α'γελείης, (ita illic obiter scribendum moneo, non Α'γελείη,) λαφυραγωγȣ̃, κ̀ ἡγȣμένης τοῦ πολέμȣ. Α'θηνᾶς τὸ ἐπίθετον. Etymologici Auctor. Α'γελείη, ἡ Α'θηνᾶ, ἡ ἄγȣσα λείαν ἀπὸ τοῦ πολέμȣ, ὅ ἐςι λαφυραγωγίαν. ἤτοι ἡ λαφυραγωγὸς Α'θηνᾶ. ἢ, ὅτι ἡγεῖται λαῶν. Suidas. Α'γελείη, ἡ Α'θηνᾶ, ἡ ἀπὸ τοῦ ἄγειν λείαν, τȣτέςι ςρατιωτική. Idem est apud Homeri Scholiasten Anonymum ad Iliad. δ'. & Eustathium ad Iliad. δ'. κ'. ρ'. Atque istuc quidem obiter; nunc regredior ad Anonymi Theologumena, quae sic porro emendanda, κ̀ Ο'ςάνης, κ̀ Ζωροάςρης, ἀγέλας κυρίως καλȣ̃σι τὰς ἀςρικὰς σφαίρας. ἤτοι παρ' ὅσον τελείως ἄγονται περὶ τὸ κέντρον. Et mox. Ο'μοίως ἀγγέλȣς, κ̀ ἀρχαγγέλȣς, προσαγορεύεσθαι. Sequitur inde Φυλακῖτις, cuius item mentio est apud Anonymum; verum itidem corrigendum. Μή τι δὲ κ̀ Φυλακῖτις ἡ αὐτὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ; ȣ̓ γὰρ μόνον παρὰ τὸν τῶν Φυλάκων ἀριθμὸν, ἑπτ' ἔσονται ἡγεμόνες, ἀλλὰ κ̀ ὅτι οἱ φυλάσσοντες τὸ πᾶν, κ̀ ἐν συνοχῇ, κ̀ αἰωνίῳ μονῇ, διακρατοῦντες τοσοῦτοί εἰσιν ἀςέρες. *Numquid vero etiam capta ex hoc ipso? non enim tantum praeter numerum custodum septem erunt duces; verum etiam, quod stellae, quae custodiunt universum, retinentque in continuatione, ac perpetua mansione, tot sint numero.* Minus recte editur hodie, μή τι δὲ κ̀ φυλακή τις ἡ αὐτή; *Numquid vero etiam custodia quaedam haec ipsa?* Est deinde apud Anonymum, Α'μαλθείας γένος. Puto rectius fortasse scriptum iri, Α'μαλθείας κέρας, quod ternario quoque nomen, uti supra est videre, & huiusmodi multa nomina pluribus numeris attributa, qui attendet, observabit. Τριτογένεια, & Φωνὴ, itidem apud Anonymum occurrunt, in citatis paulo ante, & correctis a me verbis. Φωνὴν δὲ (τὴν ἑπτάδα) ἐπωνόμαζον, ὅτι ȣ̓ μόνον τῆς ἀνθρωπίνης φωνῆς, ἀλλὰ κ̀ ὀργανικῆς, κ̀ κοσμικῆς, κ̀ ἁπλῶς ἐναρμονίȣ φωνῆς, ἑπτὰ ὑπάρχει τὰ ςοιχειώδη φθέγματα. ȣ̓ μόνον παρὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἑπτὰ ἀςέρων ἀφίεσθαι μόνα, κ̀ πρύτιςα, ὡς ἐμάθομεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ πρῶτον διάγραμμα παρὰ τοῖς μȣσικοῖς ἑπτάχορδον ὑπέπεσε. Τριτογένειαν δὲ, ὅτι, τριῶν ὄντων τῶν τῆς ψυχῆς εἰδῶν, ἢ μερῶν, φρονητικȣ̃, θυμικȣ̃, ἐπιθυμητικȣ̃, τέσαρες ἀρεταὶ τελείοταται γίνονται, καθάπερ τριῶν διαςημάτων τέσαρες ὅροι ἐπὶ σωματικῆς διαυξήσεως. Etiam Ο'σιρις dicebatur: atque huc referri potest, quod AEgyptii diis suis, inter quos Osiris erat, hymnos canebant septem vocalibus. Demetrius Phalereus De Elocut. Ε'ν Αἰγύπτῳ δὲ κ̀ τȣ̀ς θεȣ̀ς ὑμνȣ̃σι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς. ἐφεξῆς ἠχȣ̃ντες αὐτά. κ̀ ἀντὶ αὐλȣ̃, κ̀ ἀντὶ κιθάρας, τῶν γραμμάτων τȣ́των ὁ ἦχος ἀκȣ́εται, ὑπ' εὐφωνίας. *In AEgypto autem & deos septem vocalibus sacerdotes laudant, deinceps ipsas sonantes: & pro tibia, ac pro cithara, litterarum harum sonus auditus, ob suavitatem vocis.* Denique Κρίσις inter cetera vocabatur, quod de morbis die septimo medici iudicium ferrent. Photius uti solet facere, contentus fuit solum nomen posuisse; sed Anonymus, rationem quoque dedit: nomen tamen illic excidit. Ecce enim, ita hodie vulgatur. Καλεῖται κ̀ Τελεσφόρος· γόνιμα γὰρ τὰ ἑπτάμηνα. Ε'ν νόσοις κρίσιμος ἡ ἑβδόμας. Quis est qui vel paulum modo naris habeat, qui non videat, ex postremis illis verbis, mutilum hunc locum esse? neque enim ea ad nomen Τελεσφόρος quidquam pertinent. Omnino est restituendum. Καλεῖται κ̀ Τελεσφόρος. γόνιμα γὰρ τὰ ἑπτάμηνα· κ̀ Κρίσις, ὅτι ἐν νόσοις κρίσιμος ἡ ἑβδομάς. Ac, quod attinet ad praecedens, Τελεσφόρος, eius meminit etiam Philo lib. de mundi opificio. Καλεῖται δ' ἡ ἑβδομὰς ὑπὸ τῶν κυρίως τοῖς εἰωθόσιν ὀνόμασι χρωμένων κ̀ Τελεσφόρος. ἐπειδὴ ταύτῃ τελεσφορεῖται τὰ σύμπαντα. *Vocatur vero septenarius ab iis, qui consuetis nominibus proprie utuntur, etiam Ad finem perducens: quia eo omnia ad finem perducuntur.*

CAP. X.

Octonarius, primus cubus, & perfectus: quamquam alii imperfectum eum statuant. Vulcano sacer; vel, ut alii volunt, Neptuno: cui etiam octavus quisque dies mensis esse dedicatus credebatur. Πάντα ὀκτὼ *proverbium; unde ortum. Stesichori sepulcrum.* Στησίχορος, *iactus, in talorum lusu. Nomina eius* Παναρμονία. Καδμεία. Μήτηρ, Ρ'έα. Θηλυποιὸς. Κυβέλη. Κυβήβη. *Strabo correctus, & Hesychius.* Δινδυμένη. *Photii locus emendatus: & Hesychii item alter.* Πολιȣ̃χος. Ε'ρως. Φιλία. Μῆτις. Ε'πίνοια. Ο'ρεια. Θέμις. Η'λιτόμηνα. Εὐτέρπη. *Anonymi locus restitutus.* Α'σφάλεια. Ε'δρασμα. Δικαιοσύνη. Ποσειδών.

OCtonarius, primus cubus. Anonymus in Theologumenis Arithmeticis. Τὴν ὀκτάδα πρῶτον ἐνεργείᾳ κύβον, κ̀ μόνον ἐντὸς δεκάδος ἀρτιάκις ἄρτιον ἔφαμεν. *Octonarium primum actu cubum diximus, ac solum intra denarium pariter parem.* Clemens Strom. VI. Η' δεκὰς δὲ, ὁμολογεῖται παντέλειος εἶναι· ὁ δὲ ὀκτὼ, κύβος ὁ πρῶτος. *Denarius est omnium confessione undiquaque perfectus: octonarius vero, primus cubus.* Eulogius in Somn. Scip. *Octo, primus cubus.* Κύβον *Graeci, nos Quadrantal dicimus.* Et mox. *Ne de primo cubo dicentes, ad alium transeamus: & fiat mutilantis subtilitatis adsertio.* Martianus Capella lib. VII. *Octonarius cubus ita omnium cuborum est primus, ut monas omnium numerorum.* Videndus quoque Plutarchus extremo Theseo: &, de Iside ac Osiride. Locum utrumque mox citabo. Et perfectus. Martianus ibidem. *At octonarius numerus primus cubus est & perfectus.* Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. V. *Qualiter autem octonarius numerus solidum corpus efficiat, ante satis probatum est; ergo singulariter quo plenus iure dicetur, propter corporeae soliditatis effectum.* Et lib. II. cap. II. *A pari numero accessio usque ad octo, soliditas est corporis: ideo inter principia huic numero plenitudinem deputavit.* Cicero in Somn. Scip. *Quum tua aetas septenos octies solis anfractus, reditusque converterit: duoque bi numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa, habetur, circuitu naturali summam*

mam tibi fatalem confecerint. Alii tamen imperfectum statuebant: ideoque partum quoque octimestrem minime vitalem esse. Alexander Aphrodisieus Problem. lib. II. quaest. XLVII. Διὰ τί τὰ ἑπτάμηνιαῖα βρέφη ζώσιμα, τὰ δὲ ὀκταμηνιαῖα, οὐκέτι; ὅτι ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς τέλειός ἐστι τῇ φύσει, ὡς μαρτυρεῖ Πυθαγόρας, καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ, καὶ οἱ μουσικοί. ὁ δὲ ὀκτὼ, ἀτελής. *Quare pueri septimestres sunt vitales; octimestres vero, non item? quia numerus septenarius est perfectus, ut Pythagoras testatur, & arithmetici, musicique: octonarius autem, imperfectus.* Ac Vulcano sacer esse putabatur. Martianus Capella. *Octonarius primus cubus est, & perfectus, Vulcano dicatus.* Alii Neptuno eum proprium existimabant: eoque spectant haec Plutarchi in fine Thesei. Θυσίαν δὲ αὐτῷ ποιοῦσι τὴν μεγίστην ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠιθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, νομίζοντες, ἑτέρου μᾶλλον ἐκείνῳ προσήκειν τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐκ Ποσειδῶνος γεγονέναι λεγομένῳ. καὶ γὰρ Ποσειδῶνα ταῖς ὀγδόαις τιμῶσιν. ἡ γὰρ ὀγδοάς. κύβος ἀπ' ἀρτίου πρῶτος οὖσα, καὶ τοῦ πρώτου Τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον, καὶ δυσκίνητον, οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. *Sacra illi maxima faciunt octavo Pyanepsionis, quod eo die cum iuvenibus e Creta rediisset; sed & alias octavo quoque mensis die eum honorant, existimantes, numerorum hunc illi maxime convenire, qui Neptuno natus esse diceretur; & Neptunum octavo mensis die colunt; etenim quum primus cubus sit octonarius e pari, ac quadrati primi geminus, vim illius dei stabilem, neque facilem moveri, repraesentat.* Quin Ποσειδῶν inde quoque vocabatur, ut mox dicam. Certe octavum mensis diem sacrum Neptuno fuisse, etiam testatur Proclus ad Hesiodi dies. Τὴν ὀγδόην τοῦ μηνὸς τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὰν, ὡς ἐπὶ τρία διαστᾶσαν, πρώτην τῷ τριαινούχῳ θεῷ προσήκειν εἰκότως λέγουσι. *Octavum mensis diem, Neptuno sacrum, velut in tria divisum, primum deo tridentifero convenire merito dicunt.* Ad honorem octonarii, & perfectionem eius, de qua paulo ante dixi, indicandam, illud etiam referendum, quod, si quae perfecta esse, ac magnifica, dicere vellent, illa Πάντα ὀκτὼ dicerent: orto proverbio a Stesichori sepulcro. Suidas. Πάντα ὀκτώ. οἱ μὲν Στησίχορόν φασιν ἐν Κατάνῃ ταφῆναι πολυτελῶς, πρὸς ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στησιχορείοις λεγομέναις πύλαις. καὶ τοῦ μνημείου ἔχοντος ὀκτὼ κίονας. καὶ ὀκτὼ βαθμοὺς, καὶ ὀκτὼ γωνίας. *Omnia octo. Quidam dicunt, Stesichorum Catanae splendide sepultum, prope portam, ab ipsius nomine dictam Stesichoream: ipso monumento habente columnas octo, & octo gradus, & angulos octo.* Sed proverbii aliam caussam mox subiungit. Οἱ δὲ, ὅτι Ἀλήτης, κατὰ χρησμὸν τοὺς Κορινθίους συνοικίζων, ὀκτὼ φυλὰς ἐποίησε τοὺς πολίτας, καὶ ὀκτὼ μέρη τὴν πόλιν. *Quidam vero tradunt, quod Haletes, quum Corinthios iussu oraculi in unam civitatem cogeret, octo civium tribus fecerit; atque octo urbis partes.* Aliae quoque caussae sunt apud Tarrhaeum in proverbiis. Πάντα ὀκτώ. Εὔανδρος ἔφη, ὀκτὼ τοὺς πάντων εἶναι κρατοῦντας θεοὺς, Πῦρ, Ὕδωρ, Γῆν, Οὐρανὸν, Σελήνην, Ἥλιον, Μίθραν, Νύκτα. ἄλλοι δέ φασιν, ἐν Ὀλυμπίᾳ τὰ πάντα εἶναι ἀγωνίσματα ὀκτὼ, στάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην, πυγμὴν, παγκράτιον, καὶ λοιπά. ἀφ' οὗ εἰρῆσθαι πάντα ὀκτώ. *Omnia octo. Evander tradit, deos rerum omnium potentes, octo esse: Ignem, Aquam, Terram, Coelum, Lunam, Solem, Mithram, Noctem. Alii vero dicunt, octo fuisse in Olympiis certamina, Stadium, Diaulum, Armaturam gravem, Caestum, Quinquertium, & reliqua: atque inde dictum esse, Omnia octo.* Quae totidem verbis etiam Zenobius dicit Cent. V. Proverb. LXXVIII. Aliter rursum Anonymus in Theologumenis suis, ex Anatolio; ab octava nempe sphaera. Ἡ περιέχουσα τὰ πάντα σφαῖρα ὀγδόη. Ὅθεν ἡ παροιμία, Πάντα ὀκτώ φησιν. *Quae omnia complectitur sphaera octava, unde proverbium natum, inquit, Omnia octo.* Apostolius sententiam Suidae, ipsis quoque eius verbis repraesentat Cent. XV. Proverb. LXVII. Ac de Stesichori quidem sepulcro, idem quoque Pollux tradit, quamquam Himerae is commemorat, & non Catanae: atque addit, in talorum item lusu iactum quemdam octonarium Στησίχορον dictum fuisse. Eius verba ista exstant lib. IX. cap. VII. Καὶ μὴν καὶ Στησίχορος ἐκαλεῖτό τις παρὰ τοῖς ἀστραγαλίζουσιν ἀριθμὸς, ὃς ἐδήλου τὰ ὀκτώ. Τὸν γὰρ ἐν Ἱμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον ἐξ ὀκτὼ πάντων συντιθέντα, πεποιηκέναι τὴν Ἅπαντ' ὀκτώ φασι παροιμίαν. *Tum & Stesichorus nuncupatur ab iis, qui talis ludunt, numerus, qui octonarium ostendebat. Poetae enim huius sepulcrum Himerae, ex octonis omnibus compositum, proverbium illud, omnia octo fecisse dicunt.* Quod Eustathius quoque tradit ad Iliad. Ψ. Ἐλέγετο δέ τις ἐν αὐταῖς (ταῖς τῶν ἀστραγάλων πτώσεσι) καὶ Στησίχορος, ὁ τὴν ὀκτάδα δηλαδὴ σημαίνων· ὅτι ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱμέρᾳ τῇ Σικελικῇ τάφος τοῦδε τοῦ μελοποιοῦ ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο. *Dicebatur etiam in talorum casibus quidam Stesichorus is nimirum, qui octonarium significabat; quandoquidem eius poetae Himerae Siciliae monumentum ex octo angulis constabat.* Meminitque iterum obiter ad Odyss. ά. De eo autem, eiusque nominibus, ita Photius in Nicomachi Excerptis. Ἡ δὲ ὀκτὰς, εἰ καὶ μὴ τοῖς ἴσοις μετὰ ὀγδόῳ μέρει, ἀλλ' οὖν τῷ θεὸς αὐτοῖς εἶναι, οὐ διὰ αὐτὴ τοῦ θρόνου ἀπερρίφη. παναρμονίαν γὰρ αὐτὴν προσκυνοῦσι, καὶ Καδμείαν, Μητέρα, καὶ Ῥέαν, καὶ Θηλυποιὸν, καὶ Κυβέλην, Κυβήβην τε καὶ Δινδύμην, καὶ Πολιοῦχον, Ἔρωτά τε καὶ Φιλίαν, Μῆτιν, Ἐπίνοιαν, Ὀρείαν, Θέμιν, Νόμον, Ἠλιτόμηναν, καὶ τῶν Μουσῶν τὴν Εὐτέρπην. *Octonarius deinde, etsi nequaquam tantam laudem, ne octava quidem ex parte obtinuit: quando tamen pro deo hic ipsis est, e sede sua non excidit. Adorant enim ipsum nomine Panharmoniae, Cadmeiae, Matris, Rheae, Mulierificae, Cybeles, Cybebes, Dindymes, Urbis custodis, Amoris, Amicitiae, Metis, Prudentiae, Oreiae, Themidis, Legis, Exterricinei, & inter Musas Euterpes.* Ac Παναρμονίαν quidem adpellatum, testis etiam Anonymus in Theologumenis. Παναρμόνιος ἐπεκαλεῖτο ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν (τῶν Πυθαγορείων) ἡ ὀγδοὰς, διὰ τὴν ὑπερφυῆ καθάρμοσιν ταύτην. *Vocatur vero Panharmonius a viris (Pythagoreis) propter excellentem hanc*

con-

convenientiam. Huc pertinent ista Macrobii ad Somn. Scip lib. I. capit. v. *Sed & ad ipsam coeli harmoniam, id est continentiam, hunc numerum magis aptum esse, non dubium est, cum sphaerae ipsae octo sint, quae moventur*. Καδμεία, Μήτηρ, Ῥέα, Ἔρως, Φιλία, Μῆτις. Ἐπίνοια, Ἀλιτόμηνα, & Εὐτέρπη, etiam ibidem occurrunt. Κυβέλη etiam Martiano memoratur. *Sane hic octonarius cubus ita omnium cuborum primus est, ut monas omnium numerorum; cubus autem omnis etiam matri Deum tribuitur: nam ideo Cybele nominatur*. Κυβήβη, Rhea dicebatur, uti etiam Δινδυμήνη: de quo postea sum acturus. Ac corruptus in hac re Strabonis locus, libro decimo, quem restituo. Καὶ τὴν Ῥέαν (ἐκάλουν) Κυβέλην, καὶ Κυβήβην, καὶ Δινδυμήνην. *Ac Rheam (vocabant, Cybelen, & Cybeben, & Dindymenen*. Non recte hactenus, media eiecta syllaba, Κύβην editur, pro Κυβήβην. Etymologici Auctor. Καὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν ἀπὸ τοῦ ἐνθουσιασμοῦ Κυβήβην λέγουσιν· αἰτία γὰρ ἐνθουσιασμοῦ τοῖς μύσαις γίνεται. *Et matrem deorum a fanatico furore Cybeben dicunt: quod mystas eo corripi faciat*. Eustathius ad Odyss. β'. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δέ, φασι, κυφῶ, καὶ Κυβήβη, διὰ τοῦ α, ἡ Κυβήβη. διὰ τοῦ η, ἡ Ῥέα. Itaque restituendus etiam Hesychius. Κυβήβη, ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. Male hodie vulgatur: Κυβήλη. Porro in Photio, pro Δινδύμην, rescribendum, Δινδυμήνην: quippe Rhea a Dindymis, Phrygiae monte, Δινδυμήνη adpellata. Stephanus. Δίνδυμα, ὄρη τῆς Τρωάδος· ἀφ' ὧν, Δινδυμήνη ἡ Ῥέα. *Dindyma, montes Troadis: a quibus Rhea nuncupatur Dindymena*. Eodem modo in citatis antea Strabonis verbis. Καὶ τὴν Ῥέαν (ἐκάλουν) Κυβέλην, καὶ Κυβήβην, καὶ Δινδυμήνην. Itaque mendosus quoque in cognomine isto Rheae est Hesychius: apud quem non recte legitur. Δινδύμην, μήτηρ θεῶν ἀπὸ Δινδύμων, ὀρῶν τῆς Φρυγίας. Rescribo, Δινδυμήνη, μήτηρ θεῶν. Res est clara, & vel pueris ipsis nota. Vltimum est apud Photium nomen, Εὐτέρπη. Meminit huius quoque Anonymus, & adiungit rationem. Τῶν τῶν Μουσῶν ἀριθμῶν, τὸ Εὐτέρπη ὄνομα τῇ ὀγδοάδι πρέπειν ἔλεγον· παρόσον εὔτρεπτος μάλιστα τῶν ἐντὸς δεκάδος, ἀρτιάκις ἄρτιος οὖσα, καὶ μέχρι τῆς φύσει ἀτόμου μονάδος αὐτῆς. Sed legendum eo loco existimaverim: παρόσον εὐτρεπτὸς μάλιστα. *Ex Musarum vero numen Euterpe octonario potissimum convenire dicebant, quod eorum, qui intra denarium sunt, facillime mutari possit, pariter par exsistens, etiam usque ad unitatem, quae natura sectionem non admittit*. Dicit, εὔτρεπτον μάλιστα τῶν ἐντὸς δεκάδος ἀριθμῶν; quia plurimum converti possit; nempe in unitatem ac septenarium, in binarium ac senarium, in ternarium ac quinarium, in quatuor binarios, & denique binos quaternarios. Sed quo modo ob hanc caussam eum Εὐτέρπην adpellaverint, minime video; nam haec Musa ita ab oblectatione fuit, ἀπὸ τοῦ τὰς ὁμιλίας τῶν πεπαιδευμένων εὐτερπεῖς, καὶ εὐαγώγους εἶναι: *quod colloquia eruditorum sint iucunda, & facile adliciant*: ut ait Phurnutus. Videndusque etiam Plutarchus Symposiac. lib. IX. quaest. XIV. Verum ita infra quoque, cum de novenario agit, & exponit, quare is Τερψιχόρη dictus caussam refert: ἀπὸ τοῦ τρέπειν, καὶ ὡς χόρον ανακυκλεῖν τὴν τῶν λόγων παλιντρέπειαν. *A convertendo, & chori instar revolvendo disciplinarum circum*. Hactenus, quae apud Photium ex Nicomac o recensetur: verum insuper Ἀσφάλεια, & Ἔδρασμα dicebatur. Anonymus. Ἡ ὀγδοὰς Ἀσφάλεια καλεῖται, καὶ Ἔδρασμα, ἀγωγὸς οὖσα. Etiam Ποσειδῶν. Plutarchus de Iside & Osiride. Δοκῶ δὲ ἔγωγε καὶ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας (τοὺς Πυθαγορικοὺς) ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα, καὶ δυάδα τὴν Ἄρτεμιν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα, Ποσειδῶνα δὲ τὸν πρῶτον κύβον. *Ego arbitror viros (Pythagoricos) etiam unitatem vocare Apollinem, ac binarium Dianam, Minervam vero septenarium, & Neptunum primum cubum*. Denique & Δικαιοσύνη. Macrobius, de hoc numero agens in Somn. Scip. lib. I. cap. v. *Pythagorici vero hunc numerum* IUSTITIAM *vocaverunt: quia primus omnium ita solvitur in numeros pariter pares, hoc est, in bis quaterna, ut nihilominus in numeros aeque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est, in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur: id est, bis bina bis. Cum ergo & contextio ipsius, pari aequalitate procedat, & resolutio aequaliter redeat, usque ad monadem, quae divisionem Arithmetica ratione non recipit, merito, propter aequalem divisionem*, IUSTITIAE *nomen accepit*.

CAP. XI.

Novenarius Musis sacer. Phurnuti locus emendatus. Etiam primus quadratus, animoque attributus; perfectissimus novies multiplicatus. Quem quandoquidem Plato moriens implevisset, ei a Magis sacra facta. Nomina eius Ὠκεανός. Ὁρίζων. *Anonymus correctus*. Προμηθεύς. *Anonymus iterum correctus*. Ὁμόνοια. Περσεία, *sive* Περατία. Ἅλιος. Ἀνεικία. Ὁμοίωσις. *Anonymus tertium emendatus*. Ἥφαιστος. Ἥρα. Διὸς ἀδελφή, καὶ σύνευνος. Ἑκάεργος. Παιάν. Νυσσηΐς, *sive* Νυσσείδας. *Anonymus quartum correctus*. Ἀγυιεύς. Ἐνυάλιος. Ἀγελία. Τριτογένεια. Πίθω. Κουρῆτις. *Anonymus quintum restitutus*. Κόρη. Ὑπερίων. Τερψιχόρη. Τελεσφόρος. Τέλειος. *Martianus emendatus, & eius error indicatus; tum Anonymus sextum correctus*.

NOvenarius Musis sacer habebatur. Plutarchus Sympos. lib. XI. quaest. I. Τὸ ἔνατον τῶν συμποσιακῶν, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, περιέχει λόγους τοὺς Ἀθήνησιν ἐν τοῖς Μουσείοις γενομένους, καὶ μάλιστα τὴν ἐννεάδα ταῖς Μούσαις προσήκειν. *Nonus Symposiacorum liber, Sossi Senecio, continet sermones Athenis habitos in Museis, quia novenarius numerus maxime Musis convenit*. Et mox quaest. III. Ἡ γὰρ ἐννεὰς δή που ταῖς Μούσαις, ἡ δὲ ἑβδομὰς τῷ Μουσηγέτῃ προσκεκλήρωται. *Novenarius Musis, septenarius Apollini est consecratus*. Phurnutus, lib. De Nat. Deor. ubi de Musis agit. Ἐννέα δ' εἰσὶ διὰ τὸ τετραγώνους, ὥς φησί τις, καὶ περὶ τοὺς προσήκοντας αὐταῖς ἀποτελεῖν. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς, συνιστάμενος κα-

κατὰ τὸ ἐφ' ἑαυτὸν γίνεσθαι, κ̀ τὸ τοῦ πρώτου ἀπὸ τῆς τελειότητος κατά τινας μετέχειν δοκοῦν ἀριθμοῦ. Sed corrupta initio verba sic restituenda censeo, κ̀ περιττοὺς τοὺς προσήκοντας. Dicit novem Musas tradi, quod quadratos, ut quidam ait, & eximios eos facerent, qui cum ipsis versarentur; quippe talem numerum novenarium esse. Vbi observa, etiam quadratum tradi; & hoc verum, nam quadratus primus esse ferebatur. Ioannes Protospatharius ad Hesiodi Dies. Ἐτίμων οὖν οἱ παλαιοὶ τὴν ὀγδόην, κ̀ ἐνάτην, ὡς αὐξητικὰς τοῦ σεληναίου φωτὸς, κ̀ τῶν καρπῶν. Ἐτίμων δὲ τὴν ἐνάτην, κ̀ διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν Μουσῶν· Ἐννέα γὰρ, αἱ Μοῦσαι. ὁ γὰρ ἐννέα ἀριθμὸς πρῶτος τετράγωνός ἐστι, κ̀ ἴσος πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι. τοιαῦται δὲ καὶ αἱ Μοῦσαι, τετράγωνοι, καὶ ἴσαι πανταχόθεν. *Honorabant itaque veteres octavum, ac nonum, ceu quae luminis lunaris, fructuumque augendorum, vim haberent; vel etiam ob Musarum numerum: novem enim eae exsistunt; numerusque novenarius primus est quadratus, & aequalis partibus suis universis, atque tales etiam Musae, quae & ipsae sunt quadratae, & aequales undiquaque.* Anonymus in Theologumenis. Ἐννεὰς ἀπὸ περισσοῦ πρῶτος τετράγωνος. *Novenarius ab impari primus quadratus.* Eulogius ad Somn. Scip. *Est igitur quadratus numerus novenarius, quia ex tribus in se triplicatis exoritur.* Videndus quoque Eustathius ad Iliad. β'. Itaque erat cubus generis imparis masculinus. Idem Eulogius paulo ante. *Vt a numero pari, qui femineus habetur, tribus illis limitibus duplicatis, natus est cubus; ita, tribus per naturam ter triplicatis, efficitur alius cubus generis imparis masculinus.* Musis sacrum, ac praeterea animo attributum, cuius morbi Musica leniri soliti, & sanari; refert item Censorinus cap. XIV. *Plerique, aliter moti, duos istos numeros subtiliter discreverunt, ut dicentes, septenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere; hunc medicinae corporis, & Apollini attributum, illum Musis, quia morbos animi, quos adpellant πάθη. Musica lenire, ac sanare consueverit.* Sciendum vero, quum quadratum numerum dicerent, eum illos censuisse, novies multiplicatum, & octoginta, atque unum exhibentem. Censorinus idem indicat, loco eodem. *Ad quam opinionem plurimorum consensus inclinat. Nam quadrati numeri potentissimi ducuntur; denique Plato, ille, venia ceterorum, Philosophus sanctissimus, qui quadrato numero annorum vitam humanam consummari putavit, novenario, qui complet annos octoginta, & unum.* Et hunc perfectissimum numerum exsistimabant; adeoque Magi Platoni, qui illo aetatis suae anno obiisset, plus quam hominem arbitrati, immolarunt. Seneca epist. LVIII. *Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit, & annum unum, atque octogesimum implevit, sine ulla deductione. Ideo Magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto; amplioris fuisse sortis, quam humanae, rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt.* De illo, ac no-minibus eius, ita Photius in Excerptis e Nicomacho. Καὶ ἡ ἐννὰς δὲ, ὑστερεῖ μὲν καὶ τῆς θεότητος, καὶ τῆς μακρᾶς συγγραφῆς, ἧς ἑβδομὰς ὑπερῆρτο. πλὴν τῆς ἐκτάδος ἐγγὺς θεολογεῖται· Ὠκεανὸς γὰρ αὐτοῖς αὐτὴ περιφέρεται, κ̀ Ὁρίζων ανυμνεῖται. Προμηθέα τε αὐτὴν, κ̀ Ὁμόνοιαν, καὶ Περσείαν, κ̀ Ἅλιον, ἱερολογοῦσιν. Ἀνεικίαν, Ὁμοιῶσιν, Ἥφαιστον, Ἥραν, Διὸς ἀδελφὴν καὶ σύνευνον, Ἑκάεργον, Παιᾶνα, Νυσσηΐδα, Ἀγυιέα, Ἐνυάλιον, Ἀγελίαν, Τριτογένειαν, Πειθὼ, Κουρητίδα τε καὶ Κόρην, καὶ Ὑπερίονα, καὶ Μουσῶν Τερψιχόρην. *Novenarius item posthabetur, & in deitate, & in longa descriptione, qua septenarius in altum nimium quantum evectus fuerat; at proximum saltem in divinitate gradum ab octonario obtinet. Circumfunditur enim ab ipsis tamquam Oceanus, atque ut visum finiens circulus celebratur. Promethea quoque ipsum faciunt, & Concordiam. Perseiam, & Halium indigetant. Quietem quoque a rixis, & Similitudinem. Vulcanum, Iunonem, Iovis sororem, & coniugem, Hecaergum, Paeanem, Nysseida, Agyiea, Enyalium, Ageliam, Tritogeniam, Suadam, Curetidem, Proserpinam, & Hyperionem, atque inter Musas Terpsichoren.* Ac Ὠκεανὸς quidem, & Ὁρίζων, quare adpellatus fuerit, docet Anonymus in Theologumenis. Ὅτι δὲ οὐδὲν ὑπὲρ τὴν Ἐννεάδα ὁ ἀριθμὸς ἐπιδέχεται ἀλλὰ ἀνακυκλεῖ πάντα ἐντὸς ἑαυτῆς, δῆλον ἐκ τῶν παλινῳδιῶν. μέχρι μὲν γὰρ αὐτῆς, φυσικὴ πρόβασις. μετὰ δ' αὐτὴν, παλιμπετής. Τὰ γὰρ δέκα, μονὰς γίνεται, κατὰ ἑνὸς ἀφαίρεσιν στοιχειώδη ποσοῦ, τουτέστι κατὰ μονάδος μιᾶς. Τὰ δὲ ἕνδεκα, κ̀ πάλιν δυὰς, ἤτοι μιᾶς, ἢ δυοῖν ἀφαιρεθεισῶν. Δώδεκα δὲ κ̀ Τριάκοντα, Τριάς, καὶ πάλιν, τὰ ἑκατὸν, μόνον ἕνδεκα ἐννεάδων ἀφαιρεθεισῶν. κ̀ τὸ αὐτὸ μέχρι κ̀ ἀπείρου. ὥστε μηδεμιᾷ μηχανῇ δυνατὸν εἶναι ἀριθμὸν ἄλλον ὑπὲρ τὰ ἐννέα στοιχειώδη συστῆναι. κ̀ διὰ τοῦτο Ὠκεανόν τε προσηγόρευον αὐτὸν, κ̀ Ὁρίζοντα, ὅτι ἀμφοτέρας ταύτας περιείληφεν οἰκήσεις, κ̀ ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχει. Sed non recte illic legitur, ἐκ τῶν παλινῳδιῶν. *Ex recantationibus.* Neque enim recantationibus hic quidquam loci, ac scribendum potius censeo, ἐκ τῶν παλινοδιῶν, *ex regressionibus.* Hoc magis convenit praecedentibus istic verbis, ἀνακυκλεῖ πάντα ἐντὸς ἑαυτῆς, *revolvit omnia intra seipsum.* Dicebatur & Προμηθεὺς, de quo nomine, atque eius ratione, sic Anonymus. Κατ' ἄλλο δὲ σημαινόμενον Προμήθεια (προσηγόρευον,) ἀπὸ τῶν μηκέτι ἐάν τινα πρόσω αὐτῆς χωρεῖν ἀριθμόν. καὶ εὐλόγως γε, τρεῖς γὰρ τελείως ὑπάρχουσα οὐδ' ἐπίδοσιν αὐξήσεως ἀπέλιπεν, ἀλλὰ κ̀ δύο κύβον ἅμα σύνθεσις, τῶν α' καὶ τῶν η', καὶ τετράγωνος οὖσα, τὴν πλευρὰν Τρίγωνον ἔχει μόνην τῶν μέχρις αὐτῆς. Quae verba varie corrupte sic emendo. Κατ' ἄλλο δὲ σημαινόμενον Προμηθέα προσηγόρευον, ἀπὸ τοῦ μὴ ἐᾶν τινα πρόσω αὐτῆς χωρεῖν ἀριθμόν. κ̀ εὐλόγως γε, τρὶς γὰρ τέλειος ὑπάρχουσα. Ac deinde, Τὴν πλευρὰν τρίγωνον ἔχει μόνη τῶν μέχρις αὐτῆς. Quae sequuntur, Ὁμόνοια, Περσεία, Ἅλιος, itidem apud Anonymum memorantur; nisi, quod illic Περασία, pro Περσεία habeatur. Διὰ γοῦν τὸ μὴ ἀφιέναι σκορπίζεσθαι ὑπὲρ αὐτὴν τὴν τοῦ ἀριθμοῦ σύμπνοιαν, συνάγειν δὲ εἰς τὸ αὐτὸ, κ̀ συγκυλίζειν. Ὁμόνοιά τε καλεῖται, καὶ Περασία, καὶ Ἅλιος. *Quia vero non permittat dissipari supra ipsum nume-*

numeri inter se consensum, sed potius in unum cogat, congregetque, Concordia vocatur, & Perasia, & Halius. Ἀνεικία, & Ὁμλιῶσις, occurrunt etiam apud Anonymum, sed corruptis quoque verbis. Ἐκαλεῖτο δὲ ϗ Ἀνοικία, διὰ τὴν ἀνταπόδοσίν τε ϗ ἀμοιβὴν τῶν ἀπ᾽ αὐτῆς μέχρι μονάδος· ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ Δικαιοσύνης διαγράμματι. ὁμοίως δὲ τάχα μὲν παρὰ τὸ πρῶτος περισσὸς τετραγωνος ὑπαρχειν. Ὁμοιωτικὸν γὰρ διόλȣ παρ᾽ αὐτῆς λέγεται, τὸ περισσὸν εἶδος ἀνόμοιον δὲ τὸ ἄρτιον. ϗ πάλιν, ὁμοιωτικὸν μὲν, τὸ τετράγωνον· ἀνόμοιον δὲ, τὸ ἑτερόμηκες. τάχα δὲ, κἀπειδὴ μάλιστα τῇ πλευρᾷ ὡμοιώθη. ὡς γὰρ ἐκείνη τρίτην χώραν ἐν τῇ φυσικῇ εἴληχεν, ὕτω ϗ ἡ ἐννεὰς τρίτη ἐν τῇ καθ᾽ αὐτὴν ἀναλόγῳ προβάσει. In ipso initio ita lego, Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀνεικία, διὰ τ. ἀ. Et mox, διαγράμματι. Ὁμοίωσις δὲ, τάχα μὲν π. Occurrunt post haec apud Photium nomina, Ἥφαιστος, Ἥρα, Διὸς ἀδελφὴ ϗ σύνευνος, & Ἑκάεργος, de quibus itidem in hunc modum Anonymus scribit. Καὶ Ἥφαιστον ἢ αὐτὴν ἐπονόμαζον, ὅτι μέχρι αὐτῆς, ὥσπερ κατὰ χώνευσιν, ϗ ἀναφορὰν, ἡ ἄνοδος. καὶ Ἥραν, παρὰ τὸ κατ᾽ αὐτὴν τετάχθαι τὴν τȣ ἀέρος σφαῖραν, ἐπὶ ταῖς ὀκτὼ ἐνάτην ὖσαν, ϗ Διὸς ἀδελφὴν, ϗ σύνευνον, διὰ τὴν πρὸς μονάδα συζυγίαν. Ἑκάεργον, ἀπὸ τȣ εἴργειν τὴν ἑκὰς πρόβασιν τȣ ἀριθμȣ. *Vulcanum vero ipsum cognominarunt, quod usque ad eum, tamquam conflaturam, ac relationem, sit reditus; ac Iunonem, quod secundum ipsum posita sit aeris sphaera, quae inter octo nona exsistat; item Iovis sororem, & coniugem, propter coniunctionem cum unitate; & Hecaergum, quia probibeat, ne longius procedat numerus.* Νυσσηΐς, apud Anonymum est Νυσσηΐοτας. Νυσση όταν (δ᾽ ἐπωνόμαζον) ἀπὸ τȣ ἐπινύσσαν, ϗ ὡσανεὶ τέρματι τῆς προόδȣ τετάχθαι, sed scribendum, ἀπὸ τȣ ἐπὶ νύσσαν, καὶ ὡσανεὶ τέρμα τι τῆς προόδου τ. Deinde sequitur Ἐνυάλιος, quod quum Martis sit cognomen, Mars pro eo apud Martianum legitur, quod eodem sane recidit. *Deinde, quod primi versus finem tenet, & ideo (enneas) Mars adpellata, a quo finis omnium rerum.* Κȣρῆτις, & Κόρη, etiam Anonymo commemorantur; nisi quod Κυρῖτις illic, pro Κȣρῆτις, minus recte nunc legatur. Etiam cur Ὑπερίων nuncupetur, & Τερψιχόρη sic exponit. Καὶ Ὑπερίνα (ἐπωνόμαζον) διὰ τὸ ὑπὲρ πάντας τȣς ἄλλȣς εἰς μέγεθος ἐληλυθέναι· ϗ Τερψιχόρην, ἀπὸ τοῦ τρέπειν ϗ ὡς χορὸν ἀνακυκλȣν τὴν τῶν λόγων παλιμπέτειαν, ϗ σύνευσιν. Denique, quae nomina non habet Photius, Τελεσφόρος, item Τέλειος vocabatur. Id Anonymus nobis tradit, istis verbis. Καλεῖται δὲ καὶ αὐτὴ Τελεσφόρος, τελειοῖ δὲ τὰ ὀννεάμηνα. *Vocatur etiam ipse Finem ferens, quod perficiat foetus novimestres.* Martiano *Perfector* dicitur. *Enneas quoque perfecta est, & Perfector dicitur, quoniam ex triade perfecta, forma eius multiplicata perficitur.* Male hodie eo loco *perfectior* editur, & in causa exponenda errat quoque Martianus; non ob illam, ut perfectus plane erat novenarius, ita proprie praeter ceteros etiam adpellabatur. Anonymus. Ἔτι τέλειος (καλεῖται,) ὅτι ἀτελέȣ τȣ τριῶν γίνεται. Sed corrupta item illa isthic verba, & corrigenda, ὅτι ἀπὸ τελέȣ τȣ τριῶν γίνεται. *Etiam Perfectus dicitur, quia ex perfecto ternario fit.*

C A P. XII.

Denarius, quadratus habitus, atque maxime honoratus. Omnium maximus dicebatur: perfectissimusque esse, & perfectionis symbolum, putabatur. Natura numeri, *etiam* Perfecta unitas, *&* Perfectionis *item* generatrix, *vocabatur. Eius quoque sanctimonia manuum porrectione, in promissis confirmandis indicata. Perfectissimus, decies multiplicatus: quem Albani numerando non transibant. Nomina eius; & Anonymus de illis emendatus.* Κόσμος. Οὐρανός. Εἱμαρμένη. Αἰών. Πίστις. Κράτος. Ἀνάγκη. Ἄτλας. *Anonymus iterum emendatus.* Ἀκάμας. Θεός. Φάνης. Ἥλιος. Οὐρανία. Μνήμη. Μνημοσύνη. Πάμωχος. Πρῶτος τετραγωνισμός. Σφαῖρα. Κλαδȣχος, sive Κλαδȣχος. Παντέλεια. *Denarius numerus, ceu perfectus, in conviviis observatus.*

DEnarius inter quadratos etiam, atque maxime honoratos, censebatur. Philostratus De vita Apollonii lib. III. cap. IX. Ὀκτωκαίδεκα δὲ ὁρῶν τȣς σοφȣς, πάλιν τὸν Ἴαρχον ἤρετο, τί βȣλοι τὸ αὐτοῖς τὸ εἶναι τοσȣτους; ὔτε γὰρ τῶν τετραγώνων ὁ ἀριθμὸς, ὔτε τῶν εὐδοκιμȣντων τε καὶ τιμωμένων, καθάπερ ὁ τῶν δέκα. *Videns autem sapientes octo & decem, iterum Iarchum interrogabat, quidnam istud sibi vellet, quod tot essent? quia nempe nec quadratus ille numerus, neque item in bona existimatione, aut bonoratus, ut denarius.* Ac maximus omnium dicebatur, ut qui alios in se omnes contineret. Athenagoras in Apologia pro Christianis. Μέγιστος μὲν ἀριθμὸς ὁ δέκα, κατὰ τȣς Πυθαγορικȣς, ὁ τετρακτύς τε ὤν, ϗ πάντας τȣς ἀριθμητικȣς, ϗ τȣς ἁρμονίȣς, περιέχων λόγȣς. *Maximus quidem numerus est denarius, secundum Pythagoricos, quum quaternarius exsistens, tum & rationes omnes numerales, ac harmonicas, comprehendens.* Huc pertinent ista Martiani Capellae lib. VII. *Decas vero ultra omnes habenda, quae omnes numeros diversae virtutis, ac perfectionis, intra se habet.* Philippus Presbyter in Iobum lib. III. cap. XXXVIII. *Decimus autem numerus perfectus est, quia per ipsum iterando, omnis numerus in infinitum multiplicatur.* Atque omnium perfectissimus habebatur, adeoque symbolum perfectionis. Cyrillus in Oseam cap. III. Σύμβολον δὲ τελειότητος ὁ δέκα ἐστὶν ἀριθμὸς, παντέλειος ὤν. *Symbolum vero perfectionis est denarius numerus, ut qui omnino perfectus exsistit.* Nicomachus Arithmetices lib. II. Μεθ᾽ ἃς ϗ ἄλλας τέσσαρας οἱ νεώτεροι εὑρίσκȣσι, συμπληρȣντες τὸν δέκα ἀριθμὸν, κατὰ τὸ τοῖς Πυθαγορικοῖς δοκȣν, ὡς τελειότατον. *Post quas recentiores etiam alias quatuor inveniunt, implentes numerum denarium, veluti, iuxta Pythagoricorum placitum, perfectissimum.* Philoponus in De anima lib. I. Τέλειος γὰρ ἀριθμὸς ὁ δέκα· περιέχει γὰρ πάντα τὸν ἀριθμὸν ἐν ἑαυτῷ. οἱ γὰρ μετὰ τὴν δεκάδα, εἰς τȣς ἀπὸ μονάδος πάλιν ἀνακάμπτον. *Perfectus enim nume-*

rus

rus est denarius; quippe omnem in se numerum comprehendit; etenim, postquam ad denarium pervenerunt, ad eos numeros, qui sequuntur unitatem, recurrunt. Vitruvius lib. III. cap. I. *Eas distribuerunt in perfectum numerum, quem Graeci* Τέλειον *dicunt. Perfectum autem antiqui constituerunt numerum, qui decem dicitur.* Videndi porro, Aristoteles Problem. Sect. XV. quaest. III. Sextus Empiricus adversus Mathem. lib. IV. Philo de congressu eruditionis gratia; & De Decalogo. Malchus De vita Pythagorae. Chalcidius in Timaeum. Alexander Problem. lib. II. quaest. XLVII. Protospatharius in Hesiodi Dies. Clemens Strom. VI. Boethius Arithm. lib. II. cap XLI. Theodorus Metochites, sive is Michael Glycas Annal. II. & III. Item Radulphus Flaviacensis in Leviticum lib. XII. cap. I. Etenim, aliquid numerare instituentes, quum pervenerint ad denarium, denuo ad unitatem, a qua initium fecere, revolvuntur. Hierocles in Aurea Carmina. Τῦ δὲ ἀριθμῦ πεπερασμένον διάστημα, ἡ δεκάς. ὁ γὰρ ἔτι πλέον ἀριθμεῖν ἐθέλων, ἀνακάμπτει πάλιν ἐπὶ τὸ ἓν, καὶ δύο, καὶ τρία. καὶ δευτέραν ἀριθμεῖ δεκάδα πρὸς τὴν τῆς εἰκοσάδος συμπλήρωσιν, καὶ τρίτην ὁμοίως. ἵνα τριάκοντα εἴπῃ· καὶ τῦτο ἑξῆς, ἕως ἄν, δεκάτην ἀριθμήσας δεκάδα, εἰς ἑκατὸν προέλθῃ. καὶ πάλιν ἑκατὸν τὸν αὐτὸν τρόπον ἀριθμεῖ. καὶ οὕτω μέχρις ἀπείρυ, τῷ τῆς δεκάδος διαστήματι ἀνακυκλυμένῳ προχωρεῖν δύναται. *Est porro numeri intervallum finitum denarius. Qui enim ulterius numerare statuat, ad unum iterum duoque, & tria, regreditur: ac denarium secundum numerat, donec vicenarium compleat: & tertium item, ut ad tricenarium veniat; tum deinceps idem facit, quoad, decimo denario numerato, centenarium attingat; ac rursum centum eodem modo numerat: inde sic in infinitum, repetito denarii intervallo, progredi potest.* Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orat. XLII. *Decas enim dicitur, quod omnes numerus capiat; nam quum ad eam numeri pervenerint, progrediendi finem faciunt: ac deinceps iterantur solum, & revolvuntur.* Cassiodorus Var. lib. I. ep. X. *Denarius numerus, more coeli, & in seipsum revolvitur, & numquam deficiens invenitur; crescit nova conditione per se redeundo, addita sibi semper ipsa calculatio: & quum denarius non videatur excedi, ex modicis praevalet maiora complecti.* Radulphus Flaviacensis in Leviticum lib. XX. cap. VII. *Numeri sui plenitudinem denarius continet: &, sicut numerus idem ab uno incipitur, sic in decimo consummatur.* Hac de causa etiam *Natura numeri* dicebatur. Plutarchus de plac. philosoph. lib. I. cap. III. Πυθαγόρας Μνησάρχυ Σάμιος, εἶναι (φησι) τὴν φύσιν τῦ ἀριθμῦ δεκάδα. μέχρι γὰρ τῶν δέκα πάντες Ἕλληνες, πάντες βάρβαροι ἀριθμῦσιν. ἐφ᾽ ἃ ἐλθόντες, πάλιν ἀναποδῦσιν ἐπὶ τὴν μονάδα. *Pythagoras Mnesarchi Samius, denarium ait Naturam numeri esse; quippe ad eum numerare omnes Graecos, barbarosque: atque, quum ad illum venerint, regredi ad unitatem.* Etiam, *Perfecta unitas:* & *Generatrix perfectionis.* Nicetas in Gregorii Nazianzeni iam citatam Orationem. *Decas autem prima, unitas perfecta, & Generatrix perfectionis dicitur: quoniam est alia quoque unitas, nempe, prima unitas; verum illa, tametsi principium numerorum est, eosque procreat, nequaquam tamen perfecta est; at prima decas, has duas praerogativas habet; alteram, quod perfecta est, quatenus ad hanc usque numeri progrediuntur, ac rursus revolvuntur: alteram, quod perfectionis est procreatrix: centenarium enim numerum, qui perfectissimus est, producit.* Quod autem sit, *Perfecta unitas;* huc referri etiam debent haec Mercurii Trismegisti in Poemandro (a) cap. XIII. Ἡ ἑνὰς ὖν κατὰ λόγον τὴν δεκάδα ἔχει, καὶ ἡ δεκὰς τὴν ἑνάδα. *Vnitas itaque secundum rationem denarium complectitur, ac denarius unitatem.* Atque, ut *Perfectionis generatricem* adpellabant, ita *Animae.* Ecce tibi apud eumdem Mercurium loco citato. Εἰκότως ὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὴν ἀπόστασιν ποιῦνται, καθὼς μὲν ἀπὸ δέκα δυνάμεων ἐλαυνόμεναι, τυτέστιν ἀπὸ τῆς δεκάδος· ἡ γὰρ δεκάς, ὦ τέκνον, ἐστὶ ψυχογόνος. *Iure igitur secundum rectam rationem deficiunt, veluti a decem facultatibus, id est, numero denario, repulsae; denarius enim, o fili, animae genitor est.* Numeri huius sanctimoniam etiam eo ostendebant, quod, quum sancte quid promitterent, mutuo id porrecta manu, ac consertis decem digitis, confirmarent: tamquam tacite innuerent, rem promissam ita sese perfecturos, ut perfectus digitorum, quos inter se conferebant, numerus esset. Alexander Aphrodisieus istud tradit Probl. lib. II. quaest. XLVII. Καὶ ὁ δέκα ἀριθμὸς παρὰ Ἀριστοτέλει, καὶ τοῖς φιλοσόφοις, συμπεριλαμβάνει τὰ ἐν γενέσει, καὶ φθορᾷ. καὶ πᾶς δὲ ἀριθμὸς διὰ τῦ δέκα γίνεται, κατὰ ἀνακύκλωσιν. καὶ οἱ τότε δὲ δικαιότατοι ἄνδρες, τὰς δεξιὰς ἑαυτοῖς παρεῖχον, ὑπὲρ ἀσφαλείας πράγματος, τὸν δέκα ἀριθμὸν προβαλλόμενοι. *Ac denarius numerus apud Aristotelem, & philosophos, quaecumque nascuntur, aut intereunt, comprehendit: omnisque numerus a denario, iuxta revolutionem, generatur; & interdum iustissimi viri, dextras sibi porrigebant; denarium numerum, ad negotii, de quo agerent, certitudinem, proferentes.* Vti vero novenarius, novies multiplicatus, perfectissimus, & quadratus, habebatur, sicut docui capite superiori; sic denarius, itidem decies repetitus, centenarium efficiens, etiam quadratus habitus, omniumque perfectissimus. Theodoretus in Canticum Canticorum. *Centenarius vero numerus, est perfectissimus; tum quia a sinistra manu separatus, dextrae principium tenet: tum quia denario completur, decies multiplicato. Quadratum autem vocant, qui res eiusmodi profitentur.* Ac de centenarii perfectione, ecce quoque in Nicetae, quae produxi paulo ante, istis verbis. *Centenarium enim numerum, qui perfectissimus est, producit.* Iulianus in Epistola ad Sarapionem. Ὅγε μὴν τῶν ἑκατὸν ἀριθμός, ἐστι τῶν ἄλλων τιμιώτερος, καὶ τὸ τέλειον ἐν αὐτῷ τῶν ἀριθμῶν περιγραφων. *Centenarius certe numerus, aliis est honoratior, ac perfectionem in se numerorum comprehendit.*

(a) Opus ὑποβαλιμαῖον.

dit. Vide plura, quae epiſtola ea tota, in iſtius numeri laudem, ille profert. Et, ut Thraces quaternarium numerando non tranſibant, ſicut dixi capite ſexto; ita nec Albani etiam centenarium. Strabo, ubi de iis agit lib. XI. Οὐδὲ γὰρ νομίσματι τὰ πολλὰ χρῶνται ȣ̓δὲ ἀριθμὸν ἴσασι μείζω τῶν ἑκατόν. *Neque enim numiſmate utuntur plerumque, neque numerum noverunt centenario maiorem*. Porro, quod denarium attinet, quibus ille ſit nominibus adpellatus, tradit Photius in Excerptis e Nicomacho, toties a me citatis. Αὐτοῖς Κόσμος ἡ δεκὰς, ϗ Οὐρανὸς, Εἱμαρμένη, Αἰὼν, Κράτος, Πίστις, Ἀνάγκη, Ἄτλας, Ἀκάμας, Θεὸς, Φάνης, Ἥλιος, Οὐρανία, Μνήμη, Μνημοσύνη. *Ipſis denarius eſt Mundus, Coelum, Fatum, AEvum, Potentia, Fides, Neceſſitas, Atlas, Indefeſſus, Deus, Phanes, Sol, Vrania, Memoria, Mnemoſyne*. Anonymus in Theologumenis. Καὶ ἐπωνόμαζον αὐτὴν θεολογȣ̃ντες οἱ Πυθαγορικοὶ ποτὲ μὲν Κόσμον, ποτὲ δὲ Οὐρανὸν, ποτὲ δὲ Πᾶν, ποτὲ δὲ Εἱμαρμένην, καὶ Ἀγῶνα, Κράτος τε, ϗ Πίστιν, ϗ Ἀνάγκην, Ἄτλαντά τε, ϗ Ἀκάμαντα, ϗ Θεὸν Ψιλῶς ϗ Φάνητα, καὶ Ἥλιον. Sed legendum eo loco, καὶ Αἰῶνα, Κράτος τε: ut mox oſtendam. Ac de Κόσμȣ, ſive *Mundi* adpellatione quidem, tradit etiam Philoponus in Metaphyſ. lib. I. *Denarium vero, Mundum vocant: ut enim denarius ſuſceptivus eſt numerorum, ita mundus ſuſcipit omnes formas*. Anonymus. Ἀπὸ μὲν τȣ̃ κατ' αὐτὴν διατετάχθαι τὰ ὅλα καθόλȣ τε, ϗ κατὰ μέρος, Κόσμον. *Quod ſecundum eum ordinata ſunt omnia univerſim, & per partes, Mundum illum adpellarunt*. Protoſpatharius in Heſiodi dies. Τὴν δὲ δεκάδα, δεχάδα ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, ὡς δεχομένην πάντα ἀριθμὸν ἐφ' ἑαυτȣ̃. Τὸ δὲ ἓν, ἔλεγον τὸν νȣ̃ν τὸν πρῶτον· ϗ τόνδε τὸν κόσμον, δεκάδα φασί. *Denarium autem, veteres* Δεχάδα *adpellabant, ut qui omnem in ſe numerum comprehenderet. Vnitatem vero, mentem primam nuncupabant: & mundum denarium dicunt*. Atque huc pertinent iſta Procli in Timaeum lib. V. Καὶ γάρ ἐστιν ἡ δεκὰς κοσμικὴ, καθάπερ ὁ ὕμνος ὁ Πυθαγόρειος λέγει. *Etenim denarius ad mundum pertinet, ut hymnus Pythagoricus dicit*. Deinde Οὐρανὸς dicebatur: cuius rei hanc Anonymus nobis rationem reddit. Ἀπὸ δὲ τȣ̃ ὅρον τὸν τελειότατον ἀριθμȣ̃ εἶναι, παρ' ὃ δεκὰς, οἱονεὶ δεχὰς, καθάπερ ὁ ȣ̓ρανὸς τῶν πάντων δοχεῖον (ἐπωνόμαζον) Οὐρανόν. *Coelum vero cognomento adpellabant, quod is numeri terminus perfectiſſimus eſſet; unde &* Δεκὰς *quaſi* Δεχὰς *dicebatur: quemadmodum coelum rerum omnium receptaculum eſt*. Huc referri etiam debent iſta Caſſiodori verba Var. lib. I. ep. X. *Iuvat inſpicere, quemadmodum denarius, more coeli, & in ſe ipſum revolvitur, & numquam deficiens invenitur*. Pachymerius Metaphyſ. cap. III. *Quoniam denarius numerus perfectus eſt, quum ii ipſi (Pythagorici) cuperent ea, quae in coelo continentur, denario attribuere, & novem in coelo invenirent (ſeptem enim planetarum orbes ſunt, & coelum, in quo ſidera fixa habentur, & terra) adiecerunt antichthona, ac decem fecerunt: eoque modo decem iſta denario accomodarunt*. Ad τȣ̃ Εἱμαρμένης nomen referenda iſta Procli in Tim. lib. V. Τὴν δεκάδα ϗ τῷ δημιȣργῷ προσοικειȣ̃σι, ϗ τῇ Εἱμαρμένῃ, Πυθαγορείων παῖδες. *Denarium Pythagorei accommodant opifici, & Fato*. Cauſa exponitur ab Anonymo. Εἱμαρμένην δὲ πάλιν ἔλεγον, παρ' ὅσον ȣ̓δεμία ἰδιότης, ȣ̓́τε ἐν ἀριθμοῖς, ȣ̓́τε ἐν τοῖς ȣ̓̃σι κατ' ἀριθμȣ̃ σύστασιν, ἐστιν· ἣ ȣ̓κ ἐν δεκάδι, ϗ τοῖς ἐντὸς αὐτῆς, σπερματικῶς καταβέβληται· κατὰ εἱρμὸν δὲ λοιπόν, ϗ ἀκολȣθίαν, διατείνει ϗ ἐπὶ τὰ μετ' αὐτήν. Εἱμαρμένη δὲ, ὡς εἱρομένη τις ϗ εὐτακτȣμένη, ἀπόβασις. Sic reſcribo eo loco; nam mendoſe hodie editur: κατὰ δὲ ἕρμον δε λοιπον κατ' ἀκολȣθίαν, διατείνει. Inde rationem reddit, cur Αἰῶνα, Κράτος, Πίστιν & Ἀνάγκην, adpellaverint. Mox & addit de Atlantis cognomento. Ἄτλας δὲ παρόσον ὁ μὲν τιτὰν, μυθεύεται φέρειν ἐπὶ τοῖς ὤμοις τὸν ȣ̓ρανὸν, φησὶ γάρ· ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακρὰς, αἳ γαῖαν τε ϗ ȣ̓ρανὸν ἀμφὶς ἔχȣσιν· ἡ δὲ δεκὰς, τὸν τῶν σφαιρῶν συγκρατεῖ λόγον, οἷον πασῶν τις διάμετρος ȣ̓̃σα, ϗ περιάγȣσα ταύτας, ϗ περικλείȣσα συνεκτικώτατα. De Atlante, qui cum ceteris Titanibus poſtquam coelum oppugnaſſet, victus tamquam in ſupplicium, coelum ferre ſit coactus, vide Hyginum Fab. CL. Sed quis ille, quem dicere ait? ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακράς. Eius nomen iſthic excidit, quod reſtituo in hunc modum: φησὶ γὰρ Ὅμηρος. Nam Homeri eſt hic locus, quem reſpexit Odyſſ. lib. I.

—— θεὰ δ' ἐν δώμασι ναίει,
Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε ϗ ȣ̓ρανὸν ἀμφὶς ἔχȣσι.

Ad cognomen Ἀκάμαντος, pertinet illud ex hymno Pythagoricorum apud Proclum in Tim. lib. V.

Ἄτροπον, ἀκαμάτην, δεκάδα κλείȣσί μιν ἁγνήν.
Immutabilem, indefeſſum, denarium vocant
ipſum caſtum.

Quae deinde cognomenta memorantur, Οὐρανία, Μνήμη, atque Μνημοσύνη, ea quoque ab Anonymo referuntur. Verum & nonnulla alia, a Nicomacho praetermiſſa, apud alios Auctores obſervare eſt. In his Πάμωχος: de quo ſic Heſychius tradit. Πάμωχος, ὁ κύριος, Ἰταλοί. ϗ ἡ δεκάς. *Pamochus, dominus, Itali: & denarius*. Πρῶτος τετραγωνισμός. Chalcidius in Timaeum Platonis. *Decumanum numerum Pythagorici adpellant* PRIMAM QVADRATVRAM, *propterea quod ex primis quatuor numeris conſit, uno, duobus, tribus, quatuor*. Σφαῖρα. Philoponus in Metaphyſ. lib. I. *Denarium vero dicebant Mundum, ut ſuſceptivum; illum quidem, numerorum: hunc vero, omnium corporum. Ideo & vocabant ſphaeram*. Κλειδȣ̃χος. Anonymus in Theologumenis. Κράτος δὲ (ἔλεγον) ὅτι κρατύνεσθαί τε τὰ κοσμικὰ δι' αὐτȣ̃ συμβέβηκε, ϗ τῶν ἄλλων κρατεῖν ἀριθμῶν ὁ δέκα φαίνεται· πάντων τε λόγων ἕρκος τι, ϗ περίκλεισις, ϗ δοχεῖον. διόπερ ϗ Κλειδȣ̃χος ἐκαλεῖτο. Apud Cedrenum Κλαδȣ̃χος ſcribitur: quia ceteri inde numeri, tamquam rami pullularent. Ἡ δεκὰς, δεχὰς προσαγορεύεται· ὡς δεκτικὴ τȣ̃ ἀπείρȣ. ἡ αὐτὴ ϗ Κλαδȣ̃χος, διότι, ἐξ αὐτῆς οἱ ἀριθμοὶ πάντες, ὡς κλάδοι τινὲς, φύονται. Denique etiam Παντέλεια. Anatolius apud Anonymum. Καλεῖται δὲ Κράτος, καὶ

Παν-

Παντέλεια (ἡ δεκὰς) ἐπεὶ πάντα περαίνει τὸν ἀριθμὸν, περιέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς ἑαυτῆς, ἀρτίου τε καὶ περισσοῦ, κινουμένουτε καὶ ἀκινήτου, ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ. Vbi iterum obſerva, Παντέλειαν dictum a perfectione: ad quam, ut hoc item moneam, illud quoque pertinebat, quod in numero convivarum Pythagorici, ſic edocti a praeceptore, eum numerum minime ſibi excedendum exiſtimarent. Ac de hoc ipſorum more ita Iamblichus de vita Pythagorae lib. I. capit. XXI. Μὴ πλείω ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχεῖσθαι. *Homines non plures decem convivari.* Quem locum reſpexit Euſtathius ad Iliad. β'. Ἱστορεῖ γοῦν καὶ ὁ σοφώτατος Ἰάμβλιχος, τὰ Πυθαγορικὰ συσσίτια μὴ ἔχειν πλέον ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχουμένους. *Itaque memorat ſapientiſſimus Iamblicbus, convivia Pythagorica non habere plus, quam decem homines.*

F I N I S.

NOMINVM
QVIBVS
PYTHAGORICI
NVMEROS ADPELLARVNT,
INDEX.

Numerus deſignat Capita.

Ἀγελαίη. 9.
Ἀγελείη. 9
ἀγελία. 9. 11.
ἀγεμονία. 7
ἄγνοια. 4.
ἀγνωσία. 4
ἀγυιεύς. 11.
ἀγυιοπέζα. 5.
ἀγχιδίκη. 8
ἀδιοριστία. 4
Ἀδράστεια. 4.
ἀερία. 4.
ἄζυξ. 7.
ἀθήλυντος. 6.
Ἀθηνᾶ. 9.
αἰγίς. 9.
Ἀΐδας. 5.
Αἰόλου φύσις. 6.
αἰτία ἀνομοίων. 4.
αἴτιοι ἀληθείας. 3
αἰών. 12.
ἀκάμας. 12.
ἄκμων. 8.
ἀκρεῶτις. 7.
ἀκρότης ἐλαχίστη τῆς ζωότητος. 7
Ἀλαλκομένεια. 9.
ἀλαμπία. 3.
ἀλήθεια. 8.
ἄλιος. 11.
ἀλκιμωτάτη. 6.
ἀλλοίωσις. 7.
Ἀμαλθείας κέρας. 5. γένος. 9.
ἄμβροτος. 7.
ἀμιθεος. 7.
ἀμιξία. 3.
Ἀμφιτρίτη. 8.
ἀνάγκη. 12.
ἀνδρογυνία. 7. 8
ἀνεικία. 7. 11
ἄνισος. 4
ἀνομοίων αἰτία. 4
ἄξων. 3. 7.
ἀόριστος. 4.
ἄπειρος. 4
ἁπλοῦν παράδειγμα. 3
ἄρκτος. 5.
ἅρμα. 3.
ἁρμονία. 4. 5. 6. 8.
ἀρρενική. 6.
ἀρρενόθηλυς. 2. 3. 8.
ἀρρενουργός. 6.
Ἄρτεμις. 4.
ἀρχή. 8.
ἀστερία. 4.
ἀσφάλεια. 10.
ἀσχημάτιστος. 4.
ἀτάλαντος. 7.
Ἄτλας. 3. 12.
Ἀτρυτώνη. 9.
αὐδή. 9.
αὔξησις. 4.
Ἀφροδίτη. 4. 7. 8.
Ἀχελῷος. 5.
βάθος πρῶτον. 6.
βακχασμὸν ἀνεγείρων. 6.
βάραθρον. 3.
Βασσαρεύς. 6.
Βυβάστεια. 7.
γαμηλία. 7. 8.
γάμος. 4. 5. 7. 8.
γένεσις. 4.
γένος Ἀμαλθείας. 9.
γλαυκῶπις. 9.
Γοργονία. 5.
γνώμονες. 2.
Δαματράμη. 5.
Δήμητρα. 4.
διαίρεσις. 4.
διάκρισις. 4.
διάρθρωσις τοῦ παντός. 8.
διδυμαία. 7.
δικαιοσύνη. 6. 10.
δίκη. 4. 5. 7.
δίκησις. 7.
Δικτύνα. 4.
διμάτωρ. 6.
Δινδυμήνη. 10.
Διόνυσος. 6.
Διὸς ἀδελφὴ καὶ σύνευνος. 11.
Διοσκορία. 5.
Διόσκορος. 6.
δίσαμος. 4.
διχοστασία. 4.
διχρονία. 8.
Διώνη. 4.
δόξα. 4.
δύη. 4.
δύναμις. 4.
ἑδραία. 7.
ἕδρασμα. 4.
εἶδος. 3.
εἱμαρμένη. 12.
εἰρήνη. 5. 8.
ἑκάεργος. 11.
Ἑκάτα. 5.
Ἑκατηβελέτις. 8.
Ἐλευσίνια. 4.
ἕλιξ. 5.
ἔλλειψις. 4.
ἐνυάλιος. 11.
ἔξαρμα. 6.

ἔπαν-

ἔπανδρος.	6.	Λατώ.	5.	Ποσειδῶν.	10.
ἐπίθεσις.	4.	Λάχεσις.	8.	Προμηθεύς.	3. 11.
ἐπίνοια.	10.	λήθη.	3.	πρόνοια.	7.
ἐπιστήμη.	4.	λόγος σπερματίτης.	3.	Πρωτεύς.	3.
ἐρόνα.	5.	Λοξίας.	5.	Πρῶτον βάθος.	6.
ἐρατώ.	4.	Λύδιος.	5.	πρῶτον μῆκος.	4.
Ἐργάνη.	9.	Μαῖα.	4.	πρῶτον πλάτος.	5.
Ἐριούνιος.	6.	Μαιάδης.	6.	πρῶτος τετραγωνισμός.	12.
Ἔρις.	4.	Μελπομένη.	7.	πυράλιος.	3.
Ἑρμῆς.	6.	μεσευθύς.	8.	πύργος Ζανός.	3.
Ἔρως.	3. 10.	μεταβολή.	4.	Ῥέα.	4. 10.
Ἑστώ.	4.	μέτριον.	3.	σκοτωδία.	3.
ἑτερότης.	4.	μέτρον.	3.	σπερματίτης λόγος.	3.
εὐβουλία.	5	μῆκος.	4.	στίφρα.	3.
εὐδαιμονία.	3.	μήτηρ.	10.	Στύξ.	3.
εὐσέβεια.	3. 5.	Μοῦσις.	5. 10.	σύγκρασις.	3.
Εὐτέρπη.	10.	μνήμη.	12.	σύγχυσις.	3.
Ζανος πύργος.	3. 7.	μνημοσύνη.	3. 12.	συμβιωία.	5.
Ζεύς.	3.	μόρος.	4.	συμφωνίας τάξις.	3.
Ζυγία.	8.	Μορφώ.	3.	σύνθεσις.	4.
Ζυγῖτις.	8.	μυχαία.	4.	Σῶκος.	6.
ζωή.	3.	ναέτης.	5.	σῶμα.	6.
ζωναία.	7.	ναῦς.	3.	σωρίτας.	6.
ἥλιος.	3. 12.	νεῖκος.	4.	σφαῖρα.	12.
ἠλιτομήνα.	10.	Νέμεσις.	7.	τάξις συμφωνίας.	3.
Ἥρα.	4. 11.	νοῦς.	3. 7.	τάρταρος.	3.
Ἡρακλῆς.	6.	νῦν.	3.	τέλειος.	11.
Ἥφαιστος.	6. 11.	νυσσηϊότας.	11.	τελεσφόρος.	9. 11.
θαλασσοῦχος.	5.	νυσσηΐς.	11.	Τερψιχόρη.	11.
Θάλεια.	8.	ὀβριμοπάτρα.	9.	Τετραγωνισμὸς πρῶτος.	12.
θάνατος.	4.	ὁμοίωσις.	11.	τλημοσύνη:	4.
Θέμις.	10.	ὁμόνοια.	3. 5. 11.	τόλμα.	4.
θεός.	3. 7. 12	ὄνειρος.	9.	τριδύμη.	5.
Θέτις.	5.	ὀρεία.	10.	τρίμορφος.	8.
θηλύμορφος.	6.	ὀρθιᾶτις.	7.	τριοδῖτις.	8.
θηλυποιός.	10.	ὁρίζων.	11.	τρίσαμος.	5.
ἵμερος.	4.	ὁρμή.	4.	Τριτογένεια.	5. 9 11.
ἴση.	4.	Ὄσιρις.	9.	Τρίτων.	5.
Ἶσις.	4.	οὐλομέλεια.	8. 9.	τροφός.	7.
Ἶσον.	4.	Οὐρανία.	6. 12.	τύχη.	9.
Καδμεία.	10	οὐρανός.	12.	ὑγεία.	8.
καιρός.	9.	οὐσία.	3.	ὕλη.	3. 4.
καρδιᾶτις.	7.	Ὀφίων.	5.	Ὑπερίων.	11.
κέρας Ἀμαλθείας.	5. 9.	Παιάν.	11.	ὑπομονή.	4.
κίνησις.	4.	Παλλάς.	7	φάνης.	4. 12.
κλαδοῦχος.	12.	πάμωχος.	12.	φιλία.	3. 8. 10.
κλειδοῦχος.	12.	πανάκεια.	8.	φιλίωσις.	8.
κλειδοῦχος τῆς φύσεως.	6	παναρμονία.	10.	φίλος.	3.
Κλειώ.	9.	πανδοχεύς.	3.	φιλοτησία.	8.
κοινωνία.	4.	παντέλεια.	12	φορκία.	5.
Κόρη.	11.	παντευχία.	9.	φρικωδία.	3.
κορυφή.	4.	παράδειγμα ἁπλοῦν.	3.	φρόνησις.	5.
Κόσμος.	6. 8. 12.	παρθένος.	3.	φυλακῖτις.	9.
κόσμου ψυχή.	7.	Πειθώ.	11	φύσις.	4. 7.
Κουρῆτις.	5. 11.	περασία.	11.	φωνή.	9.
κραταιΐς.	5.	Περσεία.	8. 11.	χάος.	3.
κράτος.	12	πηγὴ τῆς συμφωνίας.	4.	χαριτία.	5.
κρεδεᾶτις.	7.	πίστις.	12.	χάσμα.	3.
κρίσις.	9.	πλεονασμός.	4	ψεῦδος.	4.
Κρονία.	5.	πόδες πολυπίδακος Ἴδης.	4.	ψυχή.	4. 7.
Κυβέλη.	10	πολιοῦχος.	10.	ψυχοποιός.	8.
Κυβήβη.	10.	πολυαρέτη.	9.	Ὠκεανός.	11.
Κυθαιρεία.	4. 7.	Πολύμνια.	5.		
κυκλιοῦχος.	7.	πολυώνυμος.	3.		

THEOPHRASTVS

S I V E

DE ILLIVS LIBRIS, QVI INIVRIA TEMPORIS INTERCIDERVNT.

LIBER SINGVLARIS.

VIRO VIRTVTE,
ET DOCTRINA
PRAECELLENTI,

ADOLPHO VORSTIO

MEDICINAE, ET BOTANICES
IN ACADEMIA
LVGDVNO-BATAVA
PROFESSORI,
AMICITIAE VETERIS,
ET ILLIBATAE,
MONVMENTVM
QVALECVMQVE
D. D. C.

IOANNES MEVRSIVS

SORAE DANORVM,
AD DIEM
SEPTEMBRIS XXVIII.
ANNI CIƆ IƆC XXXVIII.

THEOPHRASTVS

S I V E

DE ILLIVS LIBRIS, QVI INIVRIA TEMPORIS INTERCIDERVNT.

LIBER SINGVLARIS.

THEOPHRASTI, praeſtantiſſimi philoſophi, Opera fuerunt plurima; ſed quae. paucis conſervatis, pleraque interciderunt. Digeſſit ea in tractatus Andronicus peripateticus. Teſtis mihi eſt Porphyrius in Vita Plotini. Μιμησάμεν۞ δ᾽ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν. ὧν ὁ μὲν, Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδιογράφον ἀν δέκα τόμυς φέρων συνήγαγεν· ὁ δὲ, τὰ Ἀριστοτέλυς, καὶ Θεοφράστυ, εἰς πραγματείας διεῖλε. *Imitatus Apollodorum Athenienſem, & Andronicum peripateticum: quorum ille quidem. Epicharmi comici fabulas in decem tomos coegit; hic vero, Ariſtotelis, & Theophraſti, opera in tractatus diſtribuit.* Tituli nobis recenſentur a Diogene Laertio; qui illius Vitam ſcripſit, & in ea iſtos quoque repraeſentat:

I. Ἀναλυτικῶν προτέρων, γ΄.
II. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ζ΄.
III. Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, ά.
IV. Ἀναλυτικῶν ἐπιτομὴ, ά.
V. Ἀνηγμένων τόπων, β΄.
VI. Ἀγωνιστικῶν τῆς περὶ τὺς ἐριστικὺς λόγους θεωρίας.
VII. Περὶ αἰσθήσεων, ά.
VIII. Πρὸς Ἀναξαγόραν, ά.
IX. Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, ά.
X. Περὶ τῶν Ἀναξιμένους, ά.
XI. Περὶ τῶν Ἀρχελάου, ά.
XII. Περὶ ἁλῶν νίτρου, στυπτηρίας, ά.
XIII. Περὶ τῶν λιθουμένων, β΄.
XIV. Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, ά.
XV. Ἀκροάσεως, β΄.
XVI. Περὶ ἀνέμων, ά.
XVII. Ἀρετῶν διαφοραὶ, ά.
XVIII. Περὶ βασιλείας, ά.
XIX. Περὶ παιδείας βασιλέως, ά.
XX. Περὶ βίων, γ΄.
XXI. Περὶ γήρως, ά.
XXII. Περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας, ά.
XXIII. Τῆς μεταρσιολεσχίας, ά.
XXIV. Περὶ τῶν εἰδώλων, ά.
XXV. Περὶ χυμῶν, χροῶν, σαρκῶν, ά.
XXVI. Περὶ τῦ διακόσμου, ά.
XXVII. Περὶ τῶν ἀνθρώπων, ά.
XXVIII. Τῶν Διογένους συναγωγὴ, ά.
XXIX. Διορισμῶν, γ΄.
XXX. Ἐρωτικος, ά.
XXXI. Περὶ ἔρωτ۞, ά.
XXXII. Περὶ εὐδαιμονίας, ά.
XXXIII. Περὶ εἰδῶν, β΄.
XXXIV. Περὶ ἐπιλήψεως, ά.
XXXV. Περὶ ἐνθουσιασμῦ, ά.
XXXVI. Περὶ Ἐμπεδοκλέους, ά.
XXXVII. Ἐπιχειρημάτων, ιή.
XXXVIII. Ἐνστάσεων, γ΄.
XXXIX. Περὶ ἑκουσίου, ά.
XL. Ἐπιτομὴ τῆς Πλάτων۞ πολιτείας, β΄.
XLI. Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, ά.
XLII. Περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων, ά.
XLIII. Περὶ τῶν δακετῶν καὶ βλητικῶν, ά.
XLIV. Περὶ τῶν ζώων, ὅσα λέγεται φρονεῖν, ά.
XLV. Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων, ά.
XLVI. Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, ά.
XLVII. Περὶ τῶν φωλευόντων, ά.
XLVIII. Περὶ ζώων, ζ΄.
XLIX. Περὶ ἡδονῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, ά.
L. Περὶ ἡδονῆς ἄλλο, ά.
LI. Θέσεις, κδ΄.
LII. Περὶ θερμῦ, καὶ ψυχρῦ, ά.
LIII. Περὶ ἰλίγγων, καὶ σκοτώσεων, ά.
LIV. Περὶ ἱδρῶτ۞, ά.
LV. Περὶ καταφάσεως, καὶ ἀποφάσεως, ά.
LVI. Καλλισθένης, ἢ Περὶ πένθους, ά.
LVII. Περὶ κόπων, ά.
LVIII. Περὶ κινήσεως, γ΄.
LIX. Περὶ λίθων, ά.
LX. Περὶ λοιμῶν, ά.
LXI. Περὶ λειποψυχίας, ά.
LXII. Μεγαρικὸς, ά.
LXIII. Περὶ μελαγχολίας, ά.
LXIV. Περὶ μετάλλων, β΄.
LXV. Περὶ μέλιτ۞, ά.
LXVI. Περὶ τῶν Μητροδώρου συναγωγῶν, ά.
LXVII. Μεταρσιολογικῶν, β΄.
LXVIII. Περὶ μέθης, ά.
LXIX. Νόμων κατὰ στοιχεῖον, κδ΄.
LXX. Νόμων ἐπιτομῆς, ί.
LXXI. Πρὸς τὺς ὁρισμὺς, ά.
LXXII. Περὶ ὀδμῶν, ά.
LXXIII. Περὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου.
LXXIV. Πρώτων προτάσεων, ιή.
LXXV. Νομοθετῶν, γ΄.
LXXVI. Πολιτικῶν, ς΄.
LXXVII. Πολιτικῶν πρὸς τὺς καιρὺς, δ΄.
LXXVIII. Πολιτικῶν ἐθῶν, δ΄.
LXXIX. Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, ά.
LXXX. Προβλημάτων συναγωγῆς, έ.
LXXXI. Περὶ παροιμιῶν, ά.
LXXXII. Περὶ πήξεων, καὶ τήξεων; ά.
LXXXIII. Περὶ πυρὸς, β΄.
LXXXIV. Περὶ πνευμάτων, ά.

LXXXV. Περὶ παραλύσεως, ά.
LXXXVI. Περὶ πνιγμοῦ, ά.
LXXXVII. Περὶ παραφροσύνης, ά.
LXXXVIII. Περὶ παθῶν, ά.
LXXXIX. Περὶ σημείων, ά.
XC. Σοφισμάτων, β'.
XCI. Περὶ συλλογισμῶν λύσεως, ά.
XCII. Τοπικῶν, β'.
XCIII. Περὶ τιμωρίας, β'.
XCIV. Περὶ τριχῶν, ά.
XCV. Περὶ τυραννίδος, ά.
XCVI. Περὶ ὕδατος, γ'.
XCVII. Περὶ ὕπνου, ϗ ἐνυπνίων, ά.
XCVIII. Περὶ φιλίας, γ'.
XCIX. Περὶ φιλοτιμίας, β'.
C. Περὶ φύσεως, γ'.
CI. Περὶ φυσικῶν, ιή.
CII. Περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς, β'.
CIII. Φυσικῶν, ή.
CIV. Πρὸς τοὺς φυσικοὺς, ά.
CV. Περὶ Φυσικῶν ἱςοριῶν, ί.
CVI. Φυσικῶν αἰτίων, ή.
CVII. Περὶ χυλῶν, έ.
CVIII. Περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς, ά.
CIX. Περὶ ψυχῆς, θέσις, ά.
CX. Περὶ τῶν ἀτέχνων πίςεων, ά.
CXI. Περί τῶν ἀπλῶν διαπορημάτων, ά.
CXII. Ἁρμονικῶν, ά.
CXIII. Περὶ ἀρετῆς, ά.
CXIV. Ἀφορμαὶ, ἢ Ἐναντιώσεις, ά.
CXV. Περὶ ἀποφάσεως, ά.
CXVI. Περὶ γνόμης, ά.
CXVII. Περὶ γελοίου, ά.
CXVIII. Δειλινῶν, β'.
CXIX. Διαιρέσεις, β'.
CXX. Περὶ τῶν διαφορῶν, ά.
CXXI. Περὶ τῶν ἀδικημάτων, ά.
CXXII. Περὶ διαβολῆς, ά.
CXXIII. Περὶ ἠπαίνου, ά.
CXXIV. Περὶ ἐμπειρίας, ά.
CXXV. Ἐπιςολῶν, γ'.
CXXVI. Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων, ά.
CXXVII. Περὶ ἐκκρίσεων, ά.
CXXVIII. Ἐγκώμια θεῶν, ά.
CXXIX. Περὶ ἑορτῶν, ά.
CXXX. Περὶ εὐτυχίας, ά.
CXXXI. Περὶ ἐνθυμημάτων, ά.
CXXXII. Περὶ εὑρημάτων, ά.
CXXXIII. Ἠθικῶν σχολῶν, ά.
CXXXIV. Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, ά.
CXXXV. Περὶ θορύβου, ά.
CXXXVI. Περὶ ἱςορίας, ά.
CXXXVII. Περὶ κτίσεως συλλογισμῶν, ά.
CXXXVIII. Περὶ κολακείας, ά.
CXXXIX. Περὶ θαλάττης, ά.
CXL. Πρὸς Κάσανδρον, περὶ βαηιλείας, ά.
CXLI. Περὶ κωμῳδίας, ά.
CXLII. Περὶ μετεώρων, ά.
CXLIII. Περὶ λέξεως, ά.
CXLIV. Λόγων συναγωγὴ, ά.
CXLV. Λύσεις, ά.
CXLVI. Περὶ μουσικῆς, γ'.
CXLVII. Περὶ μέτρων, ά.
CXLVIII. Μεγακλῆς, ά.
CXLIX. Περὶ νόμων, ά.
CL. Περὶ παρανόμων, ἀ.
CLI. Τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς, ά.
CLII. Ὁμιλητικὸς, ά.

A CLIII. Περὶ ὅρκου, ά.
CLIV. Παραγγέλματα ῥητορικῆς, ά.
CLV. Περὶ πλούτου, ά.
CLVI. Περὶ ποιητικῆς, ά.
CLVII. Προβλήματα πολιτικὰ, ἠθικὰ, φυσικὰ, ἐρωτικὰ, ά.
CLVIII. Προοιμίων, ά.
CLIX. Προβλημάτων συναγωγῆς, ά.
CLX. Περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, ά.
CLXI. Περὶ παραδείγματος, ά.
CLXII. Περὶ προθέσεως, ϗ διηγήματος, ά.
B CLXIII. Περὶ ποιητικῆς ἄλλο, ά.
CLXIV. Περὶ τῶν σοφῶν, ά.
CLXV. Περὶ συμβολῆς, ά.
CLXVI. Περὶ σολοικισμῶν, ά.
CLXVII. Περὶ τέχνης ῥητορικῆς, ά.
CLXVIII. Περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη, ιζ'.
CLXIX. Περὶ ὑποκρίσεως, ά.
CLXX. Ὑπομνημάτων ῥητορικῶν, ς'.
CLXXI. Φυσικῶν δοξῶν, ις'.
CLXXII. Φυσικῶν ἐπιτομῆς, ά.
CLXXIII. Περὶ χάριτος, ά.
C CLXXIV. Περὶ ψευδοῦς, ϗ ἀληθοῦς, ά.
CLXXV. Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱςορίας, ς'.
CLXXVI. Περὶ θεῶν, γ'.
CLXXVII. Ἱςορικῶν γεωμετρικῶν, δ'.
CLXXVIII. Ἐπιτομῶν Ἀριςοτέλους περὶ ζώων, ς'.
CLXXIX Ἐπιχειρημάτων, β'.
CLXXX. Θέσεις, γ',
CLXXXI. Περὶ βασιλείας, β'.
CLXXXII. Περὶ αἰτίων, ά.
CLXXXIII. Περὶ Δεμοκρίτου, ά.
CLXXXIV. Περὶ γενέσεως, ά.
D CLXXXV. Περὶ ζώων φρονήσευς, ϗ ἤθους, ά.
CLXXXVI. Περὶ κινήσεως, β'.
CLXXXVII. Περὶ ὄψεως, δ'.
CLXXXVIII. Πρὸς ὅρους, β'.
CLXXXIX. Περὶ τοῦ δίδοσθαι, ά.
CXC. Περὶ μείζονος, ϗ ἐλάττονος, ά.
CXCI. Περὶ τῶν μουσικῶν, ά.
CXCII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, ά.
CXCIII. Περὶ τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας, ά.
CXCIV. Προτρεπτικὸς, ά.
CXCV. Πῶς ἄριςʼ ἂν πόλις οἰκοῖτο, ά.
E CXCVI. Τὰ ὑπομνήματα, ά.
CXCVII. Περὶ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ, ά.
CXCVIII. Περὶ τῶν ὁμολογουμένων, ά.
CXCIX. Περὶ προβλημάτων φυσικῶν, ά.
CC. Τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίςασθαι, ά.
CCI. Περὶ τοῦ ψευδομένου, γ'.
CCII. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, ά.
CCIII. Πρὸς Αἰσχύλον, ά.
CCIV. Ἀςρολογικῆς ἱςορίας, ς'.
CCV. Ἀριθμητικῶν ἱςοριῶν, ά.
CCVI. Περὶ αὐξέσεως, ά.
F CCVII. Ἀκίχαρος, ά.
CCVIII. Περὶ δικανικῶν λόγων, ά.
CCIX. Ἐπιςολαὶ, ἐπὶ τῷ Ἀςυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι.
CCX. Περὶ εὐσεβείας, ά.
CCXI. Εὐιάδος, ά.
CCXII. Περὶ καιρῶν, β'.
CCXIII. Περὶ οἰκείων λόγων, ά.
CCXIV. Περὶ παίδων ἀγωγῆς, ά. ϗ ἄλλο διάφορον, ά.
CCXV. Περὶ παιδείας, ἢ Περὶ ἀρετῶν, ἢ Περὶ σωφροσύνης, ά.
CCXVI. Περὶ ἀριθμῶν, ά.

CCXXVII.

CCXVII. Ὁριστικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν, ά.
CCXIII. Περὶ ὐρανῦ, ά.
CCXIX. Πολιτικῶν, β'.
CCXX. Περὶ καρπῶν.

Et haec quidem, quae Diogeni recensentur. Verum age, singillatim universa videamus, quaeque apud alios Auctores item memorantur, referamus.

I. Ἀναλυτικῶν προτέρων, γ'.
Analyticorum priorum, libri tres.

Alexander Aphrodisieus in priora Analytica Aristotelis. Ὁ γῦν Θεόφραστος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν, λέγων περὶ τ̃ ὑπὸ τῦ ἀναγκαίυ σημαινομένων, ὕτως γράφει. *Theophrastus itaque, in primo priorum Analyticorum libro, loquens de necessarii significatis, ita scribit.* Ac saepius citat in eodem Commentario. Et Simplicius De coelo lib. III. Καὶ ὁ Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν, τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης χρήσεως ὑπέφηνεν. *Et vero Theophrastus, priorum Analyticorum libro primo, causam huius usus ostendit.* Meminit etiam Suidas in Θεόφραστος.

II. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ζ'.
Analyticorum posteriorum, septem.

Galenus dicit, Ἀναλυτικὰ δεύτερα, *Analytica secunda*, De Hippocr, & Plat. dogm. libro II. Γεγράφθαι δὲ λέγω ὑπὲρ αὐτῆς ἄριστα τοῖς παλαιοῖς φιλοσόφοις, τοῖς περὶ Θεόφραστόν τε καὶ Ἀριστοτέλην, κατὰ τῶν Ἀναλυτικῶν δευτέρων βιβλίων. *De hac vero optime scriptum esse dico a veteribus philosophis, Theophrasto, & Aristotele, in secundorum Analyticorum libris.* Suidas cum Diogene inscribit Ὑστέρων, *Posteriorum*. Et ex istis esse censeo, quae Eustratius nobis ad Aristotelis poster. Analyt. lib. II. Ἐπιστήμας ταύτας τὰς δύο τίθεται, ὁριστικήν τε, καὶ ἀποδεικτικὴν, ὡς Θεόφραστος μαρτυρεῖ. *Duas has scientias ponit, definitivam, & demonstrativam, ut testatur Theophrastus.*

III. Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, ά.
De resolutione syllogismorum, unus.

Excidit in Suida numerus; quem restituo ad Diogenis exemplar. Alexander Aphrodisieus in Annal. priorum lib. I. Γράφει δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην μέθοδον καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν. *Tradit vero hanc ipsam methodum etiam Theophrastus in libro inscripto, De resolutione syllogismorum.*

IV. Ἀναλυτικῶν ἐπιτομὴ, ά.
Analyticorum compendium, unus.

Meminit Suidas in Θεόφραστος; verum locus ille mutilus; exciditque ibi numerus, ex Diogene reponendus.

V. Ἀναγμένων τόπων, β'.
Reductorum locorum, duo.

Etiam hic numerus excidit apud Suidam, loco citato; itidem restituendus, ex Diogenis indiculo.

VII. Περὶ αἰσθήσεων, ά.
De sensibus, unus.

Scribendum censeo, numero singulari, Περὶ αἰσθήσεως, *De sensu*. Exstat hodie: edideitque, qui praeclara multa alia, Henricus Sthephanus, anno cIↃ IↃ LVII. Estque in eum Prisciani Lydi metaphrasis a Ioachimo Camerario, viro summo, una cum Operibus Theophrasti edita, anno cIↃ IↃ XLI. ac Latine a Marsilio Ficino versa, & excusa ab Aldo Manutio, cum quibusdam Auctoribus aliis, anno cIↃ CCCC. XCVII.

IX. Περὶ τῶν Ἀναξαγόρυ, ά.
De Anaxagorae placitis, unus.

Puto idem esse, quod Simplicius citat, Περὶ Ἀναξαγόρυ, *De Anaxagora*; & quidem secundum eius librum nominat, quum Diogenes unicum dumtaxat referat. Verba eius ita habent, ad Phys. Comment. I. Ὡς καὶ αὐτὴ ἡ λέξις τῦ Ἀναξαγόρυ δηλοῖ, καὶ μέντοι καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ Ἀναξαγόρυ δευτέρῳ, τάδε γράφων. *Vt etiam ipsa Anaxagorae dictio ostendit, & Theophrastus, libro de Anaxagora secundo, haec scribens.* Sed respexerit Simplicius etiam praecedens Opus, Πρὸς Ἀναξαγόραν, quod legitur numero VIII. quod similiter librum tantum unicum complectebatur. Itaque Simplicius recte per secundum, hunc Περὶ τῶν Ἀναξαγόρυ intellexerit.

XIV. Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, ά.
De lineis insecabilibus, unus.

Hodie exstat inter Opera Aristotelis. Diogenes Theophrasto adscribit, sicut & nonnulli alii ex antiquis. Simplicius, De coelo, Comment. III. Καὶ ὡς εἴπων (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν· ὅπερ τινὲς εἰς Θεόφραστον ἀναφέρυσι. *Et ut qui dixit (Aristoteles) in libro De lineis insecabilibus: quem nonnulli Theophrasto adscribunt.* Et Philoponus de gen. & corrupt. lib. I. Εἴρηκε δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) κἀν τῷ ἑβδόμῳ τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως· ἀλλὰ μὴν κἀν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ὅ τινες εἰς Θεόφραστον ἀναφέρυσι. *Dixit vero (Aristoteles) & libro septimo De Naturali Auscultatione: immo etiam in eo, qui inscribitur, De lineis insecabilibus; quem nonnulli referunt ad Theophrastum.* Et indidem est, quod memoratur a Simplicio iterum postea libro citato. Καὶ γὰρ, ὃ καὶ πρότερον ἔφην, τὸν Δημόκριτον διηγεῖται ὁ Θεόφραστος, ὡς ἰδιωτικῶς ἀποδιδόντων τῶν κατὰ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, αἰτιωμένων ἐπὶ τὰς ἀτόμυς ἀναδραμεῖν. *Etenim, quod prius dixi, Democritum narrat Theophrastus, ce imperite attribuerent, qui secundum calidum, &*

& frigidum, atque alia ißiusmodi, causas ßatuunt, ad lineas insecabiles recurrisse.

XV. Ἀκροάσεως, β´.
Ausculationis, duo.

Respexit Galenus, De subst. nat. fac. Ὥσπερ ὐδ᾽ Ἀριστοτέλους, ἢ Θεοφράστου. τὰ μὲν, τοῖς πολλοῖς γεγραφότων· τὰς δ᾽ Ἀκροάσεις, τοῖς ἑταίροις. *Vt neque Aristotelis, vel Theophrasti: qui aliqua, plurimis scripserunt; at Ausculationes, sodalibus.*

XVI. Περὶ ἀνέμων, ά.
De ventis, unus.

Exstat: ac citatur ab Alexandro Aphrodiseo in Met. lib. II.

XVIII. Περὶ βασιλείας, ά.
De regno, unus:

Plutarchus in Themistocle. Θεόφραστος γὰρ, ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας, ἱστορεῖ, Θεμιστοκλέα, πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος ἵππους ἀγωνιστὰς. καὶ σκηνήν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς, &c. *Theophrastus enim in libris De regno, memoriae prodit, Themistoclem, quum Olympiam Hiero rex misisset equos certatores, & tentorium multo sumtu adparatum*, &c. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. V. Οἱ γὰρ αἰσυμνῆται καλέμενοι παρ᾽ Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας ἱστορεῖ Θεόφραστος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. *Num qui olim aesymnetae apud Graecos vocabantur, ut in libris De regno refert Theophrastus, electi quidam tyranni erant.* Infra vero, in eodem hoc Catalogo, numero CLXXXI. a Diogene iterum commemoratur idem Opus, sed in duos illud libros distributum. Censeo vero, negligentia librarii, male repetitum esse; & hic numerum excidisse, ex eo loco reponendum. Nam, in duos illud Opus libros distinctum fuisse ut existimem, Auctores habeo; quos citavi, Dionysium, & Plutarchum: illi enim numerum pluralem referunt, ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας, *in libris De regno.* Scripsit autem ad Cassandrum: nam & hoc est unum Opus, iterumque male denuo inculcatur, numero CXL. Dubitatum vero fuit, an id Theophrasti esset: ac Sosibio aliqui attribuerunt. Athenaeus libro IV. Θεόφραστος, ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον Περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σοσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν. *Theophrastus in Opere ad Cassandrum, De regno, si id legitimum est; multi enim hoc Sosibii esse dicunt, in quem Callimachus poeta epinicium elegiacum fecit.* Inscripsit vero Cassandro, qui benigne eum susceperat: uti narratur a Diogene in principio eius Vita. Diversum autem esse puto Περὶ βασιλείας Κυπρίων, *De regno Cypriorum*: cuius meminit Suidas in Τιάρα, istis verbis: Θεόφραστος δ᾽, ἐν τῷ Περὶ βασιλείας Κυπρίων, τὴν κίδαριν ὡς διάφορον. *Theophrastus vero, in libro De regno Cypriorum, cidarin ut diversam memorat.*

XX. Περὶ βίων, γ´.
De Vitis, tres.

Ex hoc Opere esse censeo, quae citantur a Plutarcho in Vita Lycurgi, Solonis, Periclis, Alcibiadis, Aristidis, Lysandri, Niciae, Agesilai, & Demosthenis.

XXI. Περὶ γήρως, ά.
De senectute, unus.

Huius libri fragmentum censeo, quod profertur a Stobaeo Serm. XII. Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γέρων ἤδη ὢν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζὼν, ἠδεῖτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ· καὶ τὴν τρίχα, πολιὰν ὖσαν, ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. *Vir quidam Chius, iam senex, Lacedaemonem venit; cetera quidem adrogans, sed senectutis eum suae pudebat; & capillum, qui canus erat, tinctura abolere conabatur.* Nisi forte aliquis desumtum malit ex libro Περὶ ψευδοῦς, καὶ ἀληθοῦς, *De falso, & vero.* De quo vide infra numero CLXXIV. Hinc petitum & vocabulum Τυμβογέρων esse arbitror: de quo Suidas, & Etymolog. Auctor in Τυμβογέροντες.

XXXIII. Τῆς μεταρσιολεσχίας, ά.
De rebus sublimibus disputationis, unus.

Censeo esse idem Opus, quod Περὶ μεταρσίων, *De rebus sublimibus*, inscribitur apud Plutarchum in Quaest. Graec. Τίνες αἱ πλωϊάδες νεφέλαι; τὰς ὑπόμβρυς μάλιστα, καὶ περιφερομένας, ἐκάλυν πλωϊάδας· ὡς Θεόφραστος, ἐν τετάρτῃ Περὶ μεταρσίων, εἴρηκεν. *Quaenam sunt ploiades nebulae? quae maxime imbrem conceptum haberent, & circumagitarentur, eas vocabant ploiadas; ut auctor est Theophrastus, De rebus sublimibus libro quarto.* Et fragmentum eius Operis mox subiungit. Observa autem, librum quartum hic citari, quum Diogenes unum tantum nobis tradat. Ergo numerus corruptus.

XXX. Ἐρωτικὸς, ά.
Amatorius, unus.

Athenaeus lib. III. Θεόφραστος δ᾽, ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν. *Theophrastus vero in Amatorio, Chaeremonem tragicum ait dicere.* Et mox: Ἐρωτοδιδάσκαλε, ὐδὲν ἄρα διαφέρεις Ἀμάσιος τοῦ Ἠλείου. ὃν Θεόφραστος, ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, περὶ τὺς ἔρωτας δεινὸν γεγονέναι λέγει. *Amoris doctor, nihil differs ab Amasi Eleo; quem Theophrastus in Amatorio, peritum amorum fuisse dicit.* Rursum, extremo fere libro. Τὸν δὲ παῖδα τῦτον Θεόφραστος, ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, Ἀμφίλοχον καλεῖσθαί φησι. *Puerum vero hunc Theophrastus in Amatorio Amphilochum vocari dicit.* Diversum vero ab eo Opus a Diogene statuitur.

XXXI. Περὶ ἔρωτος, ά.
De amore, unus.

Ac meminit Strabo lib. X. Ἐκ δὲ Λεβήνου

ἦν

ἐν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραςὴς αὐτῦ Εὐξύνθετος, ὡς ἱςορεῖ Θεόφρας☉, ἐν τῷ Περὶ ἔρωτ☉ λογῳ, &c. *Lebenaeus erat Leucocomas, & amator eius Euxynthetus quos Theophrastus tradit libro De amore*, &c. Incertum est, ex utro fuerit, quod refertur ab A. Gellio lib. VII. cap. VIII. *Aliquot seculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi quidam delphinorum cogniti compertique sunt.* Idem Plinio refertur, ex eodem Theophrasto lib. IX. cap. VIII.

XXXII. Περὶ εὐδαιμονίας, ά.
De vita beata, unus.

Athenaeus lib. XII. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν τέχνην ἀηδῶς ἐποιᾶτο, ἀλλὰ ῥᾳδίως, ὡς καὶ ᾄδων γράφοντα· ὡς ἱςορεῖ Θεόφρας☉, ἐν τῷ Περὶ εὐδαιμονίας. *Sed nec in Operibus artis morosus erat, verum facilis, uti pingens etiam caneret; sicut refert Theophrastus, libro de vita beata.* Iterum lib. XIII. Θεόφρας☉, ἐν τῷ Περὶ εὐδαιμονίας, περιιόντα ἐπαγγέλλεσθαι διδάσκειν εὐτυχίαν. *Quem ait Theophrastus libro De vita beata, circumeuntem se felicitatem doctorum promisisse.* Cicero de Fin. lib. V. *Quod maxime efficit Theophrasti De beata vita liber.* Iterum postea. *Theophrasti igitur*, inquit, *tibi liber ille placet, De beata vita?* Et Tuscul. Quaest. lib. V. *Vexatur autem Theophrastus ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit De beata vita.* Censeo idem Opus esse, atque male repetitum, quod inferius memoratur, numero CXCII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, *De divina beatitudine.*

XXXIII. Περὶ εἰδῶν, β'.
De speciebus, duo.

An verus titulus? an scribendum?

Περὶ ἠθῶν.
De moribus.

Memorat Aspasius ad Ethic. lib. IV. capit. I. Φιλαργυρίας γὰρ τῆς αὐτῦ μέμνηνται ἄλλοι τε καὶ Θεόφρας☉, ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν. *Avaritiae enim eius meminerunt cum alii, tum Theophrastus in Opere De moribus.* Ac priorem ex eo librum citat Michael Ephesius ad Ethic. lib. V. cap. I. Ἡ δὲ παροιμία, Θεόγνιδός ἐςιν· ὡς Θεόφραςός φησιν, ἐν πρώτῳ Περὶ ἠθῶν. *Proverbium vero, est Theognidis; sicut ait Theophrastus, libro primo De moribus.* De quaesitis autem in hoc Opere, quod historiam attinet, aut dictionem, quinque libros scripsit Andrantus: uti testis Athenaeus lib. XV. Ἐκδόντ☉ γὰρ τύτυ (τοῦ Ἀνδραντυ) πέντε μὲν βιβλία, Περὶ τῶν παρὰ Θεοφράςῳ, ἐν τοῖς Περὶ ἠθῶν, καθ' ἱςορίαν, καὶ λέξιν, ζητυμένων, &c. *Nam quum hic (Andrantus) quinque libros De quaesitis apud Theophrastum in Opere De moribus, iuxta historiam, & dictionem, edidisset*, &c. Eosque libros vendicavit sibi quidam Hephaestion: ut videre est apud eumdem Athenaeum eodem loco.

XXXIV. Περὶ ἐπιλήψεως, ά.
De morbo caduco, unus.

Apuleius in Apologia. *Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere. Est enim etiam eius egregius liber* DE CADVCIS.

XXXV. Περὶ ἐνθυσιασμῦ, ά.
De adflatu divino, unus.

Athenaeus lib. XIV. Ὅτι καὶ νόσυς ἰᾶται μυσική, Θεόφρας☉ ἱςόρησεν, ἐν τῷ Περὶ ἐνθυσιασμῦ. *Quod etiam morbis medeatur Musica, refert Theophrastus libro De adflatu divino.* Apollonius Alexandrinus, citat numero plurali, Περὶ ἐνθυσιασμῶν, Hist. Comment. cap. XLIX. Profert autem verba inde Theophrasti: Ἰᾶται ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα, καὶ ἐπιληψίαν. *Sanat tibiae cantus etiam ischiadem, & comitialem morborum.* Quae respexit Athenaeus loco citato, & Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Dixit Homerus, profluvium sanguinis, vulnerato femine, Vlyssem inhibuisse carmine: Theophrastus, ischiadicos sanari.*

XLI. Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν. ά.
De diversitate vocis animalium eiusdem generis, unus.

Athenaeus lib. IX. Θεόφρας☉ γῦν, ἐν τῷ Περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν, οἱ Ἀθήνησι, φησι, πέρδικες ἐπὶ τάδε τῦ Κορυδαλῦ, πρὸς τὸ ἄςυ, κακκαβίζυσιν· οἱ δὲ ἐπέκεινα, τιτυβίζυσιν. *Theophrastus itaque libro De diversitate vocis animalium eiusdem generis, perdices Athenis, ait, circa Corydalum, versus urbem, caccabizant: ultra vero tittybizant.*

XLII. Περὶ τῶν ἀθρόως φαινομένων, ά.
De subito adparentibus, unus.

Eius fragmentum, quod exstabat apud Photium in Bibliotheca, edidit Henricus Stephanus, cui Respublica Litteraria plurimum debet anno CIↃ IↃ LVII.

XLIII. Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, ά.
De morsu, aut ictu, laedentibus, unus.

Athenaeus lib. VII. Θεόφρας☉ δὲ, ἐν τῷ Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, διαπέμπεσθαί φησι τὴν νάρκην τὴν ἀπ' αὐτῆς δύναμιν. *Theophrastus vero in libro De morsu, aut ictu, laedentibus, ait, torpedinem vim suam transmittere.* Apuleius in Apologia: *Gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoque* Περὶ δακετῶν, καὶ βλητικῶν. Ita recte eum locum primus restituit Isaacus Casaubonus.

XLIV. Περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φρονεῖν, ά.
De animalibus, quae dicuntur sapere, unus.

Legendum puto ὅσα λέγεται φθονεῖν, *quae dicuntur invidere*. Ita enim est apud Photium in Bibliotheca: unde edidit Henricus Stephanus anno CIↃ IↃ LVII. Apuleius in cita-

citata proxime Apologia: *Quibus tamen (Theophrastus) in alio libro, quem* De invidentibus animalibus *conscripsit, remedio esse ait exuvias stellionum.* Ita recte eum quoque locum primus emendavit Casaubonus. Ac fragmentum eius exstat: estque ex hoc ipso libro, quod commemorat Plinius libro VIII. capp. XXIX. XXXI. & LVII. Item AElianus Hist. Anim. lib. III. cap. XVII.

XLV. Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμένόντων, α΄.
De iis quae in sicco permanent, unus.

Sine dubio mutilus numerus: quippe librum quintum citat Athenaeus libro VII. Θεόφραστος, ἐν πέμπτῳ Περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατωμένων, ἔγχελύν φησι, καὶ μύραιναν, πολὺν χρόνον δύνασθαι ἔξω τοῦ ὑγροῦ ζῆν. *Theophrastus libro quinto De iis quae in sicco degunt, anguillam dicit, & muraenam, diu extra aquam vivere posse.* Moxque iterum citat, sed omisso libri numero: Ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων, οὐ δέχεσθαί φησιν (ὁ Θεόφραστος) τοὺς πολύποδας τὴν θάλασσαν. *In libro vero De animalibus, quae in sicco degunt, ait (Theophrastus) polypos mare non admittere.*

XLVI. Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α΄.
De iis quae colores mutant, unus.

Eius fragmentum exstat in Bibliotheca Photii; ediditque, inter alia, Henricus Stephanus anno cIɔ Iɔ LVII. Ac citat Athenaeus lib. VII. Et inde est, quod tradit Plinius, Theophrastum auctorem nominans lib. X. cap. XXIX.

XLVII. Περὶ τῶν φωλευόντων, α΄.
De iis quae in specubus degunt, unus.

Athenaeus lib. II. Θεόφραστος δὲ, ἐν Περὶ φωλευόντων, οἱ κοχλίαι, φησὶ φωλεύουσι μὲν καὶ τοῦ χειμῶνος, μᾶλλον δὲ τοῦ θέρους. *Theophrastus vero, in libro De iis quae in specubus degunt, cochleae, inquit, hieme quidem in specubus degunt, magis vero aestate.* Meminitque iterum libro tertio, & septimo.

XLVIII. Περὶ ζώων, ζ΄.
De animalibus, septem.

Athenaeus lib. IX. Θεόφραστος δὲ ὁ Ἐρέσιος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τρίτῃ Περὶ ζώων, μνημονεύων αὐτοῦ, οὑτωσί πως λέγει. *Theophrastus vero Eresius, Aristotelis discipulus, libro tertio De animalibus, mentionem eius faciens, ita inquit.* Ac citat saepe AElianus in libris de Hist. Anim. Nec petita aliunde, sine dubio, quae traduntur de perdicibus Paphlagoniae ab A. Gellio lib. XVI. cap. XV. & AEliano, quem iam dixi libro X. capit. XXXV. item XI. cap. XL.

L. Περὶ ἡδονῆς, α΄.
De voluptate, unus.

Athenaeus lib. XII. Οὐδεὶς δὲ λέγει τὸν Ἀριστείδου βίον ἡδὺν, ἀλλὰ τὸν Σμινδυρίδου τοῦ Συβαρίτου, καὶ τὸν Σαρδαναπάλου· καί τοι, κατά γε τὴν δόξαν, φησὶν ἐν τῷ Περὶ τῆς ἡδονῆς Θεόφραστος οὐχ ὁμοίως λαμπρός ἐστιν. *Nemo vitam Aristidis suavem dicit, sed Smindyridis Sybaritae, & Sardanapali; & quidem, ut videtur, inquit Theophrastus in libro De voluptate, non aeque splendida est.*

LI. Θέσεις, κδ΄.
Positiones, viginti quatuor.

Theon in Progymnasm. Παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν παρά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία, θέσεων ἐπιγραφόμενα. *Exempla vero exercitii positionum accipere licet ab Aristotele, & Theophrasto, nam multi sunt ipsorum libri: qui Positionum nomine inscribuntur.* Athenaeus lib. IV. Σὺ, μόνος ἐν Ἀθήναις μένων, εὐδαιμονίζεις, τὰς Θεοφράστου Θέσεις ἀκούων. *Tu vero, tantum Athenis manens, felix es, Theophrasti Positiones audiens.* Male infra iterum commemorantur, numero CLXXX. Θέσεις, γ΄. *Positiones, tres.* Et Positiones illas respexisse puto Anonymum in Altercatione synagogae, & ecclesiae; quamquam nomen Theophrasti istic excidit, quod restituendum censeo: quippe Socratem tale aliquid scripsisse, nemo Veterum usquam tradit. Verba autem ecce ista: *Ethicae inventor Socrates fuit: de qua Theophrastus viginti quatuor libros secundum* POSITIVAM *iustitiam scripsit.* Sic paulo ante dicit: *Arithmeticam Samius Pythagoras invenit, Nicomachus scripsit.* Certe numerus librorum convenit cum eo, quem Diogenes tradit. Opus vero istud Crantor Philosophus ostro scriptum dictitabat. Diogenes Laertius in eius Vita lib. IV. Καὶ τὰς Θεοφράστου Θέσεις (εἶπεν) ὀστρέῳ γεγράφθαι. *Et Theophrasti Positiones (inquiebat) ostro scriptas.*

LII. Περὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, α΄.
De calido, & frigido, unus.

Galenus in Hippocratis Aphorismos Comment. I. Καί ἐστιν ἡ χρῆσις ἤδη κατὰ τὸν βίον ἅπαντα, καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ὡς καὶ Θεόφραστος ἐδήλωσεν, ἐν τῷ Περὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, γράμματι. *Estque usus hic frequens in vita universa, etiam apud antiquos: ut ostendit Theophrastus in Opere, quod scripsit, De calido & frigido.*

LIII. Περὶ ἰλίγγων, καὶ σκοτώσεων, α΄.
De vertiginibus, & oculorum obscurationibus, unus.

Fragmentum eius exstat apud Photium in Bibliotheca: ediditque Henricus Stephanus, anno cIɔ Iɔ LVII.

LIV. Περὶ ἱδρῶτος, α΄.
De sudore, unus.

Huius quoque est fragmentum apud Photium, itidem vulgatum ab eodem Henrico Stephano, anno cIɔ Iɔ LVII. Sed plurali

li ibi numero ſcribitur, Περὶ ἱδρώτων, *De ſudoribus*.

LV. Περὶ καταφάσεως, ϗ ἀποφάσεως, ά.
De adſirmatione, & negatione, unus.

Alexander Aphrodiſieus ſimpliciter inſcribit Περὶ καταφάσεως, *De adſirmatione* in Topic. lib. III. Περὶ τούτων ϗ Θεόφραστος, ἐπὶ τέλει τοῦ Περὶ καταφάσεως, δοκεῖ πεποιῆσθαι. *De his etiam Theophraſtus, in fine libri De adſirmatione, videtur verba feciſſe.* Et in priora Analytica lib. I. cap. I. Ὡς δὲ πολλαχῶς λεγομένης τῆς προτάσεως οἶμαι καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ καταφάσεως, φρονεῖν. *Propoſitionem vero multis modis dici, videtur etiam ſentire Theophraſtus, libro De adſirmatione.* Iterum cap. V. Ἐμνημόνευσε δὲ τοῦ οὕτως ἀδιορίστου ϗ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ καταφάσεως. *Meminit huiuſmodi indefiniti etiam Theophraſtus, libro De adſirmatione.* Rurſum in Metaphyſica lib. IV. *Vt Theophraſtus, in libro De adſirmatione, auctor eſt, huius ſententiae demonſtratio violenta eſt, & praeter naturam.* Plene Boethius, in librum Ariſtotelis De Interpretatione, Edit. II. *Sicut ſe in* ADFIRMATIONIBVS *habet, ita quoque in* NEGATIONIBVS, *ut Theophraſtus acutiſſime perſpexit.* Eſtque inde deſumtum, quod ait Magentinus in librum eumdem Ariſtotelis; ubi de adfirmatione, & negatione, agit: Καὶ ταύτας μὲν τὰς ἐκ μεταθέσεως, αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἀορίστους ἐκάλεσεν· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἱ περὶ Θεόφραστον, ἐκ μεταθέσεως· ἢ διὰ τὸ μετατεθεῖσθαι τοὺς ὅρους τῆς προτάσεως, ἢ διὰ τὸ τὴν ου δίφθογγον μὴ μένειν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις, ἢ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν πρότασιν μετατεθεῖσθαι. *Et has quidem, quae e tranſpoſitione ſunt, Ariſtoteles ipſe infinitas vocat; eius vero diſcipulus, Theophraſtus, ex tranſpoſitione: ſive quod termini propoſitionis tranſponantur, ſive quod diphthongus* ου *in propriis terminis non maneat: vel, quod tota propoſitio commutetur.* Galenus in hoc Opus ſcripſit Commentariorum libros ſex: ut teſtatur ipſe in Opere De libris propriis, iſtis verbis: Εἰς τὸ Περὶ καταφάσεως, ϗ ἀποφάσεως, Θεοφράστου, Ὑπομνήματα ἕξ. *In librum Theophraſti De adſirmatione, & negatione, Commentariorum libri ſex.*

LVI. Καλλισθένης, ἢ Περὶ πένθους, ά.
Calliſthenes, ſive De luctu, unus.

Reſpexit Cicero, Tuſcul. III. *Theophraſtus, interitum deplorans Calliſthenis, ſodalis ſui, rebus Alexandri proſperis angitur: itaque dicit, Calliſthenem incidiſſe in hominem ſumma potentia, ſummaque fortuna, ſed ignarum quemadmodum rebus ſecundis uti conveniret.* Ac diſerte nominat Tuſcul. V. *Vexatur idem Theophraſtus & libris, & ſcholis, omnium philoſophorum, quod in* CALLISTHENE *ſuo laudarit illam ſententiam,*

Vitam regit fortuna, non ſapientia.

Alexander Aphrodiſieus De anima, extremo lib. II. Φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι, ταυτὸν ὂν τῷ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει. *Apertiſſime vero oſtendit Theophraſtus, idem eſſe, quod ſecundum fatum eſt, cum eo, quod ſecundum naturam, in Calliſthene.*

LVII. Περὶ κόπων, ά.
De laſſitudinibus, unus.

Meminit Galenus Ὑγιεινῶν lib. III. Εἰκὸς τοίνυν ἐστὶ πρῶτόν τε ϗ μάλιστα, ϗ συνεχέστατα, περιπίπτειν ἁμαρτήματι νεανίσκον γυμναστικὸν, ὃ κόπος ἐστίν. ὑπὲρ οὗ πολλάκις μὲν ἤδη πολλοῖς, οὐκ ἰατροῖς μόνον, ϗ γυμνασταῖς, ἀλλὰ ϗ φιλοσόφοις, εἴρηται· ὥσπερ ϗ Θεοφράστῳ, βιβλίον ὅλον ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντι. *Conſentaneum itaque eſt primum & maxime, & frequentiſſime, iuvenem, exercitationibus deditum, incidere in peccatum, quod eſt laſſitudo; de qua ſaepe iam multi, non tantum medici, aut gymnaſtae, ſed quoque philoſophi, dixerunt: velut etiam Theophraſtus, qui integrum de ea librum ſcripſit.* Exſtat fragmentum apud Photium in Bibliotheca: ediditque cum quibuſdam aliis Henricus Stephanus, anno CIↃ IↃ LVII.

LVIII. Περὶ κινήσεως, γ'.
De motu, tres.

Excidere, ſine dubio, iſthic numeri: nam Simplicius decimum illius Operis nobis memorat, Phyſ. lib. I. Καὶ ὁ Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ δεκάτῳ Περὶ κινήσεως, τὰ αὐτὰ ταῦτα περὶ τούτων δοξάζων φαίνεται. *Et vero Theophraſtus, libro decimo De motu, manifeſto eadem de iſtis ſentit.* Male etiam infra repetitur, & dumtaxat duo libri memorantur, numero CLXXXV.

LIX. Περὶ λίθων, ά.
De lapidibus, unus.

Exſtat. Scripſit vero, archonte Athenis Praxibulo: cuius magiſtratus incidit in Olympiadis centeſimae, & decimaeſextae, annum ſecundum. Colligere id ex illo Plinii loco licet, ubi de minii inventore Callia agit lib. XXXIII. cap. VII. *Theophraſtus nonaginta annis ante Praxibulum, Athenienſium magiſtratum, tradit inventum minium, a Callia Athenienſi.* Locus autem Theophraſti, quem reſpexit, iſthic exſtat; Οὐ παλαιὸν δ' ἐστὶν ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλιστ' ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα Πραξίβουλον Ἀθήνησι. *Neque vero adeo antiquum eſt, ſed annis circiter nonaginta ante archontem Athenis Praxibulnm.*

LXI. Περὶ λειποψυχίας, ά.
De deliquio animi, unus.

Exſtat fragmentum apud Photium; editumque eſt ab Henrico Stephano, anno CIↃ IↃ LVII.

LXII. Μεγαρικὸς, ά.
Megaricus, unus.

Meminit Diogenes ipſe alibi in cognomine Cynico lib. VI. Κατά φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Μεγαρικῷ. *Vt dicit Theophraſtus in Megarico.*

LXIV.

LXIV. Περὶ μετάλλων, β'.
De metallis, duo.

Refert Suidas etiam in Θεόφραςος. Olympiodorus in Met. lib. III. Ο' μέντοι τούτου μαθητὴς, Θεόφραςος, ἔγραψεν ἰδίᾳ περὶ ἑκάςου μετάλλου. *Eius vero discipulus, Theophrastus, scripsit singillatim de unoquoque metallo.* Censeo idem Opus fuisse, quod ab aliis τὸ Μεταλλικὸν nominatur. Pollux in libro x. capit. XXXI Περίοδον δὲ, καὶ σάλακα, Θεόφραςος, ἐν Μεταλλικῷ. *Periodum vero, & salacem, Theophrastus in Metallico.* Nec aliter Hesychius in Προσφανῆ, Σκαρφῶν, & Σύζωσμα. Alexander Aphrodisieus inscribit, Περὶ τῶν μεταλλευομένων, *De metallicis* in Meteor. lib. III. Περὶ ὧν Θεόφραςος πεπραγμάτευται. ἐν τῷ Περὶ τῶν μεταλλευομένων, καὶ ἐν ἄλλοις τισίν. *De quibus tractavit Theophrastus in Opere De metallicis, & in aliis quibusdam.*

LXV. Περὶ μέλιτος, α'.
De melle, unus.

Exstat fragmentum apud Photium: ediditque Henricus Stephanus, anno cIɔ Iɔ LVII.

LXVII. Μεταρσιολογικῶν, β'.
Disputationum de rebus sublimibus, duo.

Idem est, quod Περὶ μεταρσίων, *De rebus sublimibus*, vocat Plutarchus in Quaest. Graec. Τὰς ὑπόμβρους μάλιςα, καὶ περιφερομένας (νεφέλας) ἐκάλουν πλωϊάδας. ὡς Θεόφραςος, ἐν τετάρτῃ Περὶ μεταρσίων, εἴρηκεν. *Quae (nebulae) maxime imbrem conceptum haberent, & circumagitarentur, has ploiadas vocabant: ut refert Theophrastus, libro quarto De rebus sublimibus.* Vnde observa, mutilatum eius Operis librorum numerum esse in Diogene cum Plutarchus quartum citet.

LXVIII. Περὶ μέθης, α'.
De ebrietate, unus.

Athenaeus lib. x. Θεόφραςος δὲ, ἐν τῷ Περὶ μέθης, ζωρότερόν φησιν εἶναι τὸ κεκραμμένον. *Theophrastus vero in libro de ebrietate, ζωρότερον dicit esse, quod dilutum.* Iterum lib. XI. Θεόφραςος δὲ, ἐν τῷ Περὶ μέθης, φησὶν, ὅτι τοῦ Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι κατ' ἀλήθειαν. *Ait vero Theophrastus, in libro De ebrietate, vere Bacchi nutrices fuisse Nymphas.* Et occurrit iterum postea: Θεόφραςος δ', ἐν τῷ Περὶ μέθης, τὸ ῥυτὸν φησιν ὀνομαζόμενον, τοῖς ἥρωσι μόνοις ἀποδίδοσθαι. *Theophrastus vero in libro De ebrietate, quod rhytum adpellatum, solis ait heroibus tribui.*

LXIX. Νόμων κατὰ ςοιχεῖον, κδ'.
Legum secundum elementa, viginti quatuor.

Et

LXX. Νόμων ἐπιτομῆς, ι'.
Legum compendii, decem.

Varie citantur Νόμων, *Legum*, libri: sed, ex utro Opere, incertum. Harpocration citat tertium in Ε'φορία; ut quartum in Καταχειροτονία; decimum Pollux lib. x. cap. II. Ex priore certe, citant decimum quintum, Harpocration, & Suidas in Φαρμακὸς, decimum sextum, Etymologici Auctor in Φιαλοῖ; vicesimum denique, Harpocration in Α'ποβάτης. Tractaverat hic omnium Graeciae pariter ac Barbariae urbium leges. Cicero De Finibus lib. v. *Omnium fere civitatum non Graeciae tantum, sed etiam Barbariae, ab Aristotele Mores, Instituta, Disciplinas; a Theophrasto,* LEGES *etiam cognovimus.* Infra vero, numero CXLIX. aliud commemoratur, Περὶ νόμων, α'. *De legibus, unus.* Fueritque id diversum: atque libri, ut videtur, singularis. Estque ille, cuius meminit Pollux lib. VIII. cap. VI. Ε'γίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριςα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς πολέμους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον, ἢ ςρατιὰν, ἢ ναῦς· ὡς Θεόφραςος, ἐν τῷ Περὶ νόμων. *Dabantur vero accusationes in eos oratores, qui populum everterent, aut non optima populo consulerent, aut ad bellum non missi irent, vel praesidium, seu exercitum, sive naves, prodidissent; uti auctor Theophrastus in libro De legibus.*

LXXII. Περὶ ὀδμῶν, α'.
De odoribus, unus.

Exstat inter Opera, quae nunc habemus.

LXXV. Νομοθετῶν, γ'.
De legumlatoribus, tres.

Hinc desumtum esse censeo, quod Plutarchus in Solonis fine, citat: Ω'ς δὲ Θεόφραςος ἱςόρηκε, καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίςρατος. *Vt vero Theophrastus refert, legem de ignavia non Solon tulit, sed Pisistratus.* Et Cicero De Leg. libro II. QV. *Quid quod Zaleucum istum* (loquitur de legumlatoribus) *negat ullum fuisse Timaeus?* M. *Ait Theophrastus: auctor haud deterior, mea quidem sententia.* Ita enim emendandum locum illum esse iudico: quod iam olim frustra est conatus Lipsius, vir in hisce studiis magnus, Var. Lect. lib. II. capit. XI. Hactenus editur, *At Theophrastus.* Evidens est emendatio, ac perspicuus loci sensus: *Negat Timaeus, ait Theophrastus.*

LXXVI. Πολιτικῶν, ϛ'.
Politicorum, sex.

Meminit Harpocration libri quarti in Α'στασία. Ω'ς ἐςι μαθεῖν παρά τε Δούριδος τοῦ Σαμίου, καὶ Θεοφράςου, ἐκ τοῦ τετάρτου τῶν Πολιτικῶν. *Vt discere licet cum a Duride Samio, tum Theophrasto, libro quarto Politicorum.* Puto idem esse Opus cum eo, quod iterum infra memoratur, numero CCXIX. ac librorum illic numerum depravatum: sicut etiam hoc in loco nimis certum: nam octo sane libri erant, quot sunt item Aristotelis. Testis mihi ipse quoque est Diogenes: apud

apud quem in Indice librorum Aristotelis, exstant ea verba: Πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς Θεοφράστου, η. *Politicae auscultationis, sicut Theophrasti, octo*. Aliud vero fuerit istud,

LXXVII. Πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιρούς, δ'.
Politicorum ad tempora, quatuor.

Memoratque idem illud Harpocration distincte in Ἐπίσκοπος. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιρούς, φησὶν οὕτω. *Theophrastus itaque, Politicorum ad tempora libro primo, ita inquit*. Parthenius Erotic. cap. IX. in inscriptione: Γράφει περὶ αὐτῆς καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ ιά. Πρὸς τοὺς καιρούς. *Scribit de ea etiam Theophrastus, libro undecimo Ad tempora*. Sed Diogenes quum dumtaxat quatuor esse Operis eius libros dicat, corruptum istic numerum Maussacus censet, vir insignis; corrigitque, ἐν τῷ ά. *in primo*. Ioannes Cornarius, vir egregia doctrina, qui Parthenium in Latinam linguam transtulit, videtur suo in exemplari habuisse, ἐν τῷ δ'. siquidem vertit, *in quarto*. Ac Parthenius ille ipse librum Operis primum citat, in inscriptione capitis XVIII. Ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἐν πρώτῳ τῶν Πρὸς τοὺς καιρούς. *Memorat Theophrastus, libro primo eius Operis, quod inscripsit, Ad tempora*. Suidas in Ἀρχὴ Σκυρία. Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα, ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς. *Primum vero Athenis ostracismo eiectum esse Theseum, refert Theophrastus in primis temporibus*. Recte Maussacus, quem iam dixi, emendandum arbitratur, ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς καιρούς· *in libris, quos Ad tempora inscripsit*. Nisi forte, quod non abnuo, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς, vertendum sit, *libro primo De temporibus*: ut intelligat librum primum eius Operis, quod inscripsit, Περὶ καιρῶν, *De temporibus*, & in libros duos tribuit. Memoratque id Diogenes etiam infra numero CCXII. Certe eodem modo legitur apud Apostolium, Cent. IV. Proverb. XXXI. Quod vero attinet ad Πολιτικὰ πρὸς τοὺς καιρούς, iis libris id tractabat Theophrastus, quod ad rerum, ac temporum, inclinationes, & momenta, viro prudenti respublica administranda esset. Observo ex verbis Ciceronis, quibus Opus id respexit, sine dubio, De Fin. lib. V. *Theophrastus (scripsit) quae essent in republica* INCLINATIONES RERUM, *&* MOMENTA TEMPORUM; *quibus esset moderandum, utcumque res postularet*. De hoc vero librum Plutarchus singularem scripsit, qui intercidit, pariter ac Theophrasti istud Opus. Discimus illud ex Lampria in Catalogo Operum Plutarcheorum numero LII.

LXXIX. Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, ά.
De optima republica, unus.

Respexit Cicero, De divinat. lib. II. *His libris adnumerandi sunt sex* DE REPUBLICA; *quos tunc scripsimus, quum reip. gubernacula tenebamus. Magnus locus, philosophiaeque proprius; a Platone, Aristotele,* THEOPHRASTO, *totaque Peripateticorum familia, tractatus uberrime*. Iterum, De Leg. lib. III. *Pleraque sunt dicta in illis libris, quum* DE OPTIMA REPUBLICA *quaereretur. Sed huius loci de magistratibus sunt propria quaedam a* THEOPHRASTO *quaesita subtilius*.

LXXX. Προβλημάτων συναγωγῆς, έ.
Collectionis quaestionum, quinque.

Anonymus in posteriora Analytica lib. II. Θεόφραστος δὲ, καὶ ἐπραγματεύσατο Περὶ τῆς συναγωγῆς τῶν ὁμοίων προβλημάτων. *Theophrastus vero, etiam scripsit De collectione similium quaestionum*.

LXXXI. Περὶ παροιμιῶν, ά.
De proverbiis, unus.

Harpocration in Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Σοφοκλῆς μὲν οὖν, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, Σόλωνος αὐτό φησιν εἶναι ἀπόφθεγμα. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Παροιμιῶν, καὶ Ἀριστοτέλης, Βίαντος. *Sophocles quidem in Elegiis, Solonis illud apophthegma esse dicit: Theophrastus vero libro De proverbiis, & Aristoteles, Biantis*. Meminit quoque Apostolius Cent. IV. Proverb. LI. & Cent. VI. Proverb. XXXVI.

LXXXIII. Περὶ πυρὸς, β'.
De igne, duo.

Exstat hodie, sed dumtaxat unus liber.

LXXXIV. Περὶ πνευμάτων, ά.
De spiritibus, unus.

An scribendum numero singulari? Περὶ πνεύματος, *De spiritu*. Arbitror sane: ac fortasse est id ipsum, quod comparet inter Opera Aristotelis, subiunctum libris De generatione animalium. Certe Aristotelis non esse istud, viri docti antehac pronuntiarunt.

LXXXV. Περὶ παραλύσεως, ά.
De paralysi, unus.

Eius fragmentum est apud Photium in Bibliotheca: ediditque primus id Henricus Stephanus anno CIƆ IƆ LVII.

LXXXVI. Περὶ πνιγμοῦ, ά.
De suffocatione, unus.

Athenaeus lib. II. Ἐν δὲ τῷ Περὶ πνιγμοῦ, γράφει (ὁ Θεόφραστος) Ἡ δὲ τούτων ἀνάκτησις, ὄξους ἔγχυσις, καὶ πεπέριδος. *In libro vero De suffocatione, scribit (Theophrastus) Horum vero refocillatio, fit infusione aceti, piperisque*.

LXXXVIII. Περὶ παθῶν, ά.
De passionibus, unus.

Simplicius in Categorias. Ἅπερ φησὶν ὁ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ παθῶν, κατὰ τὸ μᾶλλον, καὶ ἧττον, ἔχει τὴν διαφοράν. *Quae Theophrastus, libro De passionibus, ait differre secundum magis, & minus*.

LXXXIX. Περὶ σημείων, ά.
De signis, unus.

Proclus in Timaeum Comment. IV. Πάντα δ' οὖν αὐτοὺς καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ, προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῇ Περὶ σημείων βίβλῳ (ὁ Θεόφραστος) φησιν. *Omnia itaque, propria, communiaque, praenoscere ipsos ex caelestibus, ait (Theophrastus) in libro De signis.* Exstat autem inter Opera, edita a viro eximio, Ioachimo Camerario. Librarii in quatuor frustra temere dissecuerunt: quorum primum locum tenet, Περὶ σημείων ὑδάτων, *De signis aquarum:* alterum, Περὶ σημείων ἀνέμων, *De signis ventorum:* tertium, Περὶ σημείων χειμῶνος, *De signis tempestatis:* quartum vero, Περὶ σημείων εὐδίας, *De signis serenitatis.* Certe, quin unum librum, eumque continuum, fecerit Theophrastus, nullo modo dubitandum est: & Diogenes nobis testis, satis certus. Qui Lugduno-Batavam editionem adornarunt, peius etiam librum eum habuerunt: &, ceu frusta unaquaeque libri singulares essent, qui *De igne* est, nil omnino istuc pertinens, medium inter secundum, tertiumque, inseruerunt. Nimis sane negligenter.

XCII. Τοπικῶν, β'.
Topicorum, duo.

Alexander Aphrodisieus in Topic. lib. I. Καὶ Θεόφραστος δὲ, ἐν τοῖς αὐτοῦ Τοπικοῖς, καθολικὴν μέθοδον παραδιδόναι σπουδάσας, ἐχώρισε μὲν τῶν ἄλλων τὸ συμβεβηκός. *Theophrastus, in suis Topicis, quum unam methodum tradere studeret, accidens quidem a ceteris separavit.* Et occurrit ibi saepius. Iterum autem in Metaphys. lib. V. *Bonum, & malum contraria genera sunt: ut testatur Theophrastus, in primo Topicorum.* Ac rursum postea eodem libro. *Ad ea vero dici, in quibus habentur, declarant Theophrasti verba, qui sic in secundo Topicorum ait.* Simplicius in Categorias. Θεόφραστος δὲ, ἐν τοῖς αὐτοῦ Τοπικοῖς, τάδε γέγραφεν. *Theophrastus vero, in suis Topicis, ista scripsit.*

XCVI. Περὶ ὕδατος, γ'.
De aqua, tres.

Alexander in lib. de sensu & sens. Ἱστόρηται δὲ τὰ τοιαῦτα Θεοφράστῳ, ἐν τοῖς Περὶ ὕδατος. *Talia vero referuntur a Theophrasto, in libris De aqua.* Athenaeus numero plurali nominat, Περὶ ὑδάτων, *De aquis.* Ecce verba lib. II. Θεόφραστος δὲ φησὶν, ἐν τῷ Περὶ ὑδάτων, τὸ Νείλου ὕδωρ πολυγονώτατον, καὶ γλυκύτατον· διὸ καὶ λύειν τὰς κοιλίας τῶν πινόντων. *Theophrastus vero, in libris De aquis, Nili aquam ait esse foecundissimam, ac dulcissimam; ideoque & bibentium alvum solvere.* Ex eo Opere esse censeo, quod Olympiodorus refert in Meteor. lib. I. Θεόφραστος δὲ, οὐ μόνον τὴν ψύξιν λέγει αἰτίαν τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως, ἀλλὰ καὶ τὴν πίλησιν. *Theophrastus vero, non tantum refrigerationem generationis aquae causam esse dicit, verum & densationem.* Ea quoque, quae traduntur ab AEliano Histor. Anim. lib. IX. cap. LXIV. & Antigono Carystio Hist. Mirab. CLXXIV.

XCVII. Περὶ ὕπνου, καὶ ἐνυπνίων, ά.
De somno, & insomniis, unus.

Hinc petita, quae a Plinio proferuntur lib. XXVIII. cap. IV. *Aristoteles, & Fabianus plurimum somniari circa vernum, & autumnum, tradunt: magisque supino cubitu, & prono nihil. Theophrastus, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis.*

XCVIII. Περὶ φιλίας, γ'.
De amicitia, tres.

A. Gellius lib. I. cap. III. *Super hac quaestione cum ab aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissime a Theophrasto disputatur, viro in philosophia Peripatetica modestissimo, doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, si recte meminimus in libro* DE AMICITIA *primo.* Ac petita sine dubio inde fuerint, quae produxerat idem Gellius libro VIII. cap. VI. sicut in elencho capitum, siquidem liber ipse periit, est videre. Etiam ea, quae Plutarchus refert in Catone minore. Κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις. *Periculum enim est, ne nimius amor, sicut Theophrastus dicit, saepe odii causa fiat.* Item istud Hieronymi in Osee, in prooemio libri III. *Quamquam & amor recipiat errorem, pulcrumque sit illud Theophrasti,* Τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον.

XCIX. Περὶ φιλοτιμίας, β'.
De cupiditate honoris, duo.

Cicero ad Atticum lib. II. epistol. III. Θεοφράστου Περὶ φιλοτιμίας, *adfer mihi de libris Quinti fratris.*

C. Περὶ φύσεως, γ'.
De natura, tres.

Ioannes Philoponus De Nat. auscult. libro I. Θεόφραστος δὲ, καὶ ὅλον τὸν συλλογισμὸν ἔθηκεν, ἐν τῇ ἰδίᾳ Περὶ φύσεως πραγματείᾳ. *Theophrastus vero, totum etiam syllogismum posuit, in suo De natura opere.*

CI. Περὶ φυσικῶν, ιή.
De naturalibus, octodecim.

Simplicius in Phys. lib. I. cap. I. Ὁ μέντοι Θεόφραστος, ἐν ἀρχῇ τῶν αὐτοῦ Φυσικῶν, καὶ ταύτην ἀπέδειξεν. *Theophrastus sane, in principio Naturalium suorum, etiam hanc demonstravit.* Et sepissime meminit in toto libro Commentario. Ac De anima lib. III. Ἣν καὶ ὁ Θεόφραστος, ἐν τοῖς ἰδίοις Φυσικοῖς, ἀπορεῖ, πότερον λογικὴν, ἢ ἄλογον, θετέον. *De qua etiam Theophrastus, in suis Naturalibus, disputat, utrum ea rationalis, an irrationalis, statui*

statui debeat. Alexander Aphrodisieus, primum eorum librum nominat Comment. in Metaphys. lib. I. *De Parmenide, & eius opinione, meminit Theophrastus in primo libro Naturalium*. Ac Themistius, quintum citat in librum tertium De anima. Ἄμεινον δὲ, τὰ Θεοφράστου παραθέσθαι. *Praestat vero, verba Theophrasti adponere*. Mox vero postquam fragmentum eius egregium recitavit, ista addit: Ἔστι δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυσικῶν. *Est vero libro quinto Naturalium*. Decimumquartum, memorat Simplicius in Categorias. Ἐθέλω καὶ τὸν ἄριστον τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, τὸν Θεόφραστον, ἐπιδεῖξαι συμψηφιζόμενον· λέγει γὰρ, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυσικῶν, οὕτως. *Cupio etiam optimum discipulorum eius, Theophrastum, meis commentationibus suffragantem ostendere: ait enim, libro decimoquarto Naturalium, hunc in modum*.

CII. Περὶ Φυσικῶν ἐπιτομῆς, β′.
De Naturalium compendio, duo.

Simplicius in librum De anima II. Καὶ σαφέστερόν μοι ταῦτα ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Θεοφράστου Φυσικῶν, διώρισται. *Et haec a me clarius sunt explicata in Compendio Naturalium Theophrasti*. Vnde est discere, etiam in illud Opus commentatum esse Simplicium: cuius tamen Commentarius in doctorum hominum manus necdum venit. Aliud vero est, ne confundas, Φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς, ά. *Naturalium opinionum compendii, unus*. De quo postea sum dicturus, ad numerum CLXXII. Nam & alii plane erant libri, Περὶ Φυσικῶν, ab iis, quos inscripsit, Φυσικῶν δοξῶν: nam hi, sedecim numero erant; illi, octodecim. Alii quoque itidem erant, qui in Indice sequuntur.

CIII. Φυσικῶν, ή.
Naturalium, octo.

Idque ex librorum numero satis clarum.

CV. Περὶ Φυσικῶν ἱστοριῶν, ί.
De naturalibus historiis, decem.

Et

CVI. Φυσικῶν αἰτίων, ή.
Naturalium causarum, octo,

Vtroque loco rescribendum est, Φυτικῶν. Intelligit enim libros Περὶ φυτῶν ἱστορίας, *De plantarum historia*; & Περὶ φυτῶν αἰτίων, *De plantarum causis*: sicut ii hodie quidem inscribuntur: nam vera inscriptio, & a Theophrasto posita, est haec ipsa, quam Diogenes, etsi verbis leviter corruptis, profert. Retinetque Scholiastes Aristophanis ad Equites. Τὰς δὲ τελλατίας καὶ Ἀριστοτέλης ἀκαλήφας, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ζώων· καὶ Θεόφραστος, ἐν ἑβδόμῳ Φυτικῶν. *Marinas vero etiam Aristoteles urticas, libro septimo De animalibus; & Theophrastus, septimo De plantis*. Et Clemens Stromat. III. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυτικῶν Αἰτίων, κελύφη τῶν κυάμων, περὶ τὰς ῥίζας τῶν νεοφύτων δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα ἱστορεῖ. *Theophrastus quidem, libro quinto De causis plantarum, fabarum siliquas, si ponantur ad radices arborum, quae pridem plantatae, exsiccare enata refert*. Varro De re rustica libro I. cap. V. Operis posterioris pertinet inscriptionem, quam Diogenes repraesentat: at prioris, hactenus vulgatam habet: *Lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur*; Φυτῶν ἱστορίας, *& alteri*, Φυτικῶν Αἰτίων. Apollonius Alexandrinus Histor. Mirab. cap. XLVI. Θεόφραστος, ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φυτικῶν Αἰτίων. *Theophrastus libro quinto De causis plantarum*. Respicit ibi eumdem locum, quem & Clemens, cuius verba iam citavi. Suidas tamen, citat titulo Περὶ φυτῶν, in Θεόφραστος. Eodem modo, & Galenus in Lexico Hippocrateo, in Ἀκόνῃ, & Γόγγρωνα. Scholiastes Apollonii lib. I. Apollonius Alexandrinus, cuius memini capp. XLI. XLIII. XLVIII. item Stephanus, sive ille est Hermolaus Byzantinus libro De Vrbibus, in Ἄψυντος. Athenaeus, varie citat: & interdum, Περὶ φυτῶν; interdum, Φυτικὰ inscribit. Exstant vero isti libri etiam hodie, verum mutili: decimi enim Φυτικῶν ἱστοριῶν, sive, ut alii, Περὶ φυτῶν ἱστορίας, vix exiguum fragmentum nobis restat: Φυτικῶν vero Αἰτιῶν, sive Περὶ φυτῶν αἰτίων, sex dumtaxat sunt superstites: nisi forte aliter olim distributum Opus fuerit, quam nos illud nunc habemus. Vtrumque Opus uno τῶν Φυτικῶν nomine designasse Veteres quidam videntur, & citasse indistincte: itaque apud Scholiasten Nicandri ad Alexipharmaca, citatur liber decimusquartus: Θεόφραστος μὲν οὖν, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυτικῶν, κάρυον αὐτὸ προσηγόρευσε. Isque erit De causis plantarum liber quartus. Scripsit vero Theophrastus eos libros, summum Athenis magistratum obtinente Nicodoro; id est, Olympiadis centesimae, & decimaesextae, anno tertio: ut ex Diodoro Siculo satis manifesto constat. Accipio autem id ex Plinio; cuius verba ita habent libro III. cap. V. *Circeii, quondam insula, immenso quidem mari circumdata, ut creditur Homero, at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re tradere hominum notitiae possumus. Theophrastus, Circeiorum insulae mensuram posuit stadia octoginta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro, Atheniensium magistratui, qui fuit urbis nostrae CCCCLX. anno*. Sed ut obiter illud moneam rescribendum eo loco, *urbis nostrae* CCCCXL. *anno*. Nam Olympiadis, quam dixi, annus tertius incidit in Vrbis conditae quadringentesimum & quadragesimum. Ortum mendum ex confusione numerorum XL. & LX. Male transpositae litterae: qua in re peccatum saepe a librariis negligenter, uti solent, describentibus. Quin & ipse emendationem meam Plinius firmat lib. XIII. cap. XVI *Theophrastus, qui primus ab Alexandri Magni aetate scribit, quae circa Vrbis quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum iam huic arbori honorem tribuit*. Iterum lib. XV. cap. I.

Oleam Theophrastus, e celeberrimis Graecorum auctoribus, urbis Romae anno circiter quadringentesimo quadragesimo, negavit nisi intra quadraginta millia passuum a mari nasci. Theophrasti vero locus, ad quem Plinius respexit, est Histor. Plant. lib. v. cap. IX. Καὶ πρότερον μὲν οὖν, νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον· νῦν δὲ, ὑπὸ ποταμῶν τινῶν, προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος, περὶ ὀγδοήκοντα σαδίους. *Ac prius quidem, insulam fuisse Circaeum; nunc vero, a fluminibus quibusdam adgeratum, & littus esse; insulae autem magnitudinem, stadia circiter octoginta.* Illud vero etiam hic observandum; Nicodoro, tum supremo apud Athenienses magistratui, libros hos a Theophrasto dedicatos. Clare satis indicant id verba Plinii citata. *In eo volumine, quod scripsit Nicodoro, Atheniensium magistratui.*

CVII. Περὶ χυλῶν, έ.
De succis, quinque.

Galenus numero singulari citat, Περὶ χυλοῦ, *De succo.* Verba eius ita habent libro, *adversus Lycum.* Οἴεται μηδεμίαν εἶναι ἐν αὐτοῖς διαφορὰν, ἀλλὰ μάτην μὲν Ἱπποκράτην διαφορὰν εἰρηκέναι, μάτην δὲ Θεόφραστον ὅλην πραγματείαν γεγραφέναι Περὶ χυλοῦ. *Existimat nullam in illis esse differentiam; sed frustra Hippocratem differentiam dixisse, frustra vero Theophrastum integrum tractatum scripsisse De succo.* Sed pluralem numerum tuetur ipse Theophrastus Hist. Plant. lib. I. cap. XIX. Ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς Περὶ χυλῶν ῥητέον. *De quibus omnibus accuratius dicendum in libris De succis.*

CIX. Περὶ ψυχῆς, θέσις μία.
De anima, positio una.

Meminit pluribus locis Themistius in Aristotelem De anima. Ac secundum eius librum, quem Physicorum quintum dicit, citat alibi De animalib. III. Ἄμεινον δὲ καὶ τὰ Θεοφράστου παραθέσθαι. *Sed praestat etiam verba Theophrasti adponere.* Mox vero postquam egregium fragmentum eius recitavit, addit: Ἔστι δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυσικῶν, δευτέρῳ δὲ τῶν Περὶ ψυχῆς. *Est vero libro Physicorum quinto; qui secundus est eorum, quos De anima conscripsit.* Et observa, plures una libros hic commemorari, quum Diogenes unicam positionem tantum dicat. Sed omnino mendum illic esse censeo, ac, pro θέσις μία, *positio una*, rescribendum, θέσεις μά, *positiones quadraginta, & una.*

CXIII. Περὶ ἀρετῆς, ά.
De virtute, unus.

Ex hoc libro videtur esse istud Ciceronis Acad. Quaest. lib. I. *Theophrastus spoliavit virtutem suo decore, imbecillamque reddidit; quod negavit, in ea sola positum esse, beate vivere.* Iterum De fin. lib. v. *Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit firmitatis, & roboris.* Nisi forte aliquis haec petita malit ex libro Περὶ εὐδαιμονίας, *De vita beata.*

CXVII. Περὶ γελοίου, ά.
De ridiculo, unus.

Athenaeus lib. VIII. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ γελοίου, λεχθῆναι μέν φησι τὴν παροιμίαν ὑπὸ τοῦ Στρατονίκου. *Theophrastus vero, libro De ridiculo, ait, hoc proverbium a Stratonico dictum esse.*

CXX. Περὶ τῶν διαφορῶν, ά.
De differentiis, unus:

Plenius Athenaeus, Περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν, *De differentiis secundum loca.* Et sic rescribendum puto. Eius verba, ita habent lib. VII. Ἐν δὲ τῇ Περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν, ὁ Θεόφραστος πολύποδας οὐ γίνεσθαι περὶ Ἑλλήσποντον. *Theophrastus vero, in libro De differentiis secundum loca, ait, polypos non nasci circa Hellespontum.*

CXXII. Περὶ διαβολῆς, ά.
De calumnia, unus.

Male infra iterum bis repetebatur, ideoque expungendum illic esse existimavi.

CXXIII. Περὶ ἐπαίνου, ά.
De laude, unus.

Hinc videri sumtum potest, quod Plutarcho memoratur in Vita Agidis, & Cleomenis. Φυόμεναι γάρ ἐν τοῖς τηλικούτοις αἱ ἀρεταὶ, καὶ βλαστάνουσαι, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐπιβεβαιοῦνται τοῖς ἐπαίνοις. *Nascentes enim in talibus virtutes, & germinantes, ut ait Theophrastus, laudibus firmantur.*

CXXV. Ἐπιστολῶν, γ'.
Epistolarum, tres.

Anne tres Epistolarum libros scripsit Theophrastus? sic videtur, ex hoc Indice: aliaeque ab iis fuerint, quae seorsim postea commemorantur, veluti seorsim editae; ad Astycreontem, Phaniam, & Nicanorem. Vide infra numero CCIX. Hoc vero Epistolarum Opus censeo, cuius mentionem facit Ptolemaeus Hephaestionis in Excerptis apud Photium Nov. Hist. lib. III. Οὗ καὶ Θεόφραστος ἐν Ἐπιστολαῖς μνημονεύει. *Cuius etiam meminit Theophrastus in Epistolis.*

CXXXI. Περὶ ἐνθυμημάτων, ά.
De enthymematis, unus.

Scholiastes Hermogenis in Prolegomenis. Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται Τέχνη Ῥητορική, Περὶ ἐνθυμημάτων. *Scripta autem est a Theophrasto Ars Rhetorica, De enthymematis.*

CXXXII.

CXXXII. Περὶ εὑρημάτων, ά.
De inventis, unus.

Clemens Strom. I. Σκάμων μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, ἐν τοῖς περὶ εὑρημάτων, ταῦτα ἱστόρησαν. *Scamon igitur Mitylenaeus, & Theophrastus Eresius, in libris De inventis, haec memoriae prodiderunt*. Quae ex eo profert etiam Euseb. de Praep. Evang. lib. x. cap, VII. Scholiastes Homeri ad Iliad. ά. Ὡς γάρ φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, πρὶν ἢ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀλεῖν τὸν Δημητριακὸν καρπὸν, οὕτω σώας αὐτὰς ἤσθιον. *Vt enim ait Theophrastus in libro De inventis, antequam homines molere fructum Cerealem didicissent, ita integras eas edebant*. Item Pindari Olymp. XIII. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιόν φησιν εὑρηκέναι τὴν τοῦ κεραμικοῦ τροχοῦ μηχανήν. *Theophrastus vero, libro De inventis auctor est, Hyperbium Corinthium rotae figulinae machinam invenisse*. Atque ex eodem Opere censeo petita esse, quae de igne, a Prometheo cum hominibus communicato, tradit nobis Scholiastes Apollonii libro II. Θεόφραστος δὲ, τὸν Προμηθέα φησὶ, σοφὸν γενόμενον, μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς ἀνθρώποις φιλοσοφίας· ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον, ὡς ἄρα πυρὸς μεταδοίη. *Theophrastus vero, Prometheum ait quum sapiens esset, primum hominibus philosophiam impertiisse; unde traditam quoque fabulam, tamquam ignem communicasset*. Inde etiam, sine dubio, quae de rerum inventoribus varie commemorat Plinius, Theophrastum aliquoties auctorem nominans, libro XII. cap. LVI.

CXXXIII. Ἠθικῶν σχολῶν, ά.
Ethicarum scholarum, unus.

Haec sunt, puto, quae simpliciter Ἠθικὰ adpellant alii. Plutarchus in extremo Pericle. Ὁ γοῦν Θεόφραστος, ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, διαπορήσας, εἰ πρὸς τὰς τύχας τρέπεται τὰ ἤθη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων πάθεσιν, ἐξίσταται τῆς ἀρετῆς, ἱστόρησεν. *Theophrastus itaque, in Ethicis, ubi disputat, an cum fortuna mutentur mores, & corporis agitati adfectibus, desciscant a virtute, scriptum reliquit*. Michael Ephesius ad Ethic. libro v. capit. I. Ἡ δὲ παροιμία, Θεόγνιδός ἐστιν, ὡς Θεόφραστός φησιν, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἠθῶν. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Ἠθικῶν, ὡς Φωκυλίδους αὐτῆς μέμνηται. *Proverbium vero, est Theognidis, ut Theophrastus dicit libro primo De moribus: in primo vero Ethicorum, meminit eius, tamquam si Phocylidis esset*. Licet vero ex hoc loco observare, *Ethicorum* horum libros plures uno scriptos fuisse, quum diserte primus illic nominetur. Itaque exciderunt numeri in Diogene.

CXXXIV. Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, ά.
Ethici characteres, unus.

Male postea repetitur, post Περὶ χάριτος, ά. *De gratia, unus*, numero CLXXIII. Itaque expunxi. Exstat vero elegantissimus iste liber etiam hodie: & insigni Isaacus Casaubonus Commentario illustravit,

CXXXVI. Περὶ ἱστορίας, ά.
De historia, unus.

Alia fuerint, quae a Scholiaste Apollonii commemorantur, Ἱστορικὰ Ὑπομνήματα, *Historici Commentarii*: de quibus infra sum dicturus, numero CCXX.

CXXXVIII. Περὶ κολακείας, ά.
De adulatione, unus.

Athenaeus lib. VI. Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ κολακείας, φησὶν, ὡς Μύρτις ὁ Ἀργεῖος, μύστης, Κλεώνυμον, χορευτὴν ἅμα καὶ κόλακα, παρακαθίζοντα πολλάκις αὐτῷ, &c. *Theophrastus vero, in libro De adulatione, ait, quomodo Myrtis Argivus, mysta, Cleonymum, saltatorem pariter & adulatorem, saepe sibi adsidentem*, &c.

CXXXIX. Περὶ θαλάττης, ά.
De mari, unus.

Hinc est, quod citat Alexander Aphrodisieus, de mari agens, in Met. libro I. Ταύτης τῆς δόξης ἐγένοντο, ὡς ἱστορεῖ ὁ Θεόφραστος, Ἀναξίμανδρός τε καὶ Διογένης. *Huius opinionis fuerunt, ut refert Theophrastus, Anaximander, & Diogenes*. Fortasse etiam istud Antigoni Carystii Histor. Mirab. cap. CXLV. Θεόφραστος δὲ, τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους (θάλατταν) ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι, διὰ τὴν θερμασίαν, ἐμβαίνειν εἰς ταύτην. *Theophrastus vero, circa AEoli insulas (mare) ita fervere tradit, ad duorum iugerum spatium, ut, ob aestum, nemo id intrare possit*. Etiam haec Olympiodori, ubi disserit de mari in Meteor. lib. II. Οὐκ ἄρα ἡ ὑποκειμένη γῆ αἰτία τῆς ἁλμυρότητος γίνεται. καὶ τίς ἄρα; λέγομεν, ὅτι τις ἀπεστι..... οὐσία παρεμπίπτουσα ἐγχάζεται τὴν ἁλμυρότητα, τουτέστιν ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, οὐκ ἐκ τῆς ὑποκειμένης γῆς ἀνιοῦσα, ὡς Θεόφραστος ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τῆς πέριξ γῆς. *Non igitur subiacens terra salsuginis causa fit: & quae igitur? discimus, incoctam quamdam substantiam intercidentem efficere salsuginem, non ex terra subiacente adscendentem, ut aiebat Theophrastus, verum ex circumiacente*.

CXL. Πρὸς Κάσανδρον, περὶ βασιλείας, ά.
Ad Cassandrum, de regno, unus.

Idem est, quod supra habuimus, numero XVIII. Illic vide, quae notavi.

CXLI. Περὶ κωμῳδίας, ά.
De comoedia, unus.

Athenaeus lib. VI. Τιρυνθίους δέ φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ κωμῳδίας, φιλογέλως ὄντας, ἀχρείους δὲ πρὸς τὰ σπουδαιότερα τῶν πραγμάτων, καταφυγεῖν ἐπὶ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀπαλλαγῆναι βουλομένους τοῦ πάθους. *Tirynthios vero ait Theo-*

Theophrastus in libro De comoedia, quum propensi admodum in risum essent, & inutiles ad negotia magis seria, liberari isto malo cupientes, ad oraculum Delphicum se contulisse.

CXLII. Περὶ μετεώρων, ά.
De meteoris, unus.

Olympiodorus in Meteor. lib. I. Τῆς δὲ λοξῆς κινήσεως τῶν ἀνέμων, ἄλλην μὲν αἰτίαν ὁ Θεόφραστος, ἐν τοῖς οἰκείοις Μετεώροις, ἀποδίδωσιν. *Obliqui vero ventorum motus, aliam quidem causam tradit Theophrastus, in suis Meteoris.*

CXLIII. Περὶ λέξεως, ά.
De dictione, unus.

Dionysius Halicarnasseus De Comp. Nom. Εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον, ἐν τοῖς Περὶ λέξεως. *Quaedam vero de his etiam dicta sunt communius a Theophrasto philosopho, in libro De dictione.* Et in Lysia: Ἐν γοῦν τοῖς Περὶ λέξεως γραφεῖσι, τῶν ἄλλων (ὁ Θεόφραστος) καταμέμφεται. *In iis itaque, quae De dictione scripta sunt, alios (Theophrastus) reprehendit.*

CXLVI. Περὶ μουσικῆς, γ'.
De musica, tres.

Plutarchus Sympos. lib. I. quaest. V. Ὁ μέν τοι Σόσσιος, ἐπαινέσας ἐκείνους, εἶπεν, ὡς εἰς χαῖρον ἄν τις ἐπιχειρήσειεν ὁρμηθεὶς ἀφ' ὧν Θεόφραστος εἴρηκεν Περὶ μουσικῆς. καὶ γὰρ ἔναγχος, ἔφη, τὸ βιβλίον ἀνέγνων. *Sossius quidem, his collaudatis: Non minus commode, inquit, argumenta aliquis duxerit ex his, quae Theophrastus dixit, in libris De Musica: siquidem, ait, adeo nuper illos legi.* Et indicat Censorinus lib. De die natali cap. XII. *Nec vero incredibile est, ad nostros natales Musicam pertinere. Haec enim, sive in voce tantummodo est, ut Socrates ait, sive, ut Aristoxenus, in voce, & corporis motu; sive in his, & praeterea animi motu, ut putat Theophrastus; certe multum obtinet divinitatis, & animis permovendis plurimum valet.* Inde etiam esse puto, quod producit Syrianus in Metaphys. lib. XIII. *Nec est unamquamque ipsarum reducere ad singulas consonantias, ut ζ ad diatessaron, aut ξ ad diapente, aut ψ ad diapason: sed potius, quia tres sunt modi probationis, per singulum una perficitur. Hac quippe adsignatione etiam Archinus usus est, ut narrat Theophrastus.* Idem Opus, uno alteroque loco, respicit etiam Martianus Capella libro De Musica.

CXLVII. Περὶ μέτρων, ά.
De metris, unus.

Huc respexit Victorinus, ubi de vario carminum genere agit, Artis Gramm. lib. IV. *His accedentem, & consentaneam, & Theophrasti opinionem eruditioribus litteris haud praetermiserim, adserentis, incentivum, & non parvos impetus, his, quibus cordi est carmen, per metrorum numeros suggeri.*

CXLIX. Περὶ νόμων, ά.
De legibus, unus.

Vide quae notavi supra ad numeros LXIX. & LXX.

CLV. Περὶ πλούτου, ά.
De divitiis, unus.

Cicero de Off. lib. II. *Miror quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem De divitiis scripsit.* Eustratius, sive Aspasius est, in Ethic. lib. IV. cap. I. Ὡς γὰρ φιλαργυρίας τῆς αὐτοῦ μέμνηνται ἄλλοι τε καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν, καὶ ἐν τῷ Περὶ πλούτου. *Avaritiae enim eius meminere cum alii, tum Theophrastus, in libris De moribus, & De divitiis.* Ac respexit Porphyrius De Abstin. Anim. lib. IV. Μεῖζον δὲ τούτου τὸ, τὸν πλοῦτον ἄζηλον, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄπλουτον ἀπεργάζεσθαι, τῇ κοινότητι τῶν δείπνων, καὶ τῇ περὶ τὴν δίαιταν εὐτελείᾳ. *Maius vero istud, divitias, ut ait Theophrastus, non invidendas, & inopes efficere, caenarum vulgaritate, atque victus vilitate.* Quem locum repraesentat etiam Plutarchus in Lycurgo. Nisi forte id in Vitarum libris dixerit: de quibus supra a me actum numero XX.

CLVI. Περὶ ποιητικῆς, ά.
De poetica, unus.

Hinc censeo esse, quod a Diomede traditur de tragoedia lib. II. *A Theophrasto ita definita (tragoedia) est: Tragoedia est,* ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις.

CLIX. Προβλημάτων συναγωγῆς, ά.
Collectionis quaestionum, unus.

Inde censeo petitum, quod a Plinio memoratur lib. XXVIII. cap. VI. *Theophrastus, senes laboriosius sternuere dicit.* Ac confirmat coniecturam, quod inter Problemata Aristotelis sectione XXXIII. id occurrat duodecimum: Διὰ τί οἱ πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται. *Quare senes difficulter sternuunt.*

CLX. Περὶ προβλημάτων φυσικῶν, ά.
Quaestionum naturalium, unus.

Occurrit iterum infra numero CXCIX. itaque delendum illic, velut male repetitum. Atque inde esse censeo, quae a Seneca proferuntur, Naturalium quaest. libb. III. IV. VI.

CLXVII. Περὶ τέχνης ῥητορικῆς, ά.
De arte rhetorica, unus.

Scholiastes Hermogenis in Prolegomenis: Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται Τέχνη ῥητορική. *A Theophrasto vero scripta est Ars rhetorica.* Quintilianus Institut. Orat. lib. III. cap. I. *Theophrastus quoque, Aristotelis discipulus* DE RHETORICIS *diligenter scripsit.* Ac respexit Cicero

cero

cero De divin. lib. II, *Aristoteles, itemque Theophrastus, cum philosophia* DICENDI *etiam* PRAECEPTA *coniuxerunt*. Et in Oratore: *Vnum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in* ORATIONIS *laudibus*. Et saepe eius meminit, isto libro. Neque aliunde petita esse puto, quae Demetrius Phalereus, uti quidem vulgo inscribitur, tradit libro de eloquutione. Διόπερ Θεόφραςος παράδειγμα ἐκτίθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον. *Quum ob causam Theophrastus exemplum exposuit magnificentiae eiusmodi membrum*.

CLXXI. Φυσικῶν δοξῶν. ις'.
Naturalium opinionum, sedecim.

Taurus, Commentario in Timaeum Platonis; cuius fragmentum exstat apud Philoponum, adversus Proclum, De aeternitate mundi lib. VI. cap. VIII. Καὶ Θεόφραςος μέντοι ἐν τῷ Περὶ φυσικῶν δοξῶν, κατὰ Πλάτωνά φησι, γενητὸν τὸν κόσμον. *Et Theophrastus quidem, in Opere De naturalibus opinionibus, mundum esse genitum dicit, secundum Platonem*. Quae totidem verbis etiam postea repetuntur, eodem libro cap. XXVII.

CLXXII. Φυσικῶν ἐπιτομῆς, ά.
Naturalium compendii, unus.

Scribendum, φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς, *Naturalium opinionum compendii*. Nam Theophrastus Opus suum Φυσικῶν δοξῶν, *Naturalium opinionum*, quod praecedit, in libros sedecim tributum, ipse in compendium redegit. Id Galenus sat disertis verbis tradit in Hippocratem De Nat. hom. Comment. I. Καὶ Θεόφραςος δ' ἂν, ἐν ταῖς τῶν Φυσικῶν Δοξῶν Ἐπιτομαῖς, τὴν Ξενοφάνους δόξαν, εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἐγεγράφει. καὶ σοὶ πάρεστιν, εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι, καθ' ἃς τὴν Ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν Φυσικῶν Δοξῶν. *Theophrastus vero, in Naturalium Opinionum Compendio, Xenophanis opinionem, si se ea hunc in modum habuisset, tradidisset: ac licet tibi, si vis scire, quae de his commemorantur, libros Theophrasti legere, secundum quos naturalium Opinionum Compendium fecit*.

CLXXIV. Περὶ ψευδοῦς, καὶ ἀληθοῦς, ά.
De falso, & vero, unus.

Huius libri fragmentum esse videri possit, quod profertur a Stobaeo, Serm. XII. qui est Περὶ ψεύδους, *De mendacio*. Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γήρων ἤδη ὤν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζών, ἐδάτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ· καὶ τὴν τρίχα, πολιὰν οὖσαν, ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. Παρελθὼν οὖν, εἶπεν ἐκεῖνα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀφίκετο. ἀναςὰς οὖν ὁ Ἀρχίδαμος, τί ἄν, ἔφη, οὗτος, ὑγιὲς εἴποι, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει. *Vir quidam Chius, iam senex Lacedaemonem venit, cetera quidem adrogans, sed quem senectutis puderet: unde & comam, quae cana erat, tinctura abolere conabatur. Accedens igitur, exposuit ea, quorum causa advenisset. Surgens vero Archidamus, quid hic veri, inquit, diceret, qui mendacium non in animo dumtaxat, sed in capite etiam circumfert?* Nisi forte quis petitum esse velit e libro Περὶ γήρως, *De senectute*: de quo supra numero XXI.

CLXXV. Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστοριῶν, ς'.
Rerum divinarum commentarii, sex.

Ex hoc Opere petiit Porphyrius, quae permultis locis praefert, in libris De Abst. Anim. & ex eo etiam Theodoretus, Therap. VII. & X.

CLXXVI. Περὶ θεῶν, γ'.
De diis, tres.

Hoc opus respexit Cicero, De Nat. deorum libro I. *Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est; modo enim menti divinum tribuit principatum, modo caelo; tum autem signis, sideribusque, caelestibus*. Minutius Felix in Octavio: *Heraclides quoque Ponticus deo divinam mentem, quamvis varie, adscribit. Theophrastus, & Zenon, & Chrysippus, & Cleanthes, sunt & ipsi multiformes, sed ad unitatem providentiae omnes revolventur*. Etiam Simplicius, in Epictetum. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι, καὶ Ἕλληνες, καὶ κατὰ τὸν πρότερον ἄπειρον χρόνον, καὶ νῦν, κἂν ἄλλοι κατ' ἄλλας ἐννοίας, νομίζουσιν εἶναι θεόν, πλὴν Ἀκροθωϊτῶν· ὡς ἱστορεῖ Θεόφραςος, ἄθεοι γενόμενοι, ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι. *Omnes etiam homines, cum barbari, tum Graeci, & olim infinito tempore, & nunc etiam, quamquam aliis sententiis alii, deum esse statuunt, exceptis Achrothoitis; quos refert Theophrastus, quum negarent esse deum, a terra simul omnes absorptos esse*.

CLXXX. Θέσεις, γ'.
Positiones, tres.

Vide, quae notata supra ad numero LI.

CLXXXI. Περὶ βασιλείας, β'.
De regno, duo.

Vide, quae notavi supra, ad numerum XVIII.

CLXXXIV. Περὶ γενέσεως, ά.
De generatione, unus.

An scribendum? Περὶ ζώων γενέσεως. *De animalium generatione?* uti, quod sequitur. Περὶ ζώων φρονήσεως, *De animalium solertia*. Certe sicut Aristoteles *De animalium historia* scripsit, ac seorsim etiam *De generatione animalium*; sic discipulus quoque eius Theophrastus, post libros septem De animalibus, supra memoratos, numero XLVIII. itidem seorsim scripsit hunc De generatione animalium. Clare indicat Apuleius in Apologia: *Legat veterum philosophorum monumenta, tantum ut intelligat, non me primum*

mum haec requisivisse , sed iam pridem maiores meos , Aristotelem dico , & Theophrastum , qui plurimos libros DE GENITU ANIMALIUM *reliquerunt .* Ac petita hinc videntur , quae commemorat Censorinus De die Nat. cap. IV. *Theophrastus , multique praeterea non ignobiles Peripatetici , idem scripserunt : eiusque rei exempla dicunt , quod negent omnino posse reperiri avesne ante , an ova , generata sint : quum & ovum sine ave , & avis sine ovo , gigni non possit .*

CLXXXV. Περὶ ζώων φρονήσεως , καὶ ἤθους , α΄.
De animalium solertia , & more , unus .

Hinc fortasse sunt petita , quae a Plinio memorantur lib. XI. cap. LIII. *Magna differentia est victus : ut in tractu pisce viventium Theophrastus prodidit , boves quoque pisce vesci , sed non nisi vivente .*

CLXXXVI. Περὶ κινήσεως , β΄.
De motu , duo .

Vide, quae notavi supra , ad numerum LVIII.

CXCII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας , α΄.
De divina felicitate , unus .

Vide , quae notavi supra , numero XXXII.

CXCIV. Προτρεπτικὸς , α΄.
Exhortatorius , unus .

Male paulo post iterum ponitur : itaque expunxi .

CCIV. Ἀστρολογικῆς ἱστορίας , ς΄.
Astrologicae commentationis , sex .

Hinc existimo esse ea , quae citantur a Simplicio De coelo lib. II. Λέγει τοίνυν , ὅτι ἡ σφαῖρα , ἡ τὸ ἄστρον ἔχουσα , τὸ πλανᾶσθαι λεγόμενον , ἐν πολλαῖς σφαίραις , ἀνελιττούσαις καλουμέναις , ἢ , ὡς ὁ Θεόφραστος αὐτὰς καλεῖ , δηλονότι ἀστρωμένας , ἐνδεδεμένη φέρεται . *Dicit igitur , quod sphaera , quae astrum habet , quod errare dicitur , in multis sphaeris , quae vocantur revolventes , vel sideratae , ut eas Theophrastus adpellat , illigata fertur .* Iterum postea : Διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἐν τρισὶν αὐτὸν ἔλεγον φέρεσθαι σφαίραις · ἃς ὁ Θεόφραστος ἀνάστρους ἐκάλει , ὡς μηδὲν ἐχούσας ἄστρον . *Propterea itaque in tribus ipsum sphaeris ferri dicebant : quas insideras , ut quae sidus nullum habeant , Theophrastus adpellabat .*

CCIX. Ἐπιστολαὶ , αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι , Φανίᾳ , Νικάνορι .
Epistolae ad Astycreontem , Phaniam , Nicanorem .

Epistolae ad Phaniam , meminit ipse etiam Diogenes , in eiusdem Theophrasti nostri Vita . Οὗτος τά τε ἄλλα , καὶ περὶ δικαστηρίου , τοιαῦτα διείλεκται , ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν Περιπατητικὸν Ἐπιστολῇ . *Hic cum alia , tum de iudicio , talia disseruit in Epistola ad Phaniam Peripateticum .* Et Scholiastes Apollonii lib. I. Θεόφραστος δὲ , ἐν τῇ πρὸς Φανίαν Ἐπιστολῇ , καὶ ὄνον αὐτὸν φησὶ καλεῖσθαι . *Theophrastus vero , in Epistola ad Phaniam , etiam asinum adpellari ipsum ait .*

CCXII. Περὶ καιρῶν , β΄.
De temporibus , duo .

Vt , quae notavi supra , ad numerum LXXVII.

CCXVI. Περὶ ἀριθμῶν , α΄.
De numeris , unus .

Puto scribendum , Περὶ ῥυθμῶν . Vt ita censeam , facit Cicero in Oratore . *In oratione iudiciali , & forensi , numerus Latine , Graece* ῥυθμὸς , *inesse dicitur . Versum (Isocrates) in oratione vetat esse , numerum iubet . Theophrastus iisdem de rebus accuratius .*

CCXVIII. Περὶ οὐρανοῦ , α΄.
De coelo , unus .

Simplicius De coelo lib. I. Καὶ τὸν Θεόφραστον δὲ εἰς μαρτυρίαν λαμβάνει , ἐν τῷ Περὶ οὐρανοῦ . *Et Theophrastum in testimonium capit , libro De coelo .*

Et haec quidem Theophrasti in Diogenis Indice commemorantur : verum etiam alia inveniuntur , quorum nulla istic mentio : sive illum haec effugerint , sive loco suo exciderint . Inter ista sunt ,

CCXXI. Ἱστορικὰ Ὑπομνήματα .
Historici Commentarii .

Scholiastes Apollonii lib. IV. Καὶ Θεόφραστος , ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι , φησὶ , τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς , τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων , ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια . *Et Theophrastus Historicis Commentariis , ait , strepitum ignis ab insulis AEoli audiri ad mille usque stadia .*

CCXXII. Περὶ Τυρσηνῶν .
De Tyrrhenis .

Scholiastes Pindari , Pythionic. Ode II. Τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησιν ὁ Θεόφραστος , ἐν τῷ Περὶ Τυρσηνῶν , παύσασθαι αὐτοὺς , Γέλωνος προστάξαντος . *Et homines quidem immolare , ait Theophrastus , in libro De Tyrrhenis , desiisse ipsos , ex mandato Gelonis .*

CCXXIII. Γεωργίας παραγγέλματα .
Agriculturae praecepta .

Iulianus in Epistola ad Sarapionem : Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς , ἐν Γεωργίας Παραγγέλμασι , τὰς τῶν ἑτεροφύτων δένδρων συμφυέσεις ἐκτιθεὶς , καὶ ὅσαι ἀλλήλαις ἐγκεντρίσεσιν εἴκουσι , πάντων , οἶμαι , τῶν φυτῶν μᾶλλον ἐπαινεῖ τῆς συκῆς τὸ δένδρον . *Theophrastus vero , ille egregius , in Agriculturae Praeceptis , quum de arborum , quae in aliis inseri possunt , mutua insitione verba facit , omnium plantarum maxime , ut opinor ,*

nor, ficum arborem commendat. Varro, de Scriptoribus antiquis Rei Rusticae agens, ejus Operis lib. I. cap. I. *Qui Graece scripserunt dispersim, alius alia de re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, quum quid consulere voles: Hieron Siculus, & Attalus Philometor: de philosophis, Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles, & Theophrastus, peripatetici.* Columella, lib. I. cap. I. *Magna porro & Graecorum turba est*, DE REBUS RUSTICIS *praecipiens: cuius princeps celeberrimus vates non minimum professioni nostrae contulit, Hesiodus Boeotius. Magis deinde etiam juvere, fontibus orti sapientiae, Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Archytas: peripatetici, magister ac discipulus, Aristoteles cum Theophrasto.* Suntque inde, quae citat Varro, Operis nominati lib. I. cap. XL. *Primum semen, quod est principium gignendi, id duplex: unum quod latet nostrum sensum: alterum, quod apertum. Latet, si sunt semina in aere, ut ait Physicus Anaxagoras; &, si aqua, quae influit in agrum, inferre solet, ut scribit Theophrastus.* Ac mox iterum: *Secunda semina videre oportet, ne, unde tollas nimium cito, aut tarde, tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, vere, & autumno, & caniculae exortu: neque omnibus locis, ac generibus, idem.* Etiam ista, apud Auctorem Geoponicorum, lib. III. cap. III. Θεόφραςος δὲ, ὗρον ταῖς ῥίζαις ἐπιχέειν φησί. *Theophrastus vero, urinam radicibus adfundendam dicit.* Et mox iterum, cap. IV. Θεόφραςος δὲ φησί, τούτῳ τῷ μηνὶ ἐλαίας, καὶ ῥοιὰς, καὶ μυρσίνας, εἰς πασσάλους κόψαντες, δύνασθαι φυτεύειν ἐν τοῖς ὑγροῖς τόποις ἀρδευομένοις. *Theophrastus vero, ait, hoc mense oleas, & arbores punicas, & myrtos, in taleas sectas, posse plantari in locis humidis, irrigatis.*

CCXXIV. Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων.
De orationis elementis.

Simplicius De Coelo lib. IV. Καθὸ μὲν γὰρ λέξεις, ἄλλας ἔχουσι πραγματείας· ἃς ἐν τῷ Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραςος ἀνακινεῖ, καὶ οἱ περὶ αὐτῶν γεγραφότες. *Nam quatenus sunt dictiones, alias habent difficultates; quas movet Theophrastus, in libro De Orationis elementis, & qui de ipsis scripserunt.*

CCXXV. Περὶ γενέσεως στοιχείων.
De generatione elementorum.

Simplicius De Coelo lib. IV. Αὐτὸς δὲ Ἀριστοτέλης, ἐν ἄλλοις φησί· καὶ Θεόφραςος, ἐν τῷ Περὶ γενέσεως στοιχείων. *Ipse vero Aristoteles dicit in aliis libris: & Theophrastus, in libro De generatione elementorum.* Forte hinc petitum fuerit, quod profertur a Philone in eo libro, quem inscripsit, De mundi incorruptibilitate. Θεόφραςος μέντοι φησί, τοὺς γένεσιν καὶ φθορὰν τοῦ κόσμου κατηγοροῦντας, ὑπὸ τεττάρων ἀπατηθῆναι τῶν μεγίστων, γῆς ἀνωμαλίας, θαλάττης ἀναχωρήσεως, ἑκάστου τῶν τοῦ ὅλου μερῶν διαλύσεως, χερσαίων φθορᾶς κατὰ γένη ζώων. *Theophrastus ait, eos, qui generationem mundi, & corruptionem, reprehendunt, quatuor maximis rebus falli, terrae inaequalitate, maris recessu, singularum universi partium dissolutione, & interitu terrestrium animalium secundum genera.*

CCXXVI. Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα, β΄.
Reductarum orationum in figuras, duo.

Alexander Aphrodisieus in prima Analytica. Οὐ ταυτὸν δέ ἐστιν ἀνάγειν τε λόγους εἰς τὰ σχήματα, ὡς ἔχει τὰ Θεοφράστου δύο, τὰ ἐπιγραφόμενα, Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα, καὶ μέθοδον ὑπογράψαι, δι᾽ ἧς πάντα τὰ προβλήματα ἀναλύειν, καὶ ἀνάγειν, δυνησόμεθα. *Neque vero idem est, reducere orationes in figuras, ut duo Theophrasti libri habent, qui inscribuntur, Reductarum orationum in figuras; & methodum tradere, qua quaestiones qualescumque resolvere, & reducere possimus.*

CCXXVII. Περὶ γάμου, α΄.
De nuptiis, unus.

Hieronymus, adversus Iovinianum lib. I. *Fertur aureolus Theophrasti liber* DE NUPTIIS: *in quo quaerit, an vir sapiens ducat uxorem.*

CCXXVIII. Τὰ μετὰ τὰ φυσικά.
Metaphysica.

Exstant, iuncta Aristotelis Operibus: quamvis quidam e veteribus Theophrasti esse negarint.

CCXXIX. Περὶ ἰχθύων.
De piscibus.

Exstat.

CCXXX. Περὶ ἀνθῶν.
De floribus.

Plinius lib. XXI. cap. III. DE FLORIBUS, *extra supra dictos, scripsit Theophrastus apud Graecos.*

CCXXXI. Σύγκρισις ἁμαρτημάτων.
Comparatio peccatorum.

Antoninus Imp. Τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. II. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραςος, ἐν τῇ Συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἄν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνει, φησί· βαρύτερα εἶναι τὰ κατ᾽ ἐπιθυμίαν πλημμελούμενα τῶν κατὰ θυμόν. ὁ γὰρ θυμούμενος, μετά τινος λύπης, καὶ λεληθυίας συστολῆς, φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος· ὁ δὲ κατ᾽ ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων, ἀφ᾽ ἡδονῆς ἡττώμενος, ἀκολαστότερός πως φαίνεται, καὶ θηλύτερος, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. *Philosophice Theophrastus, in Comparatione peccatorum, ubi ostendit communiorem ea inter se conferendi rationem, inquit: ea peccata, quae per cupiditatem committuntur, graviora esse iis, quae per iram: etenim iratus, videtur cum dolore quodam, & occulta animi contractione, a ratione averti: qui vero per cupi-*

cupiditatem peccat, victus a voluptate, altero intemperantior, & effeminatior, videtur.

CCXXXII. Περὶ βασιλείας Κυπρίων.
De regno Cypriorum.

Vide, quae notavi supra, numero XVIII.

CCXXXIII. Et hi quidem Theophrasti libri sunt, qui referuntur ab Auctoribus: at nonnulla etiam vocabula commemorantur, sine ullo certo Opere. Hesychius: Ἀφρόδιτος. Θεόφραστος μὲν, τὸν ἑρμαφρόδιτόν φησιν. *Aphroditus. Theophrastus quidem, hermaphroditum dicit.* Idem in Σαλακωνίσαι. Ὁ δὲ Θεόφραστος, σαλακῶνά φησιν εἶναι, τὸν δαπανῶντα, ὅπου μὴ δεῖ. *Theophrastus vero, salaconem esse dicit, qui sumtus facit, ubi non oporteat.* Et in Σκυρθαλίας. Θεόφραστος τοὺς ἐφήβους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι. *Theophrastus adolescentes ita adpellari dicit.* Etymologici Auctor. Τυμβογέροντες, πέμπτη ἡλικία γερόντων, ὡς καὶ Θεόφραστος. *Tumulisenes, quinta aetas senum: sicut etiam Theophrastus.* Quae, & apud Suidam habes, totidem verbis, in eadem dictione. Ac vocabulum quoque quoddam, Κεφαλοτομεῖν, quo is usus, reprehenditur a Phrynicho in Ecloga Dict. Attic. Κεφαλοτομεῖν· ἀπόρριπτε τοὔνομα, καὶ Θεόφραστον, κεχρημένον αὐτῷ. Κεφαλοτομεῖν. *Reiicito vocabulum istud, & Theophrastum, eo usum.*

CCXXXIV. Denique & illud nobis per occasionem istam referendum, quod initio Dialogos scripserit; ac destiterit, quum Platoni imparem se animadverteret. Basilius Magnus epist. CLXVII. Ἐκεῖνο γὰρ πάντως συνοῖδέ σου ἡ ἀγχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων, οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν. *Illud enim omnino prudentiae tuae notum est, quod & inter externos philosophos, qui dialogos conscripsere, Aristoteles quidem, & Theophrastus, ad tractationem rerum ipsarum mox se contulerunt: quia conscii sibi essent, Platonica suavitate se destitui.*

FINIS.

LE-

LECTIONES THEOPHRASTEAE

IN QVIBVS

EORVM LIBRORVM, QVI SVPERSVNT, LOCA ALIQVOT EMENDANTVR.

LECTIONES THEOPHRASTEAE.

CAPUT PRIMUM.

Κολυτέα, apud Liparam, Κολοιτέα, sive ea est Κολυτέα, apud Idam montem nascens. Salix, cur, Ὠλεσίκαρπος Homero. Clidemus, & eiusdem scripta indicata; tum Hesychii quoque locus de eodem emendatus. Restituta in Theophrasto loca quaedam, ex Historia Plantarum, lib. I. cap. XVIII. lib. III. capp. II. IV. X. XI.

SIquidem in libros omnes Theophrasti, qui non exstant, inquisivi, non abs re futurum esse existimavi, si in illis, qui supersunt, loca quaedam emendarem. Occurrit itaque Histor. Plantar. lib. I. capit. XVIII. Καὶ ἡ κολοιτία περὶ Λιπάραν. *Et coloetia circa Liparam*. Rescribo, καὶ ἡ κολουτέα, *& colutea*. Firmat ipse, lib. III. capit. XVII. Ἴδιον δὲ καὶ ἡ κολυτέα περὶ Λιπάραν. *Proprium vero etiam colutea circa Liparam*. Alia erat, ne confundas, Κολοιτέα, uti quidem in Hesychii Glossis scribitur, sive, ut apud hunc eumdem Theophrastum, Κολυτέα, qui & circa Idam nasci hanc testatur, eodem libro, atque capite.

Lib. III. cap. II. Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν, πρὸ τοῦ τελέως ἁδρύναι, καὶ πέψαι τὸν καρπὸν, διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς αὐτὴν προσαγορεύειν ὠλεσίκαρπον. *Ceterum salicem celeriter fructum deiicere adseverant, antequam plene crassetur, ac coquatur; quapropter etiam poetam non male adpellare ipsam fructiperdam*. Per poetam, intelligit Homerum, cuius locum, quem respexit, exstat Odyss. κ'

Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Longaeque alni, & salices fructiperdae.

Sed hunc Theophrasti locum mutilum esse ex Eustathii ad Homeri locum istis verbis, facile est deprehendere. Ὠλεσίκαρποι δὲ ἰτέαι. ἢ ὅτι ἀποβάλλουσι, φασὶ, τὸ ἄνθος, πρὶν ἢ πεπανθῆναι. ἢ διότι οἱ πίοντες τοῦ κατ' αὐτὰς ἄνθους ὀλλῦσι τὸν καρπὸν, ἤτοι ἄγονοι γίνονται. ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ. *Fructiperdae vero salices, vel quia abiiciunt, ut aiunt, florem, antequam maturescat, vel quia, qui ex flore earum biberint, fructum perdunt, sive steriles redduntur, ut etiam Theophrastus tradit*. Excidit in Theophrasto posterior epitheti Homerici ratio.

Paulo post, eodem capite, scribitur, Κλεόδημος δὲ, *Cleodemus vero*. Sed scribendum est omnino, Κλείδημος, *Clidemus*. Atque ita recte est. De causis plant. lib. I. capit. X. lib. III. cap. VIII. & lib. V. cap. XII. Citatur varie a Plutarcho, Athenaeo, Harpocratione, Constantino Porphyrogeneta. Corruptum quoque eius nomen apud Hesychium in Ἀγαμεμνόνια Φρέατα, & καὶ Δῆμος, illic editur vitiose, pro Κλείδημος. Scripta eius memorantur, Ἐξηγητικὸν, Ἀτθὶς, Νόστοι, Πρωτογονία. De quibus singillatim dico, in Bibliotheca mea Graeca.

Eodem porro lib. III. cap. IV. pro Τέρμινθος, ἐρινεὸς, φιλύκη, *terebinthus, caprificus, philyca*, scribe, Τέρμινθος, πρῖνος, φιλύρα, *Terebinthus, ilex, philyra*. Auctor mihi est Macrobius, qui respexit ad hunc locum, Sat. lib. II. cap. XIV. Sicut Theophrastus ait. Ἴδια δὲ τῶν ὀρεινῶν, ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται τερέβινθος, πρῖνος, φιλύρη, ὀφάρκη, καρύα, Διὸς βάλανος. Quae sunt ista Theophrasti nostri verba. Vide capitis principium, in cuius fine iterum corrupta verba, aut mutilata, Καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου, καὶ δρυός. *Sicut dictum est de Cretae platano, & quercu*. In Creta, platanus tantum erat, at quercus, Sybari. Ecce locum, quem respexit, Hist. Plant. lib. I. cap. XV. Ἐν Κρήτῃ δὲ, λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι, ἐν τῇ Γορτυναίᾳ, πρὸς πηγῇ τινι ἢ οὐ φυλλοβολεῖ. ἐν δὲ Σιβάρει, δρῦς ἐστιν, εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἢ οὐ φυλλοβολεῖ. *In Creta vero, fertur platanum quamdam esse, in Gortyniensi agro, prope fontem quemdam, folia non amittentem; Sybari vero quercus est, quae ex urbe conspici facillime potest, numquam folia abiiciens*. Itaque sic defectum suppleo, Καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου, καὶ δρυὸς ἐν Συβάρει. *Sicut dictum est de platano, quae est in Creta, & de quercu, quae est Sybari.*

Mox eiusdem quoque libri cap. X. ubi de taxo arbore agit. Φασὶ δὲ, τὰ μὲν λόφουρα, ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων ἀποθνήσκειν. *Aiunt vero, iumenta, si folia edant, mori*. Scripserat, τὰ μὲν κολόφουρα, ἐὰν φ. τ. φ. Indicat Scholiastes Nicandri ad Alexipharmaca. Ὁ δὲ Θεόφραστος, περὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν εἴρηκεν. αὐτὸ δὲ μόνον ὅτι, τὰ κολόφουρα τῶν ζώων γευσάμενα, ἀποθνήσκει. κολόφουρα δέ εἰσι, βόες, ἡμίονοι. Sine dubio hunc ipsum locum ob oculos habuit.

Eodem libro cap. XI. circa finem, iterum lacuna quaedam est. Ἔνιοι δὲ, καλοῦσι τὴν μὲν, μελίαν, ὥσπερ οἱ περὶ τὴν Μακεδονίαν. *Quidam vero, hanc quidem adpellant fraxinum, ut Macedones*. Restituo, ut Basileensis editio habet, Ἔνιοι δὲ, καλοῦσι τὴν μὲν, μελίαν, τὴν δὲ, βουμελίαν· ὥσπερ οἱ περὶ τὴν Μακεδονίαν. *Quidam vero*

vero, hanc quidem, adpellant fraxinum; illam vero, magnam fraxinum, ut Macedones. Et agnoscit lectionem illam Gaza, quum sic vertit: *Quidam, alteram fraxinum, alteram, bubulam fraxinum vocant, videlicet Macedones.*

C A P. II.

Χαιρώνεια, non Χερώνεια scribendum esse. Pugna ad Chaeroneam. Ἀράχνιον, morbus olearum. Theophrasti loca quaedam emendata, lib. III. capp. XIII. XV. *&* lib. IV. capp. II. XII. XVII.

IN eadem Historia Plantarum, libro III. eodem, cap. XIII. hoc principium est. Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. μεγέθει μὲν μέγα, καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι πήχεις, ἐστὶ δ' ὀρθοφυὲς σφόδρα. πάχος δὲ, ὥστε καὶ δίπηχυν τὴν περίμετρον ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. φύλλον δὲ, ὅμοιον τῆς μεσπίλης, σκληρὸν δὲ σφόδρα, καὶ πλατύτερον. *Arbor natura peculiaris est cerasus, magnitudine quidem excellens; quippe ad viginti quatuor cubitos crescit. Est autem recta valde; ea vero crassitudine, ut in ambitu a radice duos cubitos complectatur. Folium vero simile mespili folio, sed durum admodum, latiusque.* Eumdem locum paulo aliter, pleniusque citat etiam Athenaeus lib. secundo. Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ φυτῶν Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι, καὶ μεγέθει μέγα. καὶ γὰρ εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πήχεις αὔξεται. φύλλον δὲ, ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης. *Peculiarem vero naturam habet arbor cerasus, proceritate magna; etenim ad viginti quatuor cubitos crescit; folium vero habet simile folio mespili: durum autem, sed crassius.* Ac malim certe equidem cum Athenaeo una voce amplius legere, καὶ γὰρ εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πήχεις αὔξεται. Quod agnoscit quoque Gaza, qui sic vertit; *quippe, quae ad viginti quatuor cubita crescit.* Moxque item malim plenius, sicut est in Athenaeo. Φύλλον δὲ ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης, *folium vero simile habet folio mespili.*

Postea rursum in fine capitis decimiquinti, ubi de crataego arbore, sive crataegone agit. Ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ, τετανόν. Apud Athenaeum, loco citato est, τεταμένον, pro τετανόν. Et mox. Καρπὸν δὲ ἔχει στρογγύλον, ἡλίκον ἡ κόψιμος. In Athenaeo est, ἡλίκον, ὁ κότινος, quod omnino rectum puto; nam vox κόψιμος, apud nullum sane Auctorem reperitur; ideoque Gaza etiam veluti non intellectam, in versione praetermisit. Deinde, Πεπαινόμενος δὲ, ξηρὸς γίνεται, καὶ ἐπιμελαίνεται. Athenaeus habet, Π. δ. ξανθός, τὲ ἐστι καὶ ἐ. Denique, Διόπερ οἷον ἀγρία δόξειεν ἂν εἶναι. Omnino scribe, una voce amplius, ubi Athenaeus habet, ἀγρία μεσπίλη δόξειεν ἂν εἶναι, *quapropter veluti silvestris mespilus videri potest.*

Lib. IV. cap. II. ubi de ficu Cypria in Creta agit. Πεπαίνει δὲ τέτταρας καρπούς, ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. Rescribo, Π. δ. τ. καρποὺς, ὅσαιπερ αὐτοῦ καὶ αἱ β. *Perficit vero quatuor fructus, quot sunt eius etiam germinationes.* Neque aliter apud Athenaeum scribitur, ubi locum istum citat, lib. III. admonetque illic item Casaubonus.

Eodem libro, capit. XII. Τούτου δὲ μάλιστα μνημονεύουσι γεγονότος τῶν ὕστερον χρόνων, ὅτε συνέβη τὰ περὶ Χερώνειαν. *Huius vero maxime meminere facti posterioribus temporibus, quum illa ad Cheroneam acciderunt.* Scribendum est, περὶ Χαιρώνειαν, *ad Chaeroneam.* Innuit pugnam ad Chaeroneam, quae est nota ex Historicis; acciditque Olympiadis centesimae decimae anno tertio; uti tradit Diodorus lib. XVI. Leve est, nec admonerem, nisi in Basileensi editione, itidem hoc mendum esse animadverterem.

Postea, cap. XVII. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο νόσημα περὶ τὰς ἐλαίας, ἀραχίνιον καλούμενον. *Oritur vero etiam alius morbus olearum, quem adpellant arachinium.* Scribo, ἀράχνιον καλούμενον, *quem araneum adpellant.* Ita rectius est De Caus. Plant. lib. V. cap. XIII. Τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ καὶ τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται. *Itaque vero etiam oleae araneus innascitur.* Plinius lib. XVII. cap. XXIV. *Est etiamnum peculiare olivis, & vitibus, araneum vocant.*

C A P. III.

Εἰλήθυια, *quid. Simulacrorum sudores, habiti inter prodigia. Ex quibus autem lignis maxime sudaverint, ac qua de causa. Sacra tum propitiatoria fieri solita, ad circulos, Hecaticos dictos; ac qui illi, item quales; tum, & quare eo nomine adpellati. Theophrastus illustratus pariter, & emendatus*, lib. V. cap. X.

LIB. V. cap. X. corrupta verba, & obscura; ideoque emendanda, & illustranda. Ὃ δὲ καλοῦσιν ἰλεῶν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς ἐκατίνους, γίνεται συνισταμένης τῆς ὑγρότητος, τῷ σχήματι μὲν στρογγύλη, μέγεθος δὲ ἥλικον ἄπιος, ἢ καὶ μικρῷ μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάϊνα. Corrupta dico ea verba, & obscura, quae nec Gaza intellexit, qui tenuiter sic vertit: *Quod autem Lucinam adpellant, & sacrificiis observandum aruspices iubent, concreto quodam humore extuberat, magnitudine pyri, aut paulo maius, minusve. Germen potissimum producit materies oleagina.* Mihi quoque, ingenue fateor, aqua haeret; tamen explicabo, ut potero, & in partem emendabo. Ac primo quidem, Εἰλήθυια, in isto loco non est dea illa Veterum, quam Lucinam adpellabant, verum arboris germen quoddam, idque maxime abietis. Eius rei ipsum tibi testem dabo Theophrastum, cuius illa occurrunt verba, De Caus. Plant. lib. V. cap. IV. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ξύλων ἐκφυόμενα, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν ἐλατίνων, ἃ καλοῦσιν οἱ μάντεις εἰληθυίας. *Eodem modo etiam illa, quae ex lignis enascuntur, ac praecipue abietinis, quas lucinas augures vocant.* Itaque postrema verba loci initio citati ita sunt restituenda, Ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάτινα. *Germinant vero maxime abietina*; non, ut editur, *oleagina.* Inde, quod sequitur,

ὑπὲρ

ὑπὲρ οὗ, καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους, *pro quo etiam sacra faciunt propitiatoria ad Hecatinos*, illustrandum, & corrigendum est. Vt rem autem recte omnem teneamus; agit ibi Theophrastus de arboribus, quae sudorem emittere soleant; inter quas, praecipue cedri, atque inde evenire etiam dicit, ut deorum simulacra sudorem aliquando emittant; quippe, quae e cedro facere usitatum. Ecce verba, quae praecedunt statim illa, quae citavimus. Ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα, καὶ ἁπλῶς, ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης· διὸ καὶ ἀγάλματά φασιν ἱδρεῖν ἐνίοτε, ποιοῦσι γὰρ ἐκ τούτων. *Emittunt vero (sudorem) e lignis cedrina, & simpliciter, quorum est oleosus humor; unde, & sudare deorum simulacra interdum dicunt, quia ex istis ea faciunt*. Quamvis autem naturaliter istud fieret, ut ostendit Theophrastus, tamen vulgo in portentis censebatur. Illud cum ex aliis Auctoribus notum, tum ex ipso Theophrasto, De Caus. Plant. lib. v. cap. iv. quod citavi paulo ante. Ὁμοίως δὲ ὅσα ἱδροῖ τῶν ξύλων. καὶ γὰρ ταῦτα, νοτίῳ καὶ ὑγρῷ τῷ ἀέρι ὄντι, τοῦτο πάσχει. καὶ οὐ πάντα, ἀλλ' ἐν οἷς ἐστι λεπτὴ ὑγρότης· οἷον, κέδρου, κυπαρίττου, ἐλαίας. ἃ δὴ καὶ σημεῖα, καὶ τέρατα, νομίζουσιν. *Similiter vero etiam quaecumque lignorum sudant. Etenim haec patiuntur, austrino, & humecto aere; neque omnia, verum illa, quibus inest tenuis humor; ut cedri, cupressi, oleaeque, quae sane prodigia esse, & ostenta, arbitrantur*. Itaque in istis casibus sacra expiandi causa faciebant. Hoc est, quod vult indicatum Theophrastus, istis verbis iam citatis, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους, *pro quo etiam sacra faciunt propitiatoria ad Hecatinos*. Sed scribendum rectius puto, πρὸς τοὺς Ἑκατικοὺς, *ad Hecaticos*. Dicebatur vero Ἑκατικὸς, *Hecaticus*, circulus aureus, qui in medio sapphirum habebat: in cetera vero superficie, characteres, & figuras, varii generis; eum autem circumagentes, invocationes suas, quas Ἴυγγας nominabant, faciebant. Inter Oracula Chaldaica legitur, Ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον. *Operare circa Hecaticum circulum*. Citat haec Nicephorus Gregoras in Synesium De insomniis. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ. Ἐνέργει, φησὶ, περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον. ἔστι δὲ ὁ Ἑκατικὸς στρόφαλος, σφαῖρα χρυσῆ, μέσον μὲν ἔχουσα σάπφειρον λίθον· δι' ὅλης δὲ ἐπιφανείας, χαρακτῆρας, καὶ σχήματα διάφορα, ταύτην δὲ στρέφοντες, ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, ἃς δὲ καὶ Ἴυγγας ἔλεγον. *Itemque alibi; Operare, inquit, circa Hecaticum circulum. Est autem Hecaticus circulus, sphaera aurea, quae in medio habebat sapphirum lapidem; per totam vero superficiem, characteres, & figuras varias. Hanc vero vertentes, faciebant invocationes, quas etiam Iyngas vocitabant*. Dicebatur vero circulus ille Hecaticus, quia Hecatae sacer erat. Psellus in Scholiis ad Orac. Chaldaica. Ἑκατικὸς στρόφαλος, σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας· ἣν δὲ στρέφοντες, ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις. καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν Ἴυγγας, εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅτι σχῆμα. ἃ δὴ δινοῦντες, τοὺς ἀσήμους, ἢ κτηνώδεις, ἐξεφώνουν ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. διδάσκει οὖν τὴν τελετὴν ἐνεργεῖν, ἤτοι τὴν κίνησιν τοῦ τοιούτου στροφάλου, ὡς δύναμιν ἀπόῤῥητον ἔχουσαν. Ἑκατικὸς δὲ καλεῖται, ὡς τῇ Ἑκάτῃ ἀνακείμενος. *Hecaticus circulus, est sphaera aurea, in medio sapphirum inclusum complectens, loro circumagitata taurino, undequaque characteres habens, quam circumagentes, faciebant invocationes, atque talia, quae Iyngas dicere solent, sive orbicularem, sive triangularem, sive alium quamcumque figuram haberent; quas sane quum circumagerent, sonos edebant inconditos, vel belluinos, ridentes, & aerem flagellantes. Docet itaque ritus operationem, sive circuli eiusmodi agitationem, tamquam vim arcanam habentem. Hecaticus vero adpellatur, tamquam Hecatae dedicatus*.

CAP. IV.

Radiculae genera, inter quae Amorea, & Liothalassia, sive Liothasia, quae & Thracia. Plinii locus restitutus. Radiculae fluviales, quae marinae a nonnullis adpellantur. De Hesychii loco quodam coniectura. Cepa Sardia. Chersonesus Arabiae. Theophrasti loca aliquot emendata, lib. vii. cap. iv. & lib. ix. capp. iv. xii. *Scholiast. Nicandri correctus*.

LIB. vii. cap. iv. ubi de radiculae generibus agit. Οἷον τῆς ῥαφανῖδος γένη, Κορινθίαν, Κλεωναίαν, Λειοθαλαττίαν, Βοιωτίαν. *Vti radiculae genera, Corinthiam, Cleonaeam, Liothalassiam, Boeotiam*. Adde illic Ἀμωρέαν, *Amoream*. Auctor mihi Athenaeus, qui & pro *Liothalassia*, dicit, *Liothasiam*, locum hunc eumdem citans, lib. ii. Θεόφραστος δ', ἐν τοῖς Περὶ φυτῶν, γένη, ῥαφανίδων φησὶν εἶναι πέντε, Κορινθίαν, Λειοθασίαν, Κλεωναίαν, Ἀμωρέαν, Βοιωτίαν. *Theophrastus vero in libris De Plantis, radicularum quinque esse genera dicit, Corinthiam, Liothasiam, Cleonaeam, Amoream, Boeotiam*. Plinius, ῥαφανίδα, *napum* vertit; &, de Liothasio confirmans, pro Amoreo nomen aliud substituit, lib. xix. capit. v. *Naporum quinque genera fecere; Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeotium, & quod per se viride dixerunt*. Ac, quod illic *per se viride* dictum ait, postea, in repetitione generum, *silvestre* dicit, Λειοθασίαν vero, iterum mox apud Athenaeum scribitur, uti quoque *Liothasium* apud Plinium. Estque porro *Liothalassia* radicula, sive *Liothasia* dicenda erit, etiam *Boeotia* dicta, ut testatur Theophrastus in subiunctis statim verbis. Τὴν δὲ Λειοθαλασσίαν, ἣν ἔνιοι καλοῦσι Βοιωτίαν, ἰσχυροτάτην πρὸς τοὺς χειμῶνας. *Liothalassiam vero, quam Boeotiam vocant quidam, validissimam adversus frigora*. Sed rescribe, ἣν ἔνιοι καλοῦσι Θρακίαν, *quam quidam vocant Thraciam*. Nam *Boeotia* ipsa inter genera erat. Ac confirmat emendationem meam Athenaeus loco citato. Καλεῖσθαι δὲ (φησὶν ὁ Θεόφραστος) τὴν Λειοθασίαν Θρακίαν. *Adpellari vero Liothasiam (ait Theophrastus) Thraciam*. Item Plinius, *Liothasium quidam Thracium adpellant*. Quin diserte in Basileensi quoque editione Θρακίαν legitur; tum & Gazae ita codicem habuisse, satis certum ex illius versione. Sed quod *Liothalassiam* attinet, ita in suis Athenaei exemplaribus Dalechampius etiam fuisse tradit; qua de causa & hoc praefero,

fero, & in Plinio ad eumdem modum scribo. Sane firmat vehementer, quod radiculae nonnullae a Veteribus fluviatiles, aut marinae dicerentur, quod Hesychius nos docet. Ἄπλυτοι ῥαφανίδες, ὅτως ἔνιοι, καὶ ὁ ποταμίαι, ἃς δὴ καὶ θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. *Illotae radiculae, & non fluviatiles, quas sane etiam marinas nonnulli dixerunt.*

Sequitur in Theophrasto, eodem capite. Πλέω δὲ τῶ κρομμύω τὰ γένη, οἷον τὰ κατὰ χώρας ἐπικαλέμενα, Γάρδια, Κνίδια, Σαμοθράκια. *Sed ceparum genera plura, ut quae a locis cognominantur, Gardiae, Cnidiae, Samothraciae.* Sed quis Gardiae cepae meminit? aut quis locus eo nomine, a quo dictae? Omnino est rescribendum, Σάρδια, *Sardia*. Plinius docet, lib. XIX. cap. VI. *Cepae genera apud Graecos, Sardia, Samothracia.*

Lib. VIII. cap. IV. Γίνεται μὲν ὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ. *Nascitur itaque thus, & myrrha, & casia, atque etiam cinnamomum, in Arabum regione, insula.* Videtur Gaza legisse, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ μέσῃ, ut ex versione adparet, quae sic habet, *in regione Arabum media*. Ego censeam legendum, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χεῤῥονήσῳ, *in Arabum cherroneso*. Gemina autem in Arabia Felici cherronesus memoratur Ptolemaeo Geograph. lib. VI.

Et mox, cap. XII. Ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνειον φύλλον μὲν, ὅμοιον λαπάθῳ. μεῖζον δὲ, καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ, χρυσοειδές· ῥίζαν δὲ, μικράν. φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. *Chironium vero, habet folium simile rumici, maius vero, & birsutius; florem autem auri speciem prae se ferentem; radicem autem parvam; amat vero loca pinguia.* Video in lectione eius loci variatum apud Veteres; nam pro λαπάθῳ, Scholiastes Nicandri, ad Theriaca, habet ἀμαράκῳ. Ecce verba, ubi de Chironio agit. Πολύστροφον δὲ αὐτό φησιν ὁ Θεόφραστος, λέγων ὅτω. Τὸ δὲ Χειρώνειον, ὅμοιον ἀμαράκῳ· μεῖζον δὲ, καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ, χρυσοειδές· ῥίζαν, μακράν. φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινά. Et amaraco simile illi folium esse, dicit etiam Nicander in Theriacis.

Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδρέδομε χαίτη.

Dioscor. lib. III. capit. LVII. Χειρώνειον φύεται μάλιστα ἐν τῷ ὄρει Πηλίῳ, φύλλα δὲ ἔχει, ἀμαράκῳ ἐμφερῆ. Neque aliter Coribasius Collect. Med. lib. XII. Contra tamen, de lapatho confirmat Plinius lib. XXV. cap. IV. ubi totum hunc Theophrasti locum transtulit, quamquam non indicato auctore. *Panaces Chironium cognominatur ab inventore; folium eius lapatbo simile; maius tamen, & birsutius; flos aureus; radix parva. Nascitur pinguibus locis.* Ecce tibi ipsa verba Theophrasti Latine prolata; sequitur porro, ῥίζαν δὲ, μικρὰν, *radicem vero, parvam*. Atque id confirmat Plinius, in citatis statim verbis. Et Dioscorides, loco citato, subdit, ῥίζαν, λεπτὴν, καὶ ὁ βαθεῖαν, *radicem tenuem, neque altam*. Item Nicander.

——— ἡ δ' ὑπὲρ αἴης
Ῥίζα, καὶ ὁ βυθόωσα. ———

Oribasius. *Radice tenui, non profunda*. Tamen aliqua exemplaria, etiam vetusta habuerunt, ῥίζαν δὲ, μακρὰν, *radicem vero longam*. Et Nicandri Scholiastes ita habet, in citatis ante verbis. Nec in Gazae exemplari aliter fuerit, qui vertit, *radicem longam*. Eodem modo editio Basileensis Camerarii. In fine vero emendandus est Nicandri Scholiastes, qui male habet, φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινὰ, *amat vero maxime loca depressa*. Est enim recte in Theophrasto, Χωρία τὰ πίονα, *loca pinguia*. Ita & Plinius, *nascitur pinguibus locis*.

CAP. V.

Aconae, oppidulum Heracleae Ponticae, in Mariandinis; unde nomen aconito. Pumicis vis, ad refrigerandum; cuius vinum viros ad insaniam adigit, feminas foecundas facit. Theophrastus emendatus, lib. IX. capit. XVI. XVIII. XX. XXII.

LIB. IX. cap. XVI. ubi de aconito agit. Φύεται δὲ πανταχῦ, καὶ ὐκ ἐν ταῖς Ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν, αὕτη δέ ἐςι κώμη τις τῶν Περιανδύνων. *Nascitur vero, ubique, & non tantum Aconis, unde nomen illi datum. Est autem vicus quidam Periandynorum.* Periandynos nemo veterum Auctorum usquam memorat. Stephanus, Aconas dicit oppidulum, iuxta Heracleam. Ἀκόναι, πολίχνιον, πλησίον Ἡρακλέας. *Aconae, oppidulum prope Heracleam.* Et nominis originem mox inde tradit aconito, pariter ac Theophrastus. Κληθῆναι δὲ (τὸ ἀκόνιτον) φασι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τότῳ Ἀκόναις καλυμένῳ, ὄντι περὶ Ἡράκλειαν. *Adpellatum vero (aconitum) dicunt, quod nascatur in loco, quem Aconas dicunt, iuxta Heracleam sito.* Intelligit vero Heracleam Ponticam, ut testatur clare Strabo in Descriptione Ponti, lib. XII. Ἐν δὲ τῇ Ἡρακλεώτιδι γίνεται ἀκόνιτον. *In Heracleotico vero tractu nascitur aconitum.* Erat vero Heraclea illa in Mariandynis, a Milesiis condita. Idem Strabo, eodem libro, paulo ante. Τὴν γὰρ δὴ Ἡράκλειαν ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἱδρῦσθαι φασὶ, Μιλησίων κτίσμα. *Heracleam enim in Mariandynis sitam aiunt, a Milesiis conditam.* Itaque in Theophrasti isto loco est legendum, αὕτη δέ ἐςι κώμη τις τῶν Μαριανδυνῶν. *Est vero is vicus quidam Mariandynorum.*

Eodem libro, cap. XVIII. ubi miram pumicis vim ad refrigerandum tradit. Τὴν δὲ τῆς κισσήριδος ὅτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστε, ἐάν τις εἰς πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, παύειν τὴν ζέσιν. ὁ παραχρῆμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλως. *Pumicis autem vim adeo magnam esse, ut, si quis in dolium immittat, fervere desinat, non quidem in praesens tantum, verum etiam universim.* Excidit vox, quam restituo; nec enim simpliciter de quovis dolio dicere id Theophrastum voluisse, est putandum, itaque scribo, ἐάν τις εἰς οἴνυ πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, *si quis in dolium ferventis musti immittat*. Auctor mihi Dioscorides lib. V. cap. CXXV. Θεόφραστος δὲ ἱςορεῖ, ἐὰν εἰς ζέοντά τις οἴνυ πίθον καθῇ κίσσηριν, παύεσθαι παραχρῆμα τὴν ζέσιν τῶ οἴνυ. *Theophrastus vero refert, si quis in ferventis musti dolium immittat pumicem, confestim desinere fervorem vini.* Ac confirmat item Plinius, qui huc itidem respexit sine dubio, lib. XXVI. cap. XXI. *Theophrastus auctor est,* poto-

potores in certamine praesumere farinam eius; sed, nisi immenso potu impleantur, periclitari; tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant, pumice addito.

Postea, eodem libro, cap. xx. Ἐν Ἡρακλέᾳ δὲ, ὥς φασι, τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι. τὰς δὲ γυναῖκας ἀτεκνούσας ποιεῖ. *Apud Heracleam vero Arcadiae, ut aiunt, vinum est, quod viri si bibant, insani fiunt; si mulieres, steriles efficiuntur.* Primo, nulla in Arcadia Heraclea est; tum id vinum feminas foecundas reddere, & non steriles, memoratum; itaque rescribendum censeo, Ἐν Ἡραίᾳ δὲ, ὥς φασι, τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι· τὰς δὲ γυναῖκας τεκνούσας ποιεῖ. *Apud Heraeam vero Arcadiae, sicut aiunt, vinum est, quod viri si bibant, insani fiunt; si mulieres, foecundae efficiuntur.* Ecce vero, fundum emendationis Athenaeum tibi exhibeo, lib. I. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῇ Περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ, φησὶ, ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνούσας ποιεῖ. *Theophrastus vero, in libris De Historia Plantarum, ait, in Heraea Arcadiae vinum nasci, quod potatum insaniam viris, feminis foecunditatem operetur.* Ac de feminis etiam confirmat Plinius, qui hunc Theophrasti locum procul dubio respexit, lib. xv. cap. XVIII. *Sunt & in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri, quod foecunditatem feminis importet, viris rabiem.*

Eodem libro, cap. XXII. Τὸ δὲ πέπερι, καρπὸς μέν ἐστι· διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ γένος. τὸ μὲν γὰρ, στρογγύλον, ὥσπερ ὄροβος, κέλυφος ἔχον, καὶ σάρκα, καθάπερ αἱ δαφνίδες, ὑπέρυθρον. τὸ δὲ ἀτόμηκες, μέλαν, σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον· ἰσχυρὸν δὲ τοῦτο μᾶλλον θάτερον, σπερματικὰ δὲ ἄμφω. *Piper autem, fructus quidem est; duplex vero eius genus; unum enim rotundum, instar ervi, tegmen habens, atque carnem, veluti sunt baccae lauri, colore rubeo; alterum autem, oblongum, nigrum, semina habens ceu papaveris, & utraque quidem seminalia.* Initio pro ἀτόμηκες, scribe πρόμηκες, ut est in Basileensi editione, & Athenaeo, qui hunc locum universum repraesentat verbo tenus, lib. II. In fine vero, pro σπερματικὰ, *seminalia*, rescribe θερμαντικὰ, *calefactoria*. Ita multo rectius in Athenaeo est; & Basileensis item editionis margo habet. Ac videtur etiam in Gazae codice sic fuisse, qui sic vertit, *ambo autem vim calefactoriam obtinent.*

CAP. VI.

Althaea, urbs Olcadum. Στελίς. *Euboicum vocabulum. Hesychii locus restitutus. Theophrastus aliquot locis emendatus, De causis Plantarum*, lib. I. cap. XXIV. lib. II. cap. XXIII. & lib. IV. cap. II.

De Causis Plantarum, lib. I. cap. XXIV. Μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν. ἐν γοῦν τῇ Ἀληθείᾳ φασὶν ὡς ἀεί τι καρποφορεῖ. *Magna vero etiam inter regiones est differentia; itaque Aletheae fructificare adsidue ferunt.* Aletheae, sive urbis, sive loci, nemo Veterum mentionem ullam facit; itaque scribendum puto, ἐν γοῦν τῇ Ἀλθαίᾳ, *itaque Althbeae*. Est Althea Olcadum urbs In Iberia. Stephanus. Ἀλθαία, πόλις Ὀλκάδων. οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας. *Althaea, urbs Olcadum. Olcades vero, gens Iberiae.* Meminit eius Polybius Histor. lib. III. Ἀννίβας δὲ παραλαβόμενος τὴν ἀρχὴν, εὐθέως ὥρμησεν ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ὀλκάδων ἔθνος. ἀφικόμενος δὲ πρὸς Ἀλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν, κατεστρατοπέδευσε. *Hannibal autem, simul Imperator factus, ad evertendam Olcadum gentem, impetu fertur; ac Althaeam quum venisset, urbem illorum, maxime gravem, castra ante eam posuit.* Livius Carteiam dicit, lib. XXI. Sed Carolus Sigonius, vir insignis, recte *Althaeam* restituit, Polybium sequendum statuens.

Lib. II. cap. XXIII. Καθάπερ ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς, καὶ τὸ ὕφεαρ. ὧν τὴν μὲν καλοῦσιν Εὐβοεῖς, τὸ δὲ ὕφεαρ Ἀρκάδες. *Vt viscum, stelis, atque hyphear; quorum quidem vocant Euboenses, hyphear vero Arcades.* Locus mutilus, voxque excidit, quam restituo, ὧν τὴν μὲν στελὶν, καλοῦσιν Εὐβοεῖς· τὸ δὲ ὕφεαρ, Ἀρκάδες. *Ex quibus stelin quidem, Euboenses vocant; at hyphear, Arcades.* Viscum enim, ut ὕφεαρ ab Arcadibus, ita στελὶς ab Euboensibus dicebatur. Plinius lib. XVI. cap. XLIV. *Visci tria genera; namque in abiete, ac larice, stelin dicit Euboea nasci, hyphear Arcadia.* Mutilus quoque in explicatione huius dictionis est Hesychius. Στελὶς, περὶ φυτῶν, τὴν ἰξίαν ὑπὸ Εὐβοέων. *Stelin, de plantis, viscum ab Euboensibus.* Excidit nomen Theophrasti, quod restituo, Στελίς. Θεόφραστος Περὶ φυτῶν, τὴν ἰξίαν ὑπὸ Εὐβοέων. *Stelis. Theophrastus, in lib. De plantis, viscum ab Euboeensibus.* Concise admodum sicut alia complura in doctissimis istis Glossis. Respexit ad hunc ipsum locum.

Lib. IV. cap. II. Ἢ τὸ λίπος ἔχειν, ὥσπερ τὸ σήσαμον. ἢ τῷ δριμύτητά τινα καὶ πικρότητα χυλοῦ, καθάπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος. *Aut quod pinguedinem habeant, ut sesamum, aut quod aliquam acritudinem, & amaritudinem succi, ut lupinum, atque cicer.* Mutilus hic etiam locus, & scribendum, καθάπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ ὄροβος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, *ut lupinum, ervum, atque cicer.* Auctor mihi restitutionis eius Athenaeus lib. II. Θεόφραστος δ' ἱστορεῖ ἐν Αἰτίαις φυτικοῖς, ὅτι θέρμος, καὶ ὄροβος, καὶ ἐρέβινθος, μόνα οὐ ζῶται τῶν χεδροπῶν, διὰ τὴν δριμύτητα, καὶ πικρότητα. *Theophrastus vero, in libris de causis plantarum, tradit, lupinum, ervum, cicer, sola ex leguminibus animal non parere, ob acritudinem, & amaritudinem.* Est hic ipse certe locus, quem respexit.

Et haec quidem in Historia plantarum, ac De causis earumdem, obiter mihi, aliaque quaedam agenti, observata; quare ad minora nunc Opuscula trasgrediamur.

CAP. VII.

Rex Alexander, & sigillum ei missum ex gemma quadam Lampsacena. Idyrus, sive Idyris, urbs, & fluvius Pamphiliae, a quo ventus dictus Idyris. Κερκίας, *sive* Κιρκίας, *Latinorum* Circius. *Aristoteles emendatus; varieque Theophrastus, in libris De igne, ventis, piscibus.*

Libro De lapidibus. Ἐν Λαμψάκῳ δὲ ποτ', ἐν τοῖς χρυσίοις, εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφύραν, σφραγίδιον γλαφυρὸν ἀλε-

ἀνεπέμφθη βασιλεῖ, διὰ τὸ περιττόν. *Ac Lampsaci, in aurifodinis, inventa est aliquando gemma admiranda, ex qua, quum ad malleum relata esset, sigillum sculptile missum est regi, propter praestantiam.* Et cuinam, quaeso, regum? Mutila verba, ac rescripserim, ἀνεπέμφθη βασιλεῖ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, διὰ τὸ περιττόν. *Missum est regi Alexandro, propter praestantiam.* Firmat Plinius, qui respexit sine dubio istum locum, lib. XXXVII. cap. XII. *Gemmae nascuntur, & repente novae, ac sine nominibus, ut Lampsaci, in metallis aurariis, una inventa; quae, propter pulcritudinem, Alexandro regi missa fuit, ut auctor est Theophrastus.* Aut est certe arbitrandum, regem eum per excellentiam adpellasse Alexandrum, cuius recens tunc memoria, pridem admodum defuncti. Atque sic obscurus locus, ac debebat illustrari.

Postea. Ἐλάχιστον δὲ γίνεται κριθή, εἶτα κόλυβον εἶτα τεταρτημόριον, ἢ ἡμιόβολος. ἐξ ὧν γνωρίζουσι τὸ καθῆκον. *Minimum autem est hordei granum, inde colybum, inde quarta oboli pars, aut dimidia; ex quibus agnoscunt, quod rectum est.* Mutilus hic item locus, itaque restitue, ἢ ἡμιόβολος, ἢ ὀβολός. ἐξ ὧν γ. τ. κ. *aut dimidius obolus, aut obolus; ex quibus a. q. r. e.* Sic fuisse in Gazae Codice, sat ex eius versione manifestum.

Lib. De ventis. Ἕωθεν μὲν γὰρ Δύρις. καλούμενος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰδύρου, πνεῖ μέγας, καὶ πολύς. *Mane etiam Dyris, ab Idyro flumine adpellatus, flat magnus, & multus.* Malim scribere, ἕωθεν γὰρ Ἴδυρις, καλούμενος ἀπὸ ποταμοῦ Ἰδύρου. *Mane enim Idyris, ab Idyro flumine adpellatus.* Nam oportet ventum dictum eodem nomine, quo vocatus erat fluvius, a quo nomen nactus fuit. Idyris vero, sive Idyrus, nam utroque modo scribitur, urbs, & fluvius, Pamphyliae erat. Stephanus. Ἴδυρος, πόλις, καὶ ποταμὸς, Παμφυλίας· ἢ καὶ Ἰδυρὶς, ὀξυτόνως. *Idyrus, urbs, & fluvius, Pamphyliae, sive etiam Idyris, cum accentu acuto.*

Eodem libro. Αἱ δὲ ἐπ' Ὠρίωνος ἀνατολῇ, καὶ δύσει, τῶν πνευμάτων ἀκρασίαι συμβαίνουσιν, ὅτι μεταβολαῖς ἀεὶ πάντα μάλιστα πέφυκεν ἀοριστεῖν. Primo, lege, τῶν πνευμάτων ἀκρισίαι, ac deinde, ὅτι ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀεὶ π. μ. π. α'. Ita recte sane habet Alexander Aphrodisieus, ubi eum locum citat verbo tenus, ad Meteor. lib. II. Certe ἀκρισίαι legi debere, pro ἀκρασίαι, manifestum etiam est ex Aristotele Meteor. libro citato. Ἄκριτος δὲ, καὶ χαλεπὸς, ὁ Ὠρίων εἶναι δοκεῖ, καὶ δύνων, καὶ ἐπιτέλλων, διὰ τὸ ἐν μεταβολῇ ὥρας συμβαίνειν τὴν δύσιν, καὶ τὴν ἀνατολήν.

In fine libri. Ἐν Σικελίᾳ Καικίαν δὲ καλοῦσιν, ἀλλ' Ἀπηλιώτην. Necessario inserenda negativa, Καικίαν δ' οὐ καλοῦσιν, ἀ. Α'. Et sic recte editio Basileensis repraesentat.

Paulo post. Οἱ περὶ Σικελίαν, Δερκίαν, scribe Κερκίαν, sive Κιρκίαν, qui est *Circius* Latinorum. Aristoteles in Fragmento libri Περὶ σημείων. Ἐν δὲ Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, Κιρκίας· διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου. Vbi vides etiam rationem nominis. Sed nec recte eo loco, Κίρκας, scribitur pro Κιρκίας.

Denique in ipso fine. Βερεκυντίαν † δὲ ἐν τῷ Πόντῳ. Verba sunt omnino plena, nec in illis quicquam deest; itaque tollendus est defectus nota. Ac confirmat Alexander Aphrodisieus, locum hunc citans in Meteor. lib. II. Ἀπηλιώτην. ὃν Θεόφραστος λέγει, παρὰ μὲν Σικελιώταις, Ἑλλησποντίαν καλεῖσθαι· παρὰ δὲ Φρυξὶ, Κάρβαν· Βερεκυντίαν δὲ, ἐν Πόντῳ.

Libro De piscibus. Τούτους δ' ἐξιόντας νέμεσθαι, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τῶν πτερυγίων, καὶ ἅμα κινεῖν τὴν οὐράν. Loquitur ibi de piscibus, qui circa Babylonem. Censeo vero scripsisse Theophrastum, καὶ θαμὰ κινεῖν τὴν οὐρὰν, *& crebro movere caudam.* Firmat Plinius, ubi de his ipsis piscibus, lib. IX. cap. LVII. *Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur; circa Babylonis rigua, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus; quosdam inde exire ad pabula, pinnulis gradientes, crebro caudae motu.*

CAP. VIII.

Scholiastes Theocriti, Hesychius, Plinius, Athenaeus, ex Theophrasto emendati.

POstquam Theophrasti loca quaedam aliis ex Auctoribus emendavi, nunc vicissim aliorum aliqua ex Theophrasto emendabo. Ait ille, Hist. Plant. lib. I. cap. XV. Τῶν δὲ ἀγρίων, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, σμίλαξ, θυία, καὶ ἣν Ἄρκαδες καλοῦσι φελλόδρυν. Hunc locum respexit Scholiastes Theocriti Idyll. V. Ἄρκευθος, ὄνομα δένδρου ἀκάρπου. φησὶ γὰρ ὁ Θεόφραστος, ὅτι τῶν ἀγρίων ἐστὶν, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, μελία, οἶτα, καὶ ἀνάρκα, ἣν καλοῦσι φελλόδρυν. Itaque rescribe, ἄρκευθος, σμίλαξ, θυία, καὶ ἣν Ἄρκαδες καλοῦσι φελλόδρυν.

Eiusdem Operis lib. II. cap. VIII. Ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν. ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. Huc Hesychius respexit, quum Κολάζειν explicaret Τιτραίνειν. Ita enim est legendum, non, ut hodie vulgatur, Περαίνειν.

Lib. III. cap. XIII. Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. μεγέθει μὲν μέγα. καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι πήχεις αὔξεται. ἐστι δὲ ὀρθοφυὲς σφόδρα. πάχος δὲ ὡς δίπηχυν τὴν περίμετρον ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. Ea verba transscripsit Plinius, etiamsi Theophrasti nomine dissimulato, lib. XVI. cap. XXX. *Cerasus etiam in quadraginta cubitorum trabes, aequali per totum duum cubitorum crassitudine, reperitur.* Sed scribendum ad exemplar Theophrasti, *in quatuor & viginti cubitorum trabes.*

Denique, lib. IX. cap. XX. Κἂν οἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων, ἐξαμβλοῦσι καὶ αὐταί. Restituendus Athenaeus, qui nunc mutilus, ubi locum istum citat, lib. I. Κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, (de Theophrasto nostro loquitur) φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν. Omnino restituendae voces, quae exciderunt, Κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, αἱ κύνες, φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν.

F I N I S.

GLOSSARIUM
GRAECO-BARBARUM

IN QUO

PRAETER VOCABULA QUINQUE MILLIA QUADRINGENTA, OFFICIA ATQUE DIGNITATES IMPERII CONSTANTINOP. TAM IN PALATIO, QUAM ECCLESIA AUT MILITIA, EXPLICANTUR, ET ILLUSTRANTUR.

EDITIO ALTERA

Emendata, & circiter cIↄ. Iↄ. ccc. Vocabulis aucta.

I 2　　　　*NOBI-*

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQVE

D. HADRIANO a MATHENES

EQVESTRIS DIGNITATIS VIRO, DOMINO IN MATHENES, &c.

D. CORNELIO vander MYLE

EQVITI, DOMINO VANDER MYLE, &c.

ACADEMIAE CVRATORIBVS.

ET AMPLISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS VIRIS

DD. CONSVLIBVS LEIDENSIBVS

EORVM COLLEGIS.

ITEM

CONSVLTISSIMO PRVDENTISSIMOQVE VIRO

D. NICOLAO SEYSTIO IC.TO

VRBIS SYNDICO, ET CVRATORIBVS A SECRETIS,

IOANNES MEVRSIVS Dedico, Consecroque.

ADmirabilis illa, Viri Nob. & Amplissimi, rerum humanarum vicissitudo, qua arbiter ille universi Deus eximiam suam potentiam ostendens, domino harum omnium homini clarissimis signis suam imbecillitatem ante oculos ponere voluit. Quippe ita aeterna ista summi Numinis providentia cuncta constituit, ut nasci, crescere, florere, stare, cadere, & demum intercidere quoque debeant. Ad quamcumque mundi partem respexerimus, per intervalla haec propelli adparebit. Vt minuta transeamus; quid in hac immensa mole maius exstat, quam Imperia? Et an ea legi isti non obnoxia? Ecce, quod maximum ex his Romanum! Illud quidem, ut lente creverat, ita firmius fundatum stetit, diuque cum fatali lege quasi luctatum, multo aegrius convelli posse visum fuit, tamdem tamen tractu temporis varie impulsum cecidit quoque: & quam longe a culmine suo prisco absit, norunt illi, qui Historiam veterem docti. Quin immo, si comparemus, adeo certe diminutum est, ut antiqui tristes reliquias, quam Imperium potius aliquod iudicare debeamus. Quippe in Orientem olim, Occidentemque distributum; quod in Oriente fuit, nunc omnino nullum exsistit: quod in Occidente restat, valde etiam detruncatum, tantum sustinet se, ac tuetur. Et Orientis quidem Imperium ita intercidit, ut memoria una supersit, quam adserere, quantum e monumentis veterum fieri potuit, mihi proposui. Et hoc libro statum Imperii repraesentare conatus sui; quo pacto administratum Palatium, aut Ecclesia; denique quid Militiae gestum. Quae ubique dignitates, atque officia: tum aeraria quae habuerit, quae tributa, ac vectigalia. Deinde ut pariter cum Imperio lingua quoque mutata fuerit. Quae adeo quidem ab antiqua illa diversa, ut Italica a Latina non possit magis. En vocabula hic exhibeo IↃↃ. CCCC. *e quibus* CIↃ. IↃ. CCC. *nunc adiecta: cetera passim emendata, atque aucta. Quum autem primam Operis huius editionem Illustrissimis Patriae Patribus pridem inscripserim, cur* SECVNDAS *hasce* CVRAS *vobis consecrare voluerim, quibus illi secundas partes in hac Academia sua demandaverint, causam non dicendam existimo. Debeo certe non uno nomine. Nam ex quo ante quadriennium inter Professores vestros me etiam esse voluistis, profiteor publice, & gratissimo quoque animo, vix quisquam est ex nostro ordine, qui tam exigui temporis spatio plus a vobis beneficiorum acceperit. Atque hunc talem in me adfectum ut conservetis, ac porro bene facere pergatis, etiam vos atque etiam rogo. Id si obtinuero, adfirmo vobis, ipsa licet Invidia audiat, & Obtrectatio, quod hactenus pro virili me fecisse constat, Academiae vestrae celeberrimae famam tueri, aliquis forsan meliore successu, nemo devotiore animo unquam conabitur. Valete Viri Nobilissimi, & Amplissimi; meque amare, mereri, cupientem, non desinite. Lugduni Batavorum pridie Kal. Aprileis* CIↃ. IↃ. C. XIV.

BENI-

BENIGNE LECTOR.

ECce tibi GLOSSARII nostri iteratam editionem, quam eo magis maturavi, & lubentiore animo, quod placere tibi Opus illud intellexi. Addidi vocabula circiter cIↃ. IↃ. ccc. cetera quoque emendavi alibi, & auxi. Quid meruerim praedicare, non est huius modestiae meae. Certe pretium non iniustum Candor atque AEquitas ponent. Ego quidem nihil aliud mihi postulo, quam favorem dignum conatu, & prona in Remp. litterariam voluntate. Et, ne diffitear, satis hactenus faventem mihi sum expertus. Ita perge. Quod si feceris, habebis aliquando cum bono Deo plures Auctores, numquam ad hoc tempus editos, cum tineis iam blattisque luctantes; quos Oblivioni eripere, & Posteritati vindicare, decrevi, si Deus vitam mihi dederit, tu favorem. Illum rogo, uti porro mihi benedicat, te servet. Vale, & quisquis es,

AETERNITATEM COGITA.

In CL. V.

IOANNIS MEVRSI IC.

GLOSSARIVM.

Ἤθεα καὶ λέξιες αἷς χρήσατο πρίν ποτε πᾶσα
Συζῶσ' αὐτονόμῳ Ἑλλὰς ἐλευθερίῃ.
Ἡσύχιος τάδε πάντα καὶ ἄλλοι λεξικοράπται
Γράψαν ἐνὶ γλαφυραῖς Μνημοσύνης σελίσιν.
Αὐτὰρ ὑπ' ἀλλογλώσσων ὁπότε ζυγὸν ἤλυθεν ἑλλὰς
Ἔγχεσι βαρβαρικοῖς κάρτα δαμαζομένη,
Ἤθεσιν ὀθνείοις, καὶ λέξεσι βαρβαροφώνοις,
Χώρα τε καὶ γλώσσῃ φύρετο πασσυδίῃ.
Δρεψάμενος δ' ἐκ συγγραφέων τινυτὸς τάδε πολλῶν
Μευρσιάδης βιβλίῳ ἐγκατέερξεν ἐνί.
Οὔ ἄτερ ἱστορικῶν νεαρῶν νόος οὐ καταληπτὸς,
Οὐδ' ἄτερ Ἡσυχίου τῶν παλαιῶν πέλεται.

BON. VVLCANIVS Brugensis.

Aliud.

Horrida barbaries linguam vitiarat utramque,
Qua nova, quaque vetus Roma loquuta fuit,
Multaque nativis peregrina vocabula miscens
Obruerat densis Historias tenebris.
Plurima MEVRSIADAE *debetur gloria, Romae*
Qui veteri lucem reddidit, atque novae.

BON. VVLCANIVS Brugensis.

IN IOANNIS MEVRSI

GLOSSARIVM

GRAECO-BARBARVM.

Accipe, quem tibi dat, Lector studiose, laborem
MEVRSIVS: *hac charta Graecia tota patet:*
Non quae Socratico quondam sermone loquuta est,
Quae Macedum linguae fulmine fregit opes;
Sed qualis moriens in regni sede superbi
Singultus olim moestaque verba dedit,
Quum Byzantinos habuit nova Roma Quirites,
Heu male vicinis praeda futura Getis.
Doctrinae cultusque parens (quis credere possit?)
Graecia, qua demta Barbarus orbis erat,
Huc cecidit, Graecos velit ut qui voluere libros,
Debeat hinc Graecam discere Barbariem.

H. GROTIVS.

IN GLOSSARIVM

GRAECO-BARBARVM

V. C. IOANNIS MEVRSI.

Ἑλλαδικῆς περίπυστον ἐτεὶ κλέος ὤλεσεν αἶης
Ἄρης παμδαμάτωρ, τῷ δ' ἅμα Βαρβαρίη,
Οὐκ ἔτι δὴ μένεν ἑλλὰς ἐν ἑλλάδι. τίς κε πίθοιτο;
Ἑλλαδικῇ γλώσσῃ μίγνυτο Βαρβαρική.
Φωναὶ δ' ἀλλήλῃσι πάλαι μίγεν. οὐδ' ἴα γῆρυς
Ὀψιγόνοισιν ἔην τοῖς ποτὲ γινομένοις.
Καὶ μόγις ἦν ξυνετὴ τοῖς ἀνδράσιν, οὓς ποτὲ γαῖα
Ἑλλάδος ἀρχαίης τίκτε παλαιγενέας.
Μούνῳ Μευρσιάδῃ καὶ τοῦτ' ἀνέθηκαν ἄεθλον
Ἀννάου Μοῦσαι μητέρες εὐκλείης.
Νῦν γὰρ Βαρβαρίῃ τόσσον χρόνον ἀντιπαλαίσας
Τὸ κλέος ἐξ αὐτῆς εὕρατο Βαρβαρίης.

ΔΑΝΙΕΛ ὁ ΕΙΝΣΙΑΔΗΣ.

Idem Latine.

Postquam Graiorum delevit nobile nomen
Mars domitor rerum, mixtaque Barbaries,
Graecia vix iam Graeca fuit; quis credere possit?
Linguam etiam traxit improba Barbaries.
Misceri & voces quondam coepere, nec illa,
Quae fuerat priscis, tunc quoque lingua fuit.
Vix illam capiant, quos olim tempore primo
Edidit antiquos Graecia docta viros.

Soli

Soli Meursiadae servarunt praemia tanta
AEterni matres nominis Aonides.
Nam qui Barbariem tam multos dispulit annos,
Huic venit ex ipsa gloria Barbarie.

DANIEL HEINSIVS.

Ad Clariss. & Praestantiss. Virum

D. D. IOANNEM MEVRSIVM CVM GLOSSARIVM GRAECO-BARBARVM ITERATO EDERET.

ACutus ille Martialis Interpres,
Quem Geldra tellus extulit, fovet Gallus,
Memphiticorum civium negat linguam,
Omnesque porro Barbaros ait mutos.
Credamne? credam, si taceret hic ipse
Lutetiani paedagogii doctor.
Quin immo falsi hunc arguit labor Meursi,
Tot barbararum testimoniis vocum.
Amice Meursi, grande lumen antiquae
Novaeque Romae, dextra litteratorum
Ad Sacra, seu res Bospori Palatinas,
Exoticorum proxeneta verborum,
Byzantiique promiconde thesauri,
Poten' iubere ut caprimulgus Interpres
Cum tot canoris vapulet soloecismus?

PETRVS SCRIVERIVS.

Ad Clarissimum Virum

D. IOANNEM MEVRSIVM I. V. D. *Amicum summum.*

THesauros multi fusos & Lexica condunt,
Queis purioris continentur seculi
Voces atque phrases, quibus aut orator Athenis
Aut entheus poetarum usus est chorus:
At tu Thesaurum nobis, tu Lexicon edis,
Amice MEVRSI, rem simul cum nomine
Quod praefert spondetque orbi. Namque haud tibi vocum
Spectata tantum barbararum copia,
In quam paulatim male Graecia degeneravit
Oblita multum puritatis pristinae,

A Quae viguit dum mansit honos virtutibus illic,
Cultusque fervens obtinebat artium,
Quas certum est mores hominum emollire, ferosque
Mox dedocere mentium impetus quoque.
At quae multa latent gestorum arcana legentes,
Statumque GRAECI ruminantes Imperi,
Tu clare pandis; dum Munera publica narras,
Et Dignitatum lubricas edis vices,
Quae cum sorte novi paulatim Principis auctae
Demtaeque, ne nomen quidem priscum sibi
B Servarunt. Quisnam te clarius explicat illa
Quae Sacra spectant, ritibusque vel novis
Vel quos laudarat vetus olim Ecclesia passim,
Velata, nunc patent tuo nobis bono.
Macte igitur virtute tua, doctissime MEVRSI,
Nec Lexicon nobis librum puta tuum,
Sed quia Thesauri nomen cum laude meretur,
Thesaurus illi nomen esto rectius,
Qui dum barbaricas voces explanat & ampli
Arcana pandit longe plurima imperi,
C Barbarica ut fugiat procul ignorantia praestat,
In posterumque ut barbarus nemo cluat.

I. LVNTIVS.

Ad Clariss. Virum

IOANNEM MEVRSIVM.

D REgnorum crevit variorum Roma ruinis:
In veterem inque Novam discidio interiit.
Quo vetus arctois infelix praeda colonis,
Exposita Eois altera praeda fuit.
E linguis miscella fuit variantibus una,
Facta e disparibus moribus una fuit.
Barbariesque sequuta involuit densa tenebris
Imperii Veteris notitiam atque Novi.
Sed Veteri prope sunt decora inclita reddita Romae,
E Certatim e priscis eruta ruderibus.
Complorata iacet nova, & exspes sola salutis;
Vine mali, incertum, an temporis invidia.
Rem princeps animo tentavit Meursius alto,
Vique mali evicta, & temporis invidia.
Atque suos sacris ritus, sua iura profanis,
Notitiamque Novi reddidit Imperii.
Macte ausu; vulgus operetur vilibus orsis;
Tu regna & gentes demeruisse velis.

IACOBVS GRVTERVS.

Occl-

Ocellus Lucanus de Nat. Vniversi, cap. III.

Πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ ἑλλὰς, οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον γενομένη μετάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς φύσεως, οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος αὐτοῦ γενομένης, ἀλλὰ καὶ νεοτέρας ἀεὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Horatius in Arte Poetica.

—— mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.
Multa renascentur quae iam caecidere, cadentque
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus:
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi.

GLOSSARIVM GRAECO-BARBARVM.

ΑΒΑΡΥ.

Ἀβαρύ. Non abludit a nostri idiomatis herba, quam *Avaru* adpellamus; estque abrotonum masculum antiquorum. Sed Hesychius origanum facit. Ἀβαρύ. ὀρίγανον. Itidem est in Glossario Graecobarbaro.

ΑΒΒΑΣ.

Ἀββᾶς. *Abbas*. Iustinianus Novell. CXXIII. Κελεύομεν τοίνυν τὸν ἀββᾶν, ἢ τὸν ἀρχιμανδρίτην, τὰς ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προβάλλεσθαι μὴ πάντως κατὰ τοὺς βαθμοὺς τῶν μοναχῶν.

ΑΒΔΟΜΙΟΝ.

Ἀβδόμιον. *Abdomen*. Iulius Africanus De apparatu bellico. Ὁ δὲ μεσόσκιος ὀνομαζόμενος, ὁ μᾶλλον ἁπάντων γάρων ἐπαινοῦσι, τῶν καλουμένων ἀβδομίων.

ΑΒΕΙΝ.

Ἄβειν. *Habere*. Glossae Graecobarbarae. ἄβεις· ἔχεις. Totidem verbis Hesychius. Favorinus adscribit Pamphiliis. ἄβεις. ἔχεις. παμφίλιοι. Corrigendae Glossae Basilicorum. Βίτιον ἄβεῖ. μέμψιν ἔχει. Hodie editur. Βιτονάδε, μέμψιν ἔ.

ΑΒΕΡΤΑ. ΑΒΕΡΤΗΣ.

Ἀβέρτα, sive Ἀβέρτης. *Averta*, Equi ornamentum laterale, pectori substrictum. Glossae Servii. *Averta*. Ἀβέρτης. Suidas. Ἀορτὴν λέγουσιν οἱ πολλοὶ νῦν ἀβέρτην. μακεδονικὸν δὲ καὶ τὸ σκεῦος καὶ τὸ ὄνομα. Sed ἀβέρτα non est Macedonica dictio, ne quid erres in intellectu verborum Suidae, at ἀορτής. Hesychius tibi explicabit, cuius ista verba. Ἀορτής, ξιφιστὴς ὑπὸ μακεδόνων. Imo ad Latinam linguam refertur, cuius manifesta indicia prae se fert. Basilic. Eclog. LVIII Ἐπειδὴ καὶ τῶν ἵππων χρὴ φροντίζειν, ἑξήκοντα λίτρας ἐχέτω ἡ σέλλα, καὶ ὁ χαλινός· ἡ δὲ ἀβέρτα, τουτέστι τὸ ὑπομάσχαλον, ὅπερ ἐπιφέρεται καὶ τῷ νώτῳ (καλεῖται δὲ ἀβέρτα ἐκ τοῦ ἀπεστράφθαι) ἔσω δὲ καὶ αὐτὸ ἑξήκοντα λιτρῶν. εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦτο ποιήσει τὸ ὡρισμένον μέτρον, ἡ σέλλα αὐτοῦ κατακλασθήσεται, καὶ ἡ ἀβέρτα δημευθήσεται. Et in l. *quoniam*. XII. C. de Curs. Publ. *Sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem averta non transeat, ea conditione, ut si quis praescripta Imperatorii moderaminis libramenta transscenderit, eius sella in frusta caedatur, averta vero fisci iuribus deputetur*. Videatur quoque l. *rhedae*. XLVII. Cod. Theodos. eodem Titulo. & l. *si aurum*. XLVII. ibidem. Hinc *Avertarius* in l. *cunctis*. LII. Cod. Theod. titulo citato. *Praeterea illud adiungimus, ut parhippum vel avertam nullus accipiat, nullus impune praesumat*. Invenio etiam in Glossis veteribus. *Liba*. ἀβέρτης. Hodie καβέρτα dicunt.

ΑΒΕΣΤΙΑΡΙΟΣ.

Ἀβεστιάριος. *A vestiario*. Vestiarii praefectus. Constantinus De administr. Imper. Παρῆν ἐν τῇ πόλει καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, καὶ ὁ παρακοιμώμενος, καὶ ὁ ἀβεστιάριος. Vide Βεστιάριος.

ΑΒΗΝΑΙ. ΑΒΙΝΑΙ.

Ἀβῆναι, sive ἀβίναι. *Habenae*. Cedrenus. Τὴν μητέρα αὐτοῦ ἀναστασίαν τὴν αὐγοῦσταν δι' ἀβηνῶν ἐμαστίγωσεν. Oppiani Scholiastes Halieut. I. Σκυτάλαι, ἀβίναι λεγόμεναι. Habenae autem pro flagellis usurpari solitae. Ecce in l. *Cum aliter* I. §. *impuberi*. D. de SC. Silan. *Solet hoc in usu observari, ut impuberes non torqueantur: terreri tantum solent, & habena vel ferula caedi*. Horatius lib. II. epist. II.

In scalis latuit metuens pendentis habenae.

Hoc quoque per occasionem dicendum, flagelli manubrium fuisse deauratum, puta, si Constantinopoli, & de viris illustribus, & Imperatoris nomine, supplicium sumeretur. Clare ingeruit Luitprandus in Legat. *Pauperes sunt, si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluimus; pannosi sunt, servi sunt, rustici sunt; si eos flagellamus, non ipsos sed nos dedecoramus, qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. O utinam alter Episcopus, alter Marchio esset*.

ΑΒΙΣ.

Ἄβις. *Abies*. Glossae Graecobarbarae. Ἄβιν, ἐλάτην, πεῦκον. Hesychius. Ἄβις, ἐλάτη. οἱ δὲ, πεύκη.

ΑΒΙΤΕΥΕΙΝ.

Ἀβιτεύειν. *Habere*. Glossae Basilic. ῥάτομ ἀβιτεύσας. δεκτὸν ἡγητάμενος. Itaque corrigendae eaedem. Ῥατζίωνα ἀβίτευσε. δικαίως κατέσχε. Editur, Ῥατζίωνα βητεῦσαι.

ΑΒΛΑΡΟΣ.

Ἄβλαρος. *Applare*. Cochlear. Hesychius lignum interpretatur. ἄβλαραι. ξύλα. Sic Glossae quoque Graecobarbare. Isidorus in Glos-

Glossis. *Applare. cochlear*. Ausonius epistol. xx.

Iam patinas implebo meas, ut parcior ille
Maiorum mensis applaria succus inundet.

Anastasius in vita Sergii. *Posuit in absida basilicae suprascriptae super sedem apallaream argenteam.*

ΑΒΟΛΛΑ.

Α'βόλλα. *Abolla*. Arrianus in Periplo maris rubri. Καὶ ἱματίων ἀβόλλαι, καὶ γαυνάκαι ἁπλοῖ. Perperam alibi apud eumdem ibidem. Προχορεῖ δὲ εἰς τὺς τόπυς τύτυς ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν αἰγύπτῳ γινόμενα, ἀρσινοητικαὶ στολαὶ, καὶ ἄβολοι νόθοι χρωμάτινοι. Scrib. ἀβόλλαι.

ΑΒΟΥΚΑΤΟΣ.

Α'βυκάτος. *Advocatus*. Caussarum patronus. Alexius Rharturus Doctr. ix. Οὗτοι καυχῶνται καὶ λέγωσιν, ὅτι ἔχωσι τὸν χριστὸν ἀβυκάτον εἰς τὸν πατέρα. Zygomala in epistola quadam. Ε῎παρ τὴν τοιμάντα συ, καὶ ἄμεσον ἀβυκάτον συ.

ΑΒΟΥΛΛΩΤΟΝ.

Α'βύλλωτον. Vide Βύλλα.

ΑΒΟΥΝΚΟΥΛΟΣ.

Α'βύνκυλος. *Avunculus*. Glossae Basilicorum. Α'βύνκυλος, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἤγουν μητριδὸς. Ita corrigo. Perperam editur. ἀβυνκόνδος.

ΑΒΡΙΟΝ.

Α῎βριον, pro Αὔριον. Corona pretiosa. Α῎βριον. *Cras*. Αὔριον.

ΑΒΣΤΙΝΑΤΕΥΕΙΝ.

Α'βστινατεύειν. *Abstinere*. Iustinianus Novell. lxxxix. Διὰ τῦτο εἰς γνησίυς ἀναβάντας ὐκ ἐφίεμεν ἀβστινατεύειν ἑαυτὺς τῆς τῶν πατρώων κληρονομίας. Corrigendae sunt Glossae Basilicor. Α'βστινατεύσει, ἀποκατάστατος γένηται, ἤγυν ἀπόκληρος. Male editur hodie: αὐδιστινατεύσει. Item. Α'βστινατεῦσαι, τὸ ἀφιστάναι. Editur, ἀστινατεῦσαι, τὸ ἀφίσταμαι.

ΑΓΑΕΙΔΑΡΟΣ.

Α'γαείδαρος. Animalis genus. Bartholomaeus Monachus in Elencho Agareni. Λοιπὸν καὶ ὁ πρῶτος ἀγαείδαρος, καὶ ὁ κύων, καὶ ὁ ὄφις ἄνευ σπορᾶς ἐστιν, καὶ ὁ ἐοίκασιν κατὰ τὸ σῶν λόγων καὶ τῷ ἀδὰμ καὶ τῷ χριστῷ. Sed legendum existimo, ὁ πρῶτος γάδαρος, ut infra moneo, in illa voce.

ΑΓΑΛΙΑ.

Α'γάλια. Plane (a). Corona Pretiosa. ἀγάλια. *Plane*. ἠρέμα. Ex Italico, *Eguali*. *Meursii Tom. IV.*

ΑΓΑΠΗ.

Α'γάπη. Convivium clericis vel pauperibus exhibitum caritatis ergo. Origenes contra Celsum lib. i. Καὶ βούλεται διαβάλλειν τὴν καλυμένην ἀγάπην χριστιανῶν. Synodus Gangrensis Can. xi. Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιύντων, καὶ διὰ τιμὴν τῦ κυρίυ συγκαλύντων τὺς ἀδελφὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι, διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνάθεμα ἔστω. Warnefrid. de gestis Longobardorum lib. i. cap. xxvi.

Signat adesse dapes agapes, sed lividus obstat.

Tertullianus Apolog. cap. xxxix. *Coena nostra de nomine rationem suam ostendit: vocatur* ἀγάπη, *id quod dilectio penes Graecos est* (b). Praeterea in litteris quoque aliquem compellantes dicebant. Ἡ ἀγάπη ὑμῶν. Theodoretus Eccles. Hist. v. cap. ix. Τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμει. Innocentius in Epist. ad Cler. Constantinop. Α'λλὰ γὰρ αὐτὴν τὴν ἀναγκαίαν παράκλησιν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης κειμένην ἐγκωμιάζοντες ὑμῶν τὴν πρόθεσιν ἐγνώκαμεν. Basilius in epistola ad Gregorium Theologum. Ὥστε μὴ δυνηθῆναι διαβῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Agnellus in epistola ad Arminium. *Frater Martinus exegit litteras ad tuam caritatem mittendas, adserens sollicitudinem tuam quaerere solatium defensionis fidei Catholicae*. Aunarius in epistola ad Stephanum presbyterum provinciae Africae. *Individuam mihi caritatem tuam divina custodiat pietas, venerabilis frater.*

ΑΓΑΠΗΤΟΙ.

Α'γαπητοὶ Qui cum diaconissis habitabant, sed remoti postea a Iustiniano Novell. vi. Βυλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἀγομένας διακόνυς, εἴ τε ἐκ χηρείας, εἴ τε ἐκ παρθενίας, μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλυμένων ἀγαπητῶν. Iulianus Antecessor Constitut. iii. *Nulla autem facultas diaconissis tributa est, habere secum quosdam veluti fratres, sive cognatos, vel quos dicere solent* ἀγαπητύς.

ΑΓΓΑΘΑ.

Α῎γγαθα. Stuppa. Glossae Latinograecae. *Stuppa*. Κάνναβις. στύβης. ἄγγαθα.

ΑΓΓΑΡΕΥΤΑΔΕΣ.

Α'γγαρευτάδες, Pro, ἀγγαρευταί. Glossae Graecobarbarae. Α'γγαρεύεται. ἐγγυᾶται. ὑπὸ τῶν ἀγγαρευτῶν κατέχεται. ἀπὸ τὺς ἀγγαρευτάδες κρατέται.

ΑΓΓΙΣΤΡΙ.

Α'γγίστρι. Pro, ἄγκιστρον. Corona pretiosa. ἀγγίστρι, *Hamus*. ἄγκιστρον.

(a) *Piano*. Repone pro *plane*, *quiete*, *leniter* aut quid simile. *Donius*.
(b) De Agapis vide plura apud *Cabassutium Notit. Concilior. Baronium Annal. Bonarotium ad Vitra Antiqua*, *Suicerum* in Α'γάπη, *Calmetium in Lexico*.

ΑΓΓΟΥΡΙΟΝ. ΑΓΓΟΥΡΟΣ. ΑΓΓΟΥΡΩΤΟΝ.

Ἀγγούριον, & ἄγγουρος. Placentae genus. Hesychius. Ἄγγουρος, εἶδος πλακοῦντος. Etiam cucumerem significat. Constantinus De Administr. Imp. Τετράγγουρον δὲ καλεῖται, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ μικρὸν δίκην ἀγγουρίου. Simeon Sethi De facultat. cib. Ἀγγούρια, τὰ λεγόμενα σίκυα. Achmes Onirocrit. cap. CCXLIII. Εἰ δὲ ἀγγούρια, εὑρήσει πλοῦτον ἄπιστον. Nicetas in Isaacio Angelo lib. III. Τὴν γὰρ ἐκ τῶν πατρικῶν ἀγγούρων πρὸς τοὺς υἱέας μεταῤῥεῦσαν αἱμωδίαν ὁ κομιδῇ οὗτος ἀλέξιος, ὡς ἔοικεν, παθεῖν κατακέκριτο. Et etiamnum ἀγκούρη est in idiotismo Graecobarbaro. Corona pretiosa. Ἀγκούρη. *Cucumer*. σίκυον. Hinc ἀγγουρωτὸν, gestamen capitis, cucumeris formam prae se ferens, quod Bardariotae gestabant. Codinus de Offic. Aulae Constantinop. Ἐπὶ δὲ κεφαλῆς περσικὸν φόρημα, ἀγγουρωτὸν ὀνομαζόμενον. Nec adsentior viro magno, qui ab angaris deducit.

ΑΓΓΥΛΑΣ.

Ἀγγύλας. *Aquila*. Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. I. cap. III. Κεφαλὴν μικρὰν ὁμαλὴν ἐπαινῶ, ὡς ὁ ἀγγύλας καλούμενος ἀετὸς, γλῶσσαν μέλαιναν. [a]

ΑΓΓΩΝΕΣ. ΑΓΓΩΝΑΡΗ.

Ἄγγωνες. *Angones*. Hastae Francorum. Agathias lib. I. Ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἄγγωσιν ἠμύνοντο βάλλοντες. οὕτω γὰρ αὐτοῖς τὰ ἐπιχώρια δόρατα ἐπωνόμασται. Suidas. Ἄγγωνες. ἐπιχώρια δόρατα παρὰ Φράγγοις. Erant vero neque parvae nimis, neque magnae; sed quibus & comminus ad ictum, & eminus ad iactum uti poterant. Maximam partem muniebant laminae ferreae, in extremo aduncis utrimque mucronibus prominentibus. Vide eumdem Agathiam haud ita longe ab initio lib. II. Etymologici Auctor. Ἄγγωνες, δοράτια οὐ λίαν σμικρὰ, ἀλλ' οὐδὲ μεγάλα, ἀλλ' ὅσον ἀκοντίζεσθαι, εἴ που δέησαι. Quae scire debes ex illo Historico esse desumta. Postea ἀγγωνάρη dixerunt. Anonymus De nuptiis Thesei.
Στὸ ἕνα χέρι βάσταζε σαΐτα μ' ἀγγωνάρη.

ΑΓΔΑΡΤΟΝ.

Ἄγδαρτον. Pro, ἄδαρτον. Glossae Graecobarbarae. Οὐ δεδαρμένον, ἄδαρτον. ἄγδαρτον.

ΑΓΕΛΑΔΑ.

Ἀγελάδα. Iuvenca. Corona pretiosa. Ἀγελάδα. *Iuvenca*. δάμαλις.

ΑΓΕΛΛΑΡΙΟΣ.

Ἀγελλάριος. sive ἀγελάριος, dux gregis. Geminatur λ more recentioribus Graecis usitato. Cyrillus in Lexico. Ἀγελάριοι διὰ τὸ ἄγεσθαι παρά τινος τὰ ζῶα, ἢ τὰ κτήνη. In legibus Georgicis titulus V. est inscriptus, περὶ ἀγελλαρίων. Et occurrit illic pluries.

ΑΓΕΣΤΑ.

Ἄγεστα. Vide ἄκεστα.

ΑΓΖΕΣΤΟΣ.

Ἄγζεστος. Incoctus. Glossae Graecobarb ἀνέζεστα. τὰ μὴ ἐξεσμένα. ἄγζεστα. ἢ ἄβραστα.

ΑΓΙΑΔΕΣ.

Ἀγιάδες. Milites Asiatici. Laonicus Chalcondyles Hist. lib. VII. Ἄλλοι δ' αὖ οἱ ἀγιάδες καλούμενοι, πεζός τε ὅμιλος, ἐπί τε τὰς χρείας τοῦ στρατοῦ χρώμενος διατελεῖ.

ΑΓΙΟΠΟΛΙΤΙΚΟΝ.

Ἁγιοπολιτικόν. Troparium quoddam. In Breviario Graecorum. Καὶ τὸ ἁγιοπολιτικὸν δὶς, ὀκτὼ γὰρ στίχους κρατοῦμεν. Iterum alibi. Ψάλλομεν στιχηρὸν, τὸ ἁγιοπολιτικὸν πλαγίου β' δὶς, καὶ μαρτυρικόν.

ΑΓΙΟΣ.

Ἅγιος. Acclamatio in coronatione Imperatoris. Codinus de Offic. Aulae Constantinopol. Ὁ δὲ πατριάρχης χρίει σταυροειδῶς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως τῷ θείῳ μύρῳ, ἐπιλέγων μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸ, ἅγιος. οἱ δὲ ὄντες ἐν τῷ ἄμβωνι πάντες περὶ τὸν πατριάρχην διαδεχόμενοι τὴν φωνὴν λέγουσι καὶ αὐτοὶ ἐκ τρίτου τὸ, ἅγιος. Cantacuzenus lib. I. cap. XLI. *Patriarcha in formam crucis verticem Imperatoris sacro unguento perlinit, & elata voce addit*, ἅγιος, *quam excipientes, qui in ambone stant, ter pronuntiant.*

ΑΓΙΤΑ.

Ἀγίτα. Auxilium. Italicum, *Aita*. Glossae Graecobarbarae. Ἔχει βοήθειαν, καὶ ἀγίταν. Iterum alibi. Ἀρωγή. βοήθεια. ἀγίτα.

ΑΓΙΤΙΑΖΕΙΝ.

Ἀγιτιάζειν. Adiuvare. Opitulari. Ex Italico, *Aitare*. Glossae Graecobarbarae. Χράζει μοναῦτα τὸν θεὸν νὰ σὲ βοηθήσῃ, καὶ νὰ σὲ ἀγιτιάσῃ.

ΑΓΙΩΣΥΝΗ.

Ἁγιωσύνη. Hac voce utebantur in sermone, aut epistolis ad Episcopos, & Patriarchas. Alypius Presbyt. in Epist. ad Cyrillum Archiepiscopum. Τὰ γράμματα τῆς ἐμῆς βραχύτητος ἐπιδίδωσι τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ. Ioannes Tzetzes, in epistola ad Metropolitanum quemdam. Εἰ δέ τινος καὶ δέοιμεν ἑτέρου, οὐκ ἂν τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ ἐδήλωσα. Balsamon in Responsis ad Marcum Patriarcham. Τὸ γοῦν παρὰ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ συντεθὲν γράμμα διαλαμβάνει ταῦ-

[a] Num ex Italico *Aguglia*, quo utitur *Danthes*?

ταῦτα ῥητῶς. Basilius Cappadox in Quaesitis. Ἔτι δέομαι μαθεῖν παρὰ τῆς ἁγιωσύνης σου τί ὀφείλω ποιῆσαι εἰς τοὺς πρὸς ἐνα ἔχοντας οἰκέτῃ. Hoc praeterea admonendum per occasionem. Patriarcha Metropolitanos, & Archiepiscopos in literis ἱερωτάτους simpliciter adpellabat, ipsi autem sese mutuo πανιερωτάτους. Codinus de Offic. Aulae Constantinop. Ὁ μὲν οὖν πατριάρχης γράφει τοὺς μητροπολίτας καὶ ἀρχιεπισκόπους ἱερωτάτους. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς πρὸς ἀλλήλους πανιερωτάτους. Et vis videre exemplum eius rei? Ioannes Metropolitanus Naupacti in Confess. Πανιερώτατε ἄρτης ἐν κυρίῳ συναδελφὲ, πολλάκις ἐγένετό μοι δι' ὄχλου ἡ ἁγιωσύνη σου περὶ τῆς ἐν ἄρτῃ μόνης.

ΑΓΚΑΡΕΥΤΑΣ.

Ἀγκαρευτάς. Glossae Graecobarbarae. Οἱ δοῦλοι τῆς αὐλῆς περισκοποῦντες πολλὰ τοὺς φορολόγους, ἤγουν ἀγκαρευτάδες.

ΑΓΚΟΝΑ. ΑΓΚΟΝΑΣ.

Ἀγκόνα. Palma manus. Glossae Graecobarbarae. Ἀγοσὸς, τὸ ἐντὸς τῶν χειρῶν. ἡ ἀγκόνα. ἡ παλάμα. At ἀγκόνας est pro ἀγκών. Cubitus. Eaedem Glossae. Ἄγος. ὁ ἀγκών. ὁ ἀγκόνας.

ΑΓΚΟΥΡΗ.

Ἀγκούρη. Vide Ἄγουρον.

ΑΓΚΟΥΡΙΔΑ.

Ἀγκουρίδα. Corona pretiosa. Ἀγκουρίδα. *Uva acerba*. Ὄμφαξ.

ΑΓΚΡΙΖΕΙΝ.

Ἀγκρίζειν. Offendere. Laedere. Glossae Graecobarbarae. Ἔνι ἀγκρισμένοι, καὶ μνησικακοῦσιν. ἔνι ἐχθρεμένοι, καὶ φυλάγουσιν τὴν κακίαν.

ΑΓΚΡΙΦΙΑ. (a)

Ἀγκρίφια. Cyrillus in Lexico. Σφρομάσιν, κοντάρια μετὰ ἀγκρίφια, ἤως πέρτζῳ.

ΑΓΝΑΤΟΙ. ΑΓΝΑΤΙΟΝ.

Ἀγνάτοι. *Agnati*. Basilius Achridenus in Responsis. Καὶ διαφορά τις οὐκ ἔσται ἀγνάτων καὶ κογνάτων. Glossae Basilicorum. Ἀδγνάτος λέγεται ὁ ἀπὸ ἀρσενικοῦ γένους καταγόμενος, ἤγουν ὁ ἐκ τοῦ ἀρσενικοῦ τεκθάς. Frequenter occurrit in libris Iureconsultorum Graecorum. Inde Ἀγνάτιων. Agnatio. Eaedem Glossae. Ἀδγνατίωνα. ἀῤῥενογονίαν.

ΑΓΝΩΓΙΝ.

Ἀγνώγιν, sive Ἀγνώγιον, pro Ἀνώγεων. Coenaculum. Glossae Graecobarbarae. Ἐν τῷ ὑπερώῳ. εἰς τῷ ἀνώγεων. εἰς τὸ ἀγνώγιν. Iterum alibi. Ἀνώγεων. ἀγνώγιον. ἀγνώγιν.

(a) Vertendum esse Vnci. *Donius*.

ΑΓΟΡ.

Ἀγόρ. Aquila. Vide infra Ἀϊτὸς.

ΑΓΟΡΑΔΑ.

Ἀγοράδα. Emtio. Glossae Graecobarbar. Ἀῤῥαβῶνα ἔνι ἡ πρώτη κατάθεσις, ἤγουν τὸ πρῶτον χέριν, ὅπου δίδεται εἰς ταῖς ἀγοράδαις καὶ πώλησες, διὰ τὰ πωλημένα καὶ ἀγορασμένα.

ΑΓΟΥΡΟΙ.

Ἄγουροι. Nicetas in Isaacio Angelo lib. III. Τὴν γὰρ ἐκ τῶν πατρικῶν ἀγούρων πρὸς τοὺς υἱέας μεταῤῥεύσαν αἱμωδίαν καὶ ὁ κομνηνὸς ἔτος ἀλέξιος, ὡς ἔοικε, παθεῖν καλαπέκριτο. Anna Comnena lib. VII. Καὶ μεταπαλεσάμενος τῶν ταλτίκιον, ἐνετέλλετο συμπαραλαβεῖν τούς τε καλουμένους ἠνδρωμένους ἀγούρους, καὶ των περὶ τὴν θεραπείαν αὐτοῦ οἰκειοτέρων τοὺς λογάδας, καὶ τοὺς λατίνους ἅπαντας.

ΑΓΡΑΚΤΟΝ.

Ἄγρακτον. Axis. Glossae Graecobarbarae. Ἄξων. τὸ ξύλον ὅπου διαβαίνει ἀνάμεσα τοὺς τροχοὺς, ὃ σήμερον καλεῖται ἄγρακτον. Proprie significat Fusum, depravatum ex Ἄτρακτος. Glossae Graecobarbarae. Ἄγρακτον. βέλος. σαγίττα. ἀγράκτιν. κλωστὴρ τοῦ νήματος.

ΑΓΡΑΡΙΟΝ.

Ἀγράριον. Navigii genus. Anna Comnena lib. VII. Καὶ Ναῦς κατασκευάσας πολλὰς πρὸς ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἀγράρια σκεπαστὰ, προσώρμιζε ταῖς κλυζομέναις.

ΑΓΡΙΑ.

Ἀγρία. Gramen. Suidas. Ἄγρωστις. εἶδος βοτάνης. ἡ κοινῶς ἀγρία.

ΑΓΡΙΑΓΚΟΥΡΕΑ.

Ἀγριαγκουρέα. Agrestis cucumer. Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. II. cap. XLII. Ἀγριαγκουρέας ῥίζαν μετὰ ὄξους. Orneosophion. Ἢ ἀγριαγκουρέας ῥίζαν πελεκίσας ποίησον ὥσπερ ὑπόθετον.

ΑΓΡΙΑΝΘΡΩΠΟΣ.

Ἀγριάνθρωπος. Corona pretiosa. Ἀγριάνθρωπος. *Satyrus*. Σάτυρος.

ΑΓΡΙΟΘΩΡΕΙΝ.

Ἀγριοθωρεῖν. Torvum videre. Torvo vultu esse. Glossae Graecobarbarae. Ἀγρίως βλέπειν. νὰ ἀγριοθωρῇ.

ΑΓΡΙΟΜΑΛΑΧΟΝ.

Ἀγριομάλαχον. Malva silvestris. Demetrius Constantinopol. Hieracosophii lib. II. capit.

pit. XXXII. Ρ'ίζας ἀγριομαλάχης συνάξεις· καὶ τρίψεις, καὶ εἰς ὄξος δριμὺ ἐμβαλᾶς.

ΑΓΡΙΟΜΕΛΙΝΤΖΑΝΑ.

Α'γριομελιντζάνα. Oleris genus. Theocriti Scholiastes Idyll. x. Τρύχνος καὶ τρύχνη, εἶδος λαχάνου, ἡ κοινῶς λεγομένη ἀγριομελιντζανα, Apud Myrepsum est ἀγριομελίτζανον lib. de Antidotis cap. CCCCLXIV.

ΑΓΡΙΟΠΙΑΝΟΣ.

Α'γριοπίανος, pro ἄγριον πήγανον. Glossae Graecobarbarae. Α'γριοπήγανον· βοτάνη. ἀγρόχορτον. ἀγριοπίανος.

ΑΓΡΙΟΠΟΥΛΙΟΝ.

Α'γριοπούλιον. Avis fera. Orneosophion. Ο'φείλεις ἀηδόναι συχνότερον πρὸς τοὺς ζαγάνους ἀγριοπουλία, ἤτοι περιστέρια, τρυγόνια, καὶ ἕτερα ὅμοια.

ΑΓΡΟΣΚΙΛΛΑ.

Α'γρόσκιλλα. Scilla agrestis. Glossae Graecobarbarae. Α'σφόδελος, σκιλλῶδες φυτόν. ὁποῦ ἔχει εἰκόνα καὶ ἰδέαν τῆς σκίλλας, ἤγουν ἀγροσκίλλας.

ΑΓΡΙΟΣΥΚΗ.

Α'γριοσυκή. Marisca (a). Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. II. cap. IX. Σπέρμα ἀγριοσυκῆς, μέλι ὀλίγον, οἶνον παλαιὸν, μίξας ὁμοῦ Iterum cap. XXXVI. Σπέρμα ἀγριοσυκῆς, καὶ κράμβην ὁμοῦ τρίψαντες, διὰ τῶν ῥινῶν ἐγχέουσιν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις.

ΑΓΡΙΟΣΦΑΚΤΟΝ.

Α'γριόσφακτον. Caprea. Glossae Graecobarbarae. Αἴγαγρον. αἶγα ἄγριον. ἀγριόσφακτον.

ΑΓΡΙΟΧΟΙΡΟΣ. ΑΓΡΙΟΧΟΙΡΙΔΗ.

Α'γριόχοιρος. Aper. Nicetas in Isaacio Angelo. Καὶ δὴ καὶ τὸν καλυδώνιον ἀγριόχοιρον, ὃς ἐν τῷ ἱππικῷ φρίσσων τὴν ἐπινώτιον τρίχα ῥύδην φέρεται, τῆς βάσεως καθελὼν μετήνεγκεν εἰς τὸ μέγα παλάτιον. Recentiores dixerunt, ἀγριοχοιρίδη. Anonymus De nuptiis Thesei.

Α'λλος αὐτὴ μὲν ἔκαμε μὲν ὡς ἀγριοχοιρίδη,
Ο'ποῦ γρυκᾷ τοὺς κυνηγοὺς.

ΑΓΡΟΛΙΑ.

Α'γρολιά. Oleaster. Glossae Graecobarbar. Α'γριφος, γένος τι τῆς ἀγρίας ἐλαίας. γένος κάπιον τῆς ἀγρολιᾶς.

ΑΓΡΟΝΙΣΤΟΣ.

Α'γρόνιστος. Ignotus. Glossae Graecobarb. Α'γνωστον. ἀφανές. ἀγνώριστον. ἀγρόνιστον. κεκρυμμένον.

(a) Imo caprificus Marisca, ut liquet ex Scriptoribus Rei rusticae, non est ἀγριοσυκή. *Donius*.

ΑΓΡΥΛΗ.

Α'γρύλη. Silentium. Glossae Graecobarbar. Α'γρυξία. ἀγρύλη· μύλλωμαν.

ΑΓΧΙΑΛΛΟΣ.

Α'γχίαλλος. Lusus genus. Vide Μάρων.

ΑΓΩΓΙΑΤΙΚΟΝ.

Α'γωγιατικόν. Sarcina. Glossae Graecobarb. Α'γώγιμα. φορτία· ἀγωγιατικά.

ΑΔΒΕΝΗΣ.

Α'δβένης· *Advena*. Glossae Basilicorum. Α'δβένης· ἄποικος. Ita lego, non ἀβδένης.

ΑΔΕΛΦΑΔΕΣ.

Α'δελφάδες. Sorores. Glossae Graecobarb. Σύγγαμβροι. οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες· ἐκεῖνοι ὅπου ἔχουσι δύο ἀδελφάδες γυναῖκες.

ΑΔΕΛΦΑΤΟΝ.

Α'δελφάτον. Fraternitas. Omnes enim eiusdem Monasterii Monachi ἀδελφοὶ dicebantur, inde deducta vox est. Et, aliquem adsumere εἰς τὸ ἀδελφάτον, nihil aliud est, quam inter *Fratres* recipere. In Constitut. quadam Alexii Comneni. Στερουμένων δὲ καὶ αὐτῶν διὰ τὸ τὴν ἐπιστασίαν τούτων ὑπελθεῖν τῶν προεστώτων αὐτοῖς ἡγουμένων. καὶ οἰκονομιῶν, καὶ ἑτέρων λειτουργιῶν, ἢ καὶ τῶν ἁπλῶς λεγομένων ἀδελφάτων. Item in alia eiusdem. Πλὴν εἰ κελεύει ὁ ἁγιώτατός μου δεσπότης λαμβάνειν χρέαν ἀδελφάτου. Balsamon De Privileg. Patriarch. Ο'σα πρὸ ταύτης ἔσχον κατὰ τὴν μεγαλόπολιν δίκαια, ἡγουμενείας δηλαδὴ, ἀδελφάτων σιτηρέσια, καὶ λοιπά. Et ad Syn. VI. Can. XXXVII. Ε'χέτω καὶ αὖθις τὰ προσόντα αὐτοῖς ἡγουμενεῖα, καὶ ἀδελφάτα, καὶ ὀφφίκια. Hoc est, quod *Fraternitatem accipere* vocat Irmbertus in epistola ad Abbatem Admontensem. *Capitulum Canonicorum intravi, & domino meo Brunone Episcopo pro me agente, fraternitatem ab ipsis accepi.*

ΑΔΕΛΦΟΤΗΣ.

Α'δελφότης. Hac voce utebantur inter se Imperatores, ac Reges, ut etiam hodie. Menander De Legat. Χάριν ἀπονέμομεν τῇ ἀδελφότητι τοῦ καίσαρος περὶ τῆς χρείας τῆς εἰρήνης τῆς μεταξὺ τούτων τῶν δύο πολιτειῶν. Iterum. Η' ἀδελφότης τοῦ καίσαρος πέτρῳ μαγίστρῳ τῶν ῥωμαίων καὶ εὐσεβίῳ ἐκέλευσε καὶ ἐπέτρεψε. Luitprandus in Legat. de Othone Imperatore loquens ad Nicephorum Phocam. *Sed & optimam amicitiae arrabonam fraternitati tuae nunc Dominus meus contulit.* Et ἀδελφοὺς, itidem sese mutuo vocabant. Apud eumdem Menandrum in epistola Chosroae. Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων &c. Ι'ουστινιανῷ καίσαρι. ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Et alio loco. Νῦν δὲ ὁ σὸς μὲν ἀδελφὸς, δεσπότης δὲ ἐμὸς, ἔθετο ἐν νῷ ἐμφρονέ-

φρονέσατα οἶμαι. Vtebantur quoque Patriarchae, Episcopi, & quivis de Clero. Synesius Episcopus Cyrenaeus in epistola LXXII. quae est ad Episcopos. Υ᾽πηγορεύσαμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα γράμματα τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γνώμην μηνύοντα. Musalon in Sancitis. Η᾽κουσεν ὑπὸ τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ τῆς συνεδριαζούσης ἀδελφότητος, ὡς οὐκ ἐπὶ μόνῳ τῷ γαμικῷ συναλλάγματι ἀῤῥαβῶνας νενόμισται δίδοσθαι. Theodosius item Patriarcha in Sancitis. Η᾽ξίωσε τὴν ἡμῶν μετριότητα καὶ τὴν ἱερὰν ἀδελφότητα μαθεῖν. Ivo Carnotensis Episcopus epist. CXXIII. ad Sanctionem Coepiscopum. *De Gervasio non debet fraternitas vestra mirari, vel indignari.* Adelmannus ad Berengarium. *Haec ante hoc biennium quum audissem, fraternitatem tuam per epistolam convenire, idque ex teipso certius esse sciscitandum decrevi.* Buggo Episcopus VVormaciensis in epist. ad Canonicos Bambergenses. *Memor fraternitatis vestrae, & dulcissimae educationis, ad lacrimas compungor.*

ΑΔΕΜΠΤΕΤΕΙΝ.

Α᾽δεμπτεύειν. *Adimere*. Glossae Basilicorum. Α᾽δεμπτευθὲν, ἀφαιρεθέν. ἀδεμπτεύει, ἀφαιρεῖται. ἀδεμπτεύων, ἀφαιρούμενος.

ΑΔΕΣΤΡΑΤΑ.

Α᾽δέστρατα. Impedimenta, & sarcinae militares. Vide Glossarium eruditissimi amici nostri, Nicolai Rigaltii.

ΑΔΕΦΕΝΔΕΥΤΟΙ.

Α᾽δεφένδευτοι. *Indefensi*. Iustinian. Nov. CLV. Πρὶν ἂν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑαυτῶν προβολῆς κατάθεντο, μὴ τοὺς νέους καταλιμπάνειν ἀδεφενδεύτους. Glossae Basilic. Ο῞τι καταβάλλει τὰ κριθησόμενα ὁ πρωκουράτωρ, καὶ ὅτι ἀδεφένδευτον, ἤγουν ἀνεκδίκητον, οὐκ ἐᾷ τὴν δίκην.

ΑΔΙΑΝΟ.

Α᾽διανό. Vacuum. Corona pretiosa. Α᾽διανό. *Vacuum*. Κενόν.

ΑΔΙΝΑΤΕΥΕΙΝ. ΑΔΙΤΕΥΕΙΝ.

Α᾽δινατεύειν. *Adire*. Glossae Basilic. Α᾽δινατεῦσαι, ὑπεισελθεῖν. ἀδισινατεύει, ὑπεισέρχεται. Corrige, ἀδινατεύει. Sed rectius est, ἀδιτεύειν, & ἀδιτεύει. Sic postea in iisdem Glossis. Α᾽διτεύει, ὑπεισέρχεται.

ΑΔΙΟΥΔΙΚΑΤΕΥΕΙΝ.

Α᾽διουδικατεύειν. *Adiudicare*. Addicere. Glossae Basilicorum. Α᾽διουδικατεύειν, προσκυροῦν. Editur, Α᾽δινδικατεύειν.

ΑΔΝΟΥΜΙΟΝ. ΑΔΝΟΜΙΑΖΕΙΝ. ΑΔΝΟΥΜΙΑΣΤΗΣ.

Α᾽δνούμιον. Descriptio militum, ut inquit Suidas, cuius haec sunt verba. Α᾽δνούμιον· ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ ῥωμαίοις. οἱ δὲ ἀννυμῖνος. Vide eumdem in Α᾽ννυμῖνος, illic iterat. Glossae Basilicorum. Α᾽δνούμιον, κατ᾽ ὄνομα διέρχεσθαι. Est ergo delectus, & census militum. Haec actio ἀδνουμιάζειν dicebatur. Nicephorus περὶ παραδρομῆς πολέμου, cap. IV. Εἶτα οὕτω ἀπέρχεσθαι ἑτέρους εἰς τούτων ἀπαλλαγὴν καλῶς ἀδνουμιαζομένους, καὶ εὐτρεπιζομένους παρὰ τῶν ἀρχόντων. Sed fiebat is census, vel singulis, quandoque diebus per banda, & cohortes, vel generaliter per universum exercitum. Banda, & cohortes censebant merarchae; universum autem exercitum magnus Domesticus, & defectuum supplendorum curam habebat ille, qui μέγας ἀδνουμιαστὴς dicebatur. De merarchis accipio ex Mauricii Strateg. VII. Χρὴ παρασκευάσειν τοὺς μεράρχας τὰ βάνδα ἀδνουμιάζειν πρὸ μιᾶς ἢ δευτέρας ἡμέρας τοῦ πολέμου, καὶ οὕτως ἐπιδιδόναι τοῖς βανδοφόροις τῶν ταγμάτων. Et intelligendus de iisdem Anonymus περὶ καταστάσ. Α᾽πλίκτου. τὰ ἡμερήσια (ἀδνούμια) καθὼς ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς χρὴ γίνεσθαι. καὶ ἕκαστον τῶν μικρῶν ἀρχόντων τῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν τὸν ὑπ᾽ αὐτὸν λαὸν καθ᾽ ἑκάστην βλεπέτωσαν. De generali censu habes apud eumdem. Τὰ δὲ καθολικὰ ἀδνούμια οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα πρὸς ἀσφάλειαν καὶ σύστασιν τοῦ παντὸς εἰσὶ στρατεύματος, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν παλαιῶν στρατηγῶν οὐ μετρίως γὰρ καὶ αὐτοὶ τῶν τοιούτων ἀδνουμίων ἐφρόντιζον. De munere vero illic magni Domestici, & magni Adnumiastae, clare est videre apud Codinum De Offic. Aulae Constantinop. Ο῾ μέγας ἀδνουμιαστὴς τοῦ φοσσάτου ἀδνουμιαζομένου παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πάρεστι μὲν καὶ αὐτός. ἐὰν δέ τινες ὦσιν ἀπὸ τούτων στερούμενοι ἀλόγων, ἢ ἁρμάτων τινῶν, ἀπογραφόμενος οὗτος τὰ λείποντα, ἐπιμελεῖται ἀναπληρῶσαι ταῦτα. Sed quid factum in isto censum militum? In partem vides in verbis citatis Codini. Ε᾽ὰν δέ τινες ὦσιν ἀπὸ τούτων στερούμενοι ἀλόγων, ἢ ἁρμάτων τινῶν, &c. Quo loco falluntur egregie Viri docti, qui ἅρματα interpretantur *currus*, quum debuissent, *arma*. Et Leo in Tacticis Constit. VI. Χρὴ ἐπιμελῶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς τε ῥόγας καὶ ἀδνουμίου καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν καὶ τὰ ἅρμα ἀπογράφεσθαι καὶ καταζητεῖσθαι. Plenissime autem omnium Anonymus loco citato. Ε᾽ξέσι τοίνυν πρὸ τοῦ τῆς πολεμίας ἐπιβῆναι γῆς ἅπαν ἀδνουμιάζειν τὸ στράτευμα δι᾽ οἰκείων καὶ πιστῶν ἀνθρώπων τοῦ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, ὅπως γνωσθῶσιν ὅσοι μὲν πρὸς τὸ ταξιδεῦσαν σύνεισιν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ὅσοι δὲ ὑπελείφθησαν οἴκοι, ὅσοι δὲ καὶ ἔφυγον, πρὸς τούτοις καί τινος μὲν ἐν ἀληθείᾳ δι᾽ ἀσθένειαν ὑπελείφθησαν, τίνες δὲ καὶ τεθνήκασιν. καί τινες καλῶς τούς τε ἵππους καὶ τὰς πολεμικὰς πανοπλίας κέκτηνται. Magni vero Adnumiastae insigne erat, sceptrum argenteum cum nodo, cui insidebat columba; nam habitu cum ceteris communi utebatur. Codinus, quem paulo ante citavi. Τὸ δικανίκιον (τοῦ μεγάλου ἀδνουμιαστοῦ) ἀχρύσωτον, ἔχον ἐπάνω κόμβον ἕνα καὶ μόνον, ἔχοντα ἐπικαθημένην περιστεράν.

ΑΔΟΝΙΝ.

Α᾽δόνιν, pro ἀηδών. Glossae Graecobarbarae.

Α᾽η.

Α'ηδῶν. εἶδ☉- πετεινοῦ. θεωρία πετομένου. ζώου. ἀδόνιον.

ΑΔΡΑΚΤΗ.

Α'δράκτη, pro ἄτρακτ☉-. Corona pretiosa. Α'δράκλη· *Fusus*, Α'τρακλ☉-.

ΑΔΡΑΣΚΕΛΗΜΑ.

Α'δρασκέλημα. Passus. Corona pretiosa. Α'δρασκέλημα. *Passus*. Βῆμα.

ΑΔΣΙΓΝΑΤΕΥΕΙΝ.

Α'δσιγνατεύειν. *Adsignare*. Theophilus Institut. lib. III. capit. VIII. Γέγονε δὲ κατὰ ταῦτα δόγμα συγκλήτε τὸ λέγον, ἐξεῖναι τῷ πάτρωνι πολλὰς ἔχονλι παῖδας, ἑνὶ τέτων ἀδσιγνατεῦσαι, ἤτοι προσκυρῶσαι τ ἀπελεύθερον. Et postea. Οὐ μόνον ᾗ ἀπελεύθερον, ἀλλὰ καὶ ἀπελευθέραν ἔξεστιν ἀδσιγνατεῦσαι τῷ πάτρωνι.

ΑΕΡΑ.

Α'έρα, pro ἀήρ. Ioan. Glycas De Van. vitae. Εἰς τόπον ἄλλον σκοτεινὸν, καὶ γῆν χωρὶς ἀέραν.

ΑΕΡΙΚΟΝ.

Α'ερικόν. Tributum liberi aeris nomine impositum praediis a Ioanne Michaelis Paphlagonis fratre. Cedrenus. Πονηρότατ☉- ᾗ ἦν πρὸς ἣν ἄν τις εἴπῃ κακίαν, πᾶσαν ἐφεῦρεν ὁδὸν ἀδικίας, προσθεὶς ἐπέκεινα τῶν τελεσμάτων διδόναι ἕκαστον τῶν χωρίων ὑπὲρ ἀερικῦ κατὰ τὴν ποιότηλα καὶ ἰσχὺν αὐτῦ, τῷ μὲν νομίσμαλα τέσαρα, τῷ ᾗ ἕξ, ἄχρι τῶν εἴκοσι. Leo Tactic. Constit. XX. Α'ρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους, καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά. Et apud Harmenopulum lib. I. Tit. IV. Sectio est, περὶ τῶν ζητυμένων ἀερικῶν.

ΑΖΑΠΙΔΕΣ.

Α'ζάπιδες. Pedites Turcici. Laonicus Chalcondyles Hist. lib. V. Ε'χων τότε εὐρώπης στράτευμα, καὶ ἀζάπιδας τὺς τύρκων πεζοὺς οὕτω καλυμένους. Occurrit illic pluries.

ΑΖΑΡΙΑ.

Α'ζαρία. Tesserae. Corona pretiosa. Α'ζάρη. *Taxillus*. Κῦβ☉-. Malaxus in Hist. Patriarch. Μιᾷ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκαθέζετο ὁ αὐτὸς πρωτοβεστιάρι☉- μετά τινων ἀρχόντων, καὶ ἔπαιζαν τὰ ἀζάρια, ἤγυν τὴ ταυλῆ, καὶ παίζοντα ἄπλωσε νὰ ἐπάρη τὰ ἀζάρια, νὰ ῥίξει. Sed & ζάρια dicebant truncate. Glossae Graecobarbarae. Α'ντίζηλον. Α'σραγαλῶδες ἐν κύκλῳ, καὶ εἰς τὸν γύρον ὅλον μέτυς ὄζυς. ἢ ὁ γύρ☉- γεμάτ☉- ζάρια. Nicetas, in Isaacio, & Alexio. Συνεμέθυε μετ' αὐτῶν, καὶ δύο ἡμέρας πολλάκις ἐποίει παίζων ταβλία καὶ τὰ ζάρια. Cyrillus in Lexico. Κύβοις, ταυλίοις. κύβοι λέγονται καὶ τὰ ζάρια· ἐξ ὧ καὶ κυβισαὶ οἱ ζαρισαί. Ergo hinc etiam, ut vides, ζαριστής. Aleator. (a)

(a) Apud nos *Zara* vocatur.

ΑΖΑΤΟΣ. (b)

Α'ζάτ☉-. Constantinus De Administ. Imp. Ω'ν καὶ τὰ ἴσα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε διὰ τῦ ζυρβανύλη ἀπ' τῦ ἀζάτυ αὐτῦ. Anonymus De Nuptiis Thesei.

Καὶ τότες πάλι παλαμῶν ἐφώναζεν ἀζάτων,
Καὶ με τοιῦτω λαλιὰν συνάση τὺς ἰδίυς.

Constantinus lib. I. Them. XII. Ο' μέγας ἐκεῖν☉- καὶ γιγαντοειδὴς ἀρμένι☉- τ ἀγγερίνης τ λαικαστρίας γαμβρὸς ὁ μακρόχειρ ἐκεῖν☉- καὶ περιδέξι☉-, ὃν κατὰ τὴν τῶν ἀρμενίων διάλεκτον ἀζάτον ἐκάλυν. Huc pertinet, quod apud Hesychium legitur, Α'ζάτη. ἐλευθερία.

ΑΖΟΓΓΥΡΟΝ.

Α'ζόγυρον. Vox ignota. Occurrit apud Myrepsum lib. De Drosatis, cap. LXXVIII. Iterum lib. De Hedricis, cap. XIX. Et Α'ζόγηρον scribitur.

ΑΣΩΧΟΙΡΕΙΑ.

Α'σωχοιρέα. Apud Myrepsum lib. De Decoctis, cap. XXVI. Existimo depravatum ex *Cichorea*.

ΑΗΔΟΝΑΚΙΟΝ.

Α'ηδονάκιον, pro ἀηδών. Luscinia. Anonymus De Nuptiis Thesei.

Καὶ τ' ἀηδονάκια τάμορφα στερκτ' ἀπετὴν ἡμέραν.
Ε'κηλαδῦσασι γλυκύα εἰς ταῖς κορφαῖς ἀπάνυ.

ΑΗΡ.

Α'ήρ. Sudarium, quo Sacerdos utebatur in Liturgia. In Lyturgia Chrysostomi. Ο' ᾗ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τῦ διακόνυ. Et postea. Εἶτα ἀποτίθησι τὰ καλύμματα ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τῦ ἁγίυ δίσκου, καὶ τῦ ἁγίου ποτηρίου, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τῶν ὤμων τῦ διακόνου, καὶ θυμιάσας αὐτὸν, ἐπισκεπάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια. Item in Liturgia Praesanctificatorum. Ο' δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ τὰ ἅγια, καὶ ἀσπάζεται τὸν ἀέρα προσκυνῶν. Euchologium. Καὶ σκεπάζει τὸ πρόσωπον αὐτῦ μετὰ τῦ ἀέρ☉-, καὶ τιθέασιν, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἐπάνω αὐτῦ. Proprie sic adpellabant in partibus Ierosolymorum. Typicum Sabae, cap. XXX. Αἴρει δὲ ὁ ἱερεὺς τὰ καλύμματα ἐκ τῶν ἁγίων, καὶ σκεπάζει αὐτὰ μετὰ τ ἀναφορᾶς, ἤτοι τῦ ἀέρ☉-. ὕτω γὰρ καλεῖν εἰώθασιν αὐτὰ ἐν τοῖς τῶν ἱεροσολύμων μέρεσιν. Eadem in Triodio, Mysticam significationem tradit Germanus in Hist. Eccles. Τὸ καταπέτασμα, ἤγυν ὁ ἀήρ, ἐστὶ καὶ λέγεται ἀντὶ τῦ λίθυ, ὃ ἠσφαλίζετο τὸ μνημεῖον ὁ ἰωσήφ. Et mox adpellationis quoque reddit rationem. Διὰ τι ἄλλο γὰρ τὸ κάλυμμα τῦτο ἀὴρ ὀνομάζεται; ἢ πάντως διὰ τὸ τὸν ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτῦ σκοτεινὸν ἀέρα τῆς εἰρημένης νυκτὸς εἰκονίζεσθαι. Apud Codinum ponitur pro umbone sciadii.

(b) Vocabulum Armenium. *Donius*.

ΑΘΗΝΙΟΝ.

Ἀθήνιον, pro Ἄνηθον. Glossae Graecobarb. Ἀνθρήσκιον. λάχανον ἔχον ἄνθος. ἤγουν πᾶσα χόρτον ἀθθισμένον, ὡς ἀθήνιον, ἢ τὸ ἄννησον.

ΑΘΘΟΣ. ΑΘΘΕΙΝ.

Ἄθθος, pro Ἄνθος. Glossae Graecobarb. Ἀκακαλλὴς, ἄνθος ναρκίσσου. ἄθθος τοῦ ναρκίσσου. Et occurrit illic pluries. Sic Ἀθθᾶν, pro Ἀνθᾶν, Florere. Ibidem.

ΑΘΘΥΜΑΣΘΑΙ.

Ἀθθυμᾶσθαι, pro Ἐνθυμᾶσθαι. Glossae Graecobarbarae. Δὲν ἀθθυμᾶται τὰ κακὰ μηδὲν ἐνθυμᾶται τῶν κακῶν. Iterum alibi. Μνησικακοῦσιν, ἤγουν ἀθθυμοῦνται τὴν κακίαν.

ΑΙΓΕΙΟΠΡΑΤΗΣ.

Αἰγειοπράτης. Olimpiodorus in Platonis Gorgiam, cap. XLII. Ὁ ἰατρὸς ἔχει τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῷ, οἷον καπήλους διὰ καλὸν οἶνον, καὶ αἰγειοπράτας διὰ τὸ κελεύειν θάλπεσθαι τὸ σῶμα.

ΑΙΓΙΝΟΝ.

Ἄιγινον. Ponderis genus. Orneosophion. Καὶ πάλιν μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ δὸς αὐτῷ σκορδουλίου αἴγινα πέντε.

ΑΙΓΟΜΑΝΔΡΗ.

Αἰγομάνδρη. Caprile. Exstat apud Crusium in Turco-Graecia.

ΑΙΔΙΛΙΚΙΟΙ.

Αἰδιλίκιοι. *AEdilicii*. Paeanius in Metaphrasi Eutropii lib. v. Ἡ δὲ τῶν αἰδιλικίων ἀρχή τις ἦν ἧς πρώτης οἱ παρόντες ἐπὶ τὰ πράγματα τῆς πόλεως ἐτύγχανον.

ΑΙΜΗΜΟΝΤΟΣ.

Αἰμήμοντος. *Haemimontus*. Haemus mons. Codinus De Offic. Aulae Constantinopol. Ὁ Ἀνδριανουπόλεως ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος μημόντου Corrige, Ἔξαρχος αἰμημόντου. Nam illud μημόντου nauci non est. Firmant correctionem meam sequentia. Σημείωσαι ὅτι οὕτω γράφει μητροπολίτης πρὸς τὸν ἀνδριανουπόλεως. πανιερώτατε μητροπολίτα ἀνδριανουπόλεως ὑπέρτιμε, καὶ ἔξαρχε αἰμημόντου.

ΑΙΤΑΝΙΟΝ.

Ἀϊτάνιον. Mitra. Moschopulus. Μίτρα, ἡ πολεμικὴ ζώνη, καὶ τὸ ἀϊτάνιον. Sed mendum est. Vide Γαϊτάνιον.

ΑΚΑ.

Ἄκα. Vide Ἀκία.

ΑΚΑΘΘΕΡΟΣ.

Ἀκαθθερὸς. Spinosus. Glossae Graecobarbarae. Ἄρκευθος, εἶδος φυτοῦ ἀκανθώδους. θεωρία, ἢ ἰδέα, ἢ εἰκόνα χόρτου ἀκαθθεροῦ.

ΑΚΑΘΘΙΝ.

Ἀκάθθιν. Spina. Glossae Graecobarbarae. Ἄκανα. ἄκανθα. ἀκάθθιν. Graeci recentiores ν' sequente θ' convertebant in θ'. Sic ἄθθος, & ἀθθᾶν, pro ἄνθος, & ἀνθᾶν.

ΑΚΑΘΙΣΤΟΣ.

Ἀκάθιστος. Epitheton B. Mariae. Codinus. Τέσσαρες ἀγρυπνίαι γίνονται κατ' ἐνιαυτὸν. τοῦ μεγάλου κανόνος, τῆς ἀκαθίστου, τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ κατὰ τὴν μεγάλην ἑορτήν. Vbi loci, ut saepe, egregie errat V. Cl. Franciscus Iunius; dum ἀκάθιστος, ei est, *Iter faciens*; scilicet quum a Iosepho Bethlehemum deduceretur. Origo nominis a victoria, quam Heraclii tempore adversus Chosroae legatum Sarbarum obtinuissent, ob quam visum totam noctem, ac stantes hymnum B. Mariae dicere. Triodium. Ὅγε μὴν θεοφιλὴς τῆς κωνσταντίνου λαὸς, τὴν θεομήτορι τὴν χάριν ἀφοσιούμενοι, ὁλονύκτιον τὸν ὕμνον καὶ ἀκάθιστον ἐμελώδησαν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνησάσῃ, καὶ ὑπερφυεῖ δυνάμει διαπραξαμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον. ἐκ τότε οὖν εἰς μνείαν τοῦ τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος ἡ ἐκκλησία τὴν τοιαύτην ἑορτὴν παρέλαβε τῇ μητρὶ ἀνατιθέναι τοῦ θεοῦ τῷ παρόντι καιρῷ, ὅτι καὶ τὸ τρόπαιον τῇ θεομήτορι γέγονεν. ἀκάθιστον δὲ ὠνόμασαν, διὰ τὸ τότε οὕτως πρᾶξαι τὸν τῆς πόλεως κλῆρον τε καὶ λαὸν ἅπαντα. Et postea. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν. ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ λόγου μητρὶ ἔμελψαν. καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα.

ΑΚΑΚΙΑ.

Ἀκακία. Aggestum aurei cuiusdam textilis, quod sinistra manu gestabat Imperator in signum humilitatis. Codinus De Offic. Aulae Constantinop. Ὃ βλάτιον ἔχει χῶμα ἐντὸς, καὶ καλεῖται ἀκακία. ὡς εἴποιμεν, τὸ τὸν βασιλέα ταπεινὸν εἶναι ὡς θνητὸν, καὶ μὴ διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐπαίρεσθαι, καὶ μεγαλαυχεῖν. Item. Φέρων ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ σταυρὸν, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ τῷ μανδύλιον μετὰ τῆς ἀκακίας, ὡς ἔθος ἐστί.

ΑΚΑΚΙΑΡΗΣ.

Ἀκακιάρης. Homo expers malitiae. Probus. Glossae Graecobarbarae. Ἀκακήτης ἀκακιάρης. ὅπου δὲν ἔχει καμίαν κακίαν ἀπὸ μέσα του.

ΑΚΑΜΑΣΙΑ.

Ἀκαμασία. Negligentia. Ignavia. Corona pretiosa. Ἀκαμασία. *Ignavia*. Ἀπραξία.

ΑΚΑ-

ΑΚΑΜΑΤΗΣ.

Ἀκαμάτης. Ignavus. Laborem fugiens, Corona pretiosa. Ἀκαμάτης. *Negligens*. Ἀμελής. Iterum alibi. Ἀκαμάτης. *Ignavus*. Ἄπρακτος.

ΑΚΑΝΕΙΝ.

Ἀκανεῖν. Sufficere. Glossae Graecobarbar. Ἄκριον. τὸ ἱκανὸν καὶ ὠφέλιμον. ἐκεῖνο ὁ ἀκανεῖ.

ΑΚΑΝΕΤΑ.

Ἀκανετά. Satis. Sufficienter. Glossae Graecobarbarae. Ἅλις. ἱκανῶς. πλῆρες. ἀκανετά. Et alibi iterum. Ἀρκούντως ἔχει. αὐταρκετὰ καὶ ἀκανετὰ ἔνι.

ΑΚΑΝΘΟΧΟΙΡΟΣ.

Ἀκανθόχοιρος. (a) Ericius. Echinus. Corona pretiosa. Ἀκανθόχοιρος. *Echinus*. Ἐχῖνος.

ΑΚΑΡΤΕΡΙ.

Ἀκαρτέρι. Expecta. Corona pretiosa. Ἀκαρτέρι. *Expecta*. Ἀνάμεινον.

ΑΚΑΤΑΔΕΚΤΟΣ.

Ἀκατάδεκτος. Corona pretiosa. Ἀκατάδεκτος. *Immitis*. Ἀμείλικτος.

ΑΚΕΣΤΑ.

Ἄκεστα. *Aggestum*. Machinae bellicae genus. Suidas. Ἄκεστα, ῥωμαϊκόν τι μηχάνημα ἐκ δενδροτομίας πρὸς ἐρυμνότητα μετασκευαζόμενον. Auctor innominatus apud eumdem. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ξυνέθεσαν τὴν λεγομένην ἄκεσταν, τῇ ῥωμαίων φωνῇ. δενδροτομήσαντες γὰρ ἐπάλληλα στελέχη τῇ ξυνθήκῃ καταστορέσαντες, ἀπετείχισαν ὡς ἐνῆν τὴν ἐνθένδε πορείαν τῆς πόλεως. Ita corrigo; nam male hodie editur, ἄκεστα, & ἄκεσσαν. Optime Lucanus etiam describit lib. III.

> ——— *tunc omnia late*
> *Procumbunt nemora, & spoliantur robore silvae.*
> *Ut quum terra levis mediam, virgultaque molem*
> *Suspendant, structa laterum compage ligatam*
> *Arctet humum, pressus ne cedat turribus agger.*

Scribitur etiam ἄγεστα, & ἔγεστα. Idem Suidas. Ἔγεστα. πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοῦ ἐγχεόμενον. τοῦτο δὲ οἱ ἐργαζόμενοι προκάλυμμα τιθέασιν ἐξ αἰγέων τριχῶν τῶν λεγομένων κιλικίων. Evagrius lib. IV. cap. XXVII. Λαγυνίδας μικρὰς ἀγαγόντες τε θείου, ἅμα συστείῳ, καὶ τῶν ἄλλων εὐκαταφλέκτων ὑλῶν, κατὰ τῆς καλουμένης ἀγέστας ἀπεσφενδόνιζον. Et semel, iterumque occurrit illo capite.

(a) Sic apud nos *Porcospino*.

ΑΚΕΦΑΛΟΙ.

Ἀκέφαλοι. Sectae genus. Suidas. Ἀκέφαλοι. αἵρεσίς τις, ἧς ἦν σεβήρος ἔξαρχος. Videndus Ioannes Moschus Limonarii cap CLXXXVIII. & CCXIII. Nicephorus lib. XVII. capp. VII. & VIII. Iterum lib. XVIII. capp. XLV. & XLIX. Leontius De Sectis. Ἀκέφαλοι ἐλέγοντο διότι τῷ πατριάρχῃ αὐτῶν μὴ ἀκολουθήσαντες καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐκοινώνουν. Vides ecce rationem nominis.

ΑΚΙΑ.

Ἀκία. *Acies*. Mauricius Strateg. VIII. Χρὴ τὰ κοντουβέρνια, ἤγουν τὰ βάθη τῶν ἀκιῶν. πρὸς τὴν ποιότητα τῶν ταγμάτων, καὶ τὴν προτεταγμένην καταγραφὴν γίνεσθαι ἀπὸ παλαιῶν τε καὶ νέων. Leo. Τοὺς δὲ ἐπιλέκτους τὰς ἀκίας ἔχειν καὶ ζάβας, ἤτοι λωρίκια. Idem. Ὁ γὰρ ἔσχατος τοῦ ὅλου στίχου, ἤγουν τῆς ἀκίας, ὡς ἐπὶ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς, οὕτως ἵσταται. Vide Glossarium Rigaltii. Corrigendus autem Procopius est De Bello Vandal. lib. III. Ὃς ἐπιμελεῖται τῆς περὶ τὴν ἀκίαν δαπάνης ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι. Hodie editur, περὶ τὴν οἰκίαν. Recentiores ἄκα dixerunt, ι absorpto. Glossae Graecobarbarae. Ἄκα, τὸ ὀξὺ καὶ ἄκρον τῆς φάλαγγος.

ΑΚΚΕΠΤΑ.

Ἄκκεπτα. *Accepta*. Ignatius in epistola ad Polycarpum Episcopum Smyrnae. Τὰ δεπόσιτα ὑμῶν, τὰ ἔργα ὑμῶν. ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια θεοῦ κομίζηθη.

ΑΚΛΙΔΙΑ.

Ἀκλίδια. *Aclides*. De quibus Virgil. AEneid. VII.

> ——— *teretes sunt aclides illis*
> *Tela, sed haec lento mos est aptare flagello.*

Mauricius corrigendus est Strateg. I. Βηρύτας, ἤτοι ἀκλίδια, σκλαβινίσκια, τοὺς ἀπείρως πρὸς τοξείαν ἔχοντας, ἢ καὶ λειπομένους, ὡς εἰκὸς, τόξων. Hodie perperam, λακίδια, exaratum est in Manuscripto.

ΑΚΛΟΥΘΑΝ.

Ἀκλουθᾶν, pro ἀκολουθεῖν. Sequi. Glossae Graecobarb. Ἀκολουθεῖν. νὰ ἀκλουθᾶν. Ioannes Glycas De Vanit. Vitae.

> Ποῦ εἶναι αἱ βαγίτες αἱ πολὺς, κ᾽ ἡ σκλάβες π. ἀκλουθοῦσαν;

ΑΚΛΟΥΘΗΤΙΚΑ.

Ἀκλουθητικά. Consequenter. Gloss. Graecobarbarae. Ἅμα καὶ ἐπακολούθως. ἀντάμα καὶ ἀκλουθητικά.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ.

Ἀκολουθία. Ordo. Sequentia. Nomen frequentissimum in Ecclesia Graecanica. Et XXVIII. recensentur in Euchologio.

ΑΚΟ-

ΑΚΟΛΟΥΘΟΣ.

Ἀκόλουθος. Praefectus Barangorum. Codinus De Offic. Aulae Constantinop. Ὁ Ἀκόλουθος εὑρίσκεται μὲν ἔνοχος τῶν βαράγγων, ἀκολουθεῖ δὲ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν αὐτῶν. διὰ τοῦτο καὶ ἀκόλουθος λέγεται.

ΑΚΟΜΗ.

Ἀκομή. Etiam. Adhuc. Glossae Graecobarbarae. Ἔστι δὲ καὶ κογχυλίου γένος, ἔτι ἀκομὴ καὶ γενεὰ τοῦ κογχυλίου. Eaedem alibi. Ἀκμήν. ἔτι. ἀκομή. Bessarion in epist. Ἐκεῖνοι, ὡς νέοι ἀκομὴ, οὐδὲν τὰ ἐγροικοῦν καλά.

ΑΚΟΡΠΩΤΑ.

Ἀκόρπωτα. Non percussa. Glossae Graecobarbarae. Ἄβλητα, ἀπλήγωτα. ἀκόρπωτα. Vide Κόρπος.

ΑΚΟΥΒΙΤΟΝ.

Ἀκούβιτον. *Accubitum*. Onomasticon Vetus. *Accubitum*. Ἀνακλιντήριον. Lampridius De Commodo. *Non accubuit nisi in accubitis, quae pilum leporinum habuissent, aut plumas perdicum subalares*. Iuvenalis Scholiastes Sat. v. *Apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant*. Suidas. Στιβὰς, χαμαικοίτιον ἀκούβιτον ἀπὸ ῥάβδων. Paulus Diaconus in Leone corrigendus est. *Silentium contra sanctas, ac venerabiles celebravit iconas in tribunali decem, ac novem, accubituum*. Hodie editur, *novem cubituum*. Perperam. Ecce alterum eiusdem locum in Leone Constantini F. *Et in crastino Sabbato Sancto exivit Imperator in Tribunalibus decem, & novem, accubituum*. Codinus De Origin. Constantinopol. Καὶ τὰ δέκα ἐννέα ἀκούβιτα. καὶ τὸ στέψιμον, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου στεφάνου. Aponius ad Cantica, lib. III. *Concurrat ad suffragia regis in humilitatis accubitu recubantis, antequam exaltatus sedeat Iudex*. Synodus Laodic. Can. XXVIII. Οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς συνεσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν. Elegantissimus vero locus est in Responsis Ioannis Episcopi Cytri ad Constantinum Cabasilam. Οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν. οἱ δὲ τοῦτο ποιεῖν τολμῶντες, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ καθαιρείσθωσαν. ἀκούβιτον δὲ λέγεται ἅπαν στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον, καὶ μαλακόν. ἀκούμβου γὰρ παρὰ λατίνοις τὸ ἀνακλίνω. Corrige in Leg. Franc. lib. I. cap. LXXV. *Opera textilia non faciant, nec capulent vestitus, non consuant, vel acubitulae fiant*. Male editur, vel *acubiculae*. VVilramus Abbas in Cantica Canticor. *Reclinatoria* adpellat, cap. II. *Prospicis illum in reclinatoriis accumbentem, seque inclinantem ad eos, quos colloquutione sua dignatur*.

ΑΚΟΥΜΒΑ.

Ἀκούμβα. *Accubitum*. Cyrillus in Lexico. Ὑπερασικήν, ἀκουμβιλικήν, ἢ ἀκούμβαν.

ΑΚΟΥΜΒΙΖΕΙΝ.

Ἀκουμβίζειν. *Accumbere*. Reclinare. Incumbere. Chronicon Constantinop. Τὸ δὲ κλίσμα ἠκούμβιζεν εἰς τεῖχος τὸ χερσαῖον. Nicetas in Alexio, lib. III. Ἀφεὶς τὸν πόλεμον μέχρι καὶ τῶν τειχῶν ἀκουμβίσαι τῆς πόλεως. Glossae Graecobarbarae. Λέγεται καὶ εἰς κάποιον κυτζὶν, ὁ ὁποῖος ἀκουμπίζει δύο βακτηρίαις. Hinc compositum, ἐπακουμβίζειν. Inniti. Incumbere. Hero in παρεκβολαῖς. Καμελαύκιον ἀρκαδικὸν περιβαλλόμενος καὶ ῥάβδῳ ἐπιστηριζόμενος, καὶ ἐπακουμβίζων εἶπεν.

ΑΚΟΥΜΒΙΣΜΑ.

Ἀκούμβισμα. Fulcrum. Glossae Graecobarbarae. Ἀνάζυξις, ἔρεισμα, ἀκούμπισμα, κούμπισμα. Nicetas in Andronico, lib. I. Στόμα παρὰ πάσης τῆς συγκλήτου τοῦ ἀνδρονίκου καλούμενος, καὶ σύμβουλον καὶ ἀκούμβισμα τοῦτον ἔχων ἀνδρόνικος. Item in Alexio, lib. III. Ἀκούμβισμα καὶ ὀστίτιον ἀφρόντιστον. Restituenda haec vox quoque apud Etymologici Auctor. Τραπεζοποιὸς, ὁ περὶ τὸ συμπόσιον πάντων ἐπιμελούμενος, τραπεζῶν, σκευῶν, ἀκουμβισμάτων. Perperam hodie editur, ἀκουσμάτων. Dicebant etiam truncate κούμπισμα, ut est observare ex Glossis Graecobarbaris, quas citavi.

ΑΚΟΥΜΒΙΣΤΗΡΙΟΣ.

Ἀκουμβιστήριος. In quo incumbitur. Nicetas in Man. Comneno, lib. IV. Τὸ γὰρ ἀκουμβιστήριον ξύλον, ᾧ ἦν βακτηρευόμενος, ὡς καχεξίας ἔνδοθεν παλαιῶν, σκεταῖος ἀναστὰς τῇ γῇ προσάρησε.

ΑΚΟΥΜΒΙΤΙΚΗ.

Ἀκουμβιλική. Cyrillus in Lexico. Ὑπερασικήν ἀκουμβιλικήν, ἢ ἀκούμβαν.

ΑΚΟΥΜΒΩΝ.

Ἀκουμβῶν. *Accumbens*. Cyrillus in Lexico. Ἐπερειδόμενος, ἐστηριζόμενος, ἀκουμβῶν.

ΑΚΡΙΒΕΙΑ. ΑΚΡΙΒΟΣ.

Ἀκρίβεια. Egestas. Penuria. Corona pretiosa. Ἀκρίβεια. *Penuria*. Σιτοδεία, & Ἀκριβός. *Avarus*. Eadem Corona. Ἀκριβός. *Avarus*. Φιλάργυρος.

ΑΚΡΟΔΑΚΤΥΛΟΝ.

Ἀκροδάκτυλον. Glossae Graecobarbarae. Ἀκροδάκτυλον. *Pollex*.

ΑΚΡΟΝΝΕΙΝ.

Α'κρόννειν. Audire. Glossae Graecobarbarae. Α'κροάζεσθαι. ἀκροᾶσθαι. νὰ ἀκούει. νὰ ἀκρόννεται.

ΑΚΡΟΞΙΦΙΔΙΟΝ.

Α'κροξιφίδιον. Extremitas gladii. Mucro. Glossae Latino-Graecae. *Mucrone*. Α'κροξιφίδιον.

ΑΚΡΟΧΝΑΡΟΝ.

Α'κρόχναρον. Extremum plantae pedis. Glossae Graecobarbarae. Α'κροβημάτιζε. ἐπ' ἄκροις τοῖς βήμασιν ἵςατο· εἰς τὰ ἀκρόχναρά σου ςάθου.

ΑΚΡΟΩΜΕΝΟΙ.

Α'κροώμενοι. Auscultantes. Poenitentium ordines in Ecclesia Orientali erant quatuor. Primi προσκλαίοντες, alteri ἀκροώμενοι, tertii ὑποπίπτοντες, quarti συνεςῶτες dicebantur. Nunc de auscultantibus, de reliquis infra suo loco agemus. Basilius Magnus Can. LVIII. Ο' μοιχεύσας, πεντεκαιδεκαετίαν, τέσσαρα μὲν ἔτη προσκλαίων, πέντε δὲ ἀκροώμενος, τέσσαρα ὑποπίπτων, καὶ ἓν συνεςώς. Iterum Can. LXXVII. Ο' τὴν ἰδίαν ἀφεὶς, καὶ ἑτέραν λαβὼν, ἐνιαυτὸν προσκλαιέτω, διετίαν ἀκροάσθω, τριετίαν ὑποπιπτέτω, εἶτα ἐνιαυτὸν συνεςὼς τῆς κοινωνίας ἀξιούσθω. Et his quidem intrare Ecclesiam non licebat, sed extra eam stabant in loco, qui νάρθηξ dicebatur ex re, quod illic quasi sub ferula essent censurae Ecclesiasticae. Theorianus in Legat. Armen. Ο'ρᾷς ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πτώματι τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανὼν, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵςασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν.

ΑΚΤΑ.

Α'κτα. *Acta*. Epiphanius. Κατὰ τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν. καὶ τὰ μυςήρια ἐπιτελοῦντες ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι.

ΑΚΤΑΡΑ.

Α'κτάρα. Piscis genus. Aqua, in Scholiis ad Oppiani Halieut. lib. I. Α'φύης, ἐγγραύλεως, ἀκτάρας. Glossae Benedicti. *Albula*. Α'κτάρα. Male hodie editur, ἰκτάρα.

ΑΚΤΟΥΑ'ΡΙΟΣ.

Α'κτουάριος. *Actuarius*. Iustinianus Novell. CXVII. Εἰ δὲ σχολάριος εἴη ἐκεῖνος οὗ τινος περὶ τῆς τελετῆς ἡ ἀμφισβήτησις ἐςι. παρὰ τῶν πρώτων τῆς σχολῆς καὶ τοῦ ἀκτουαρίου. εἰ δὲ φοιδεράτος, παρὰ τοῦ ὀπτίονος αὐτοῦ τὴν εἰρημένην κατάθεσιν κομίζεσθαι τὴν ἐκείνου γαμετήν. Paeanius in Metaphrasi Eutropii lib. IX. Τοῦτο γοῦν αὐτὸν καὶ ἀπήνεγκεν ὡς τάχιςα τοῦ βίου, δεύτερον τῆς βασιλείας ἄγοντα ἔτος, δόλῳ τινὸς ἀκτουαρίου τὴν τελευτὴν ἐπαγαγόντος.

ΑΛΑΚΑΤΙΑ.

Α'λακάτια. Machinae bellicae genus. Adi Glossarium Rigaltii.

ΑΛΑΓΜΟΣ.

Α'λαγμὸς, pro Α'λλαγμα. Mutatio. Corona pretiosa. Α'λαγμός. *Mutatio*. Μεταβολή.

ΑΛΑΜΑΝΙΚΟΝ.

Α'λαμανικὸν. *Alamanicum*. Tributum, quod ab Alamanis solvebatur, institutum ab Alexio Comneno. Nicetas in eius Vita lib. II. Βασιλεὺς δὲ φάσκων ἀπορεῖν χρημάτων τάς τε χώρας ἐφορολόγει, τὸ καλούμενον εἰσπράττων ἀλαμανικὸν, τότε καινισθὲν πρώτως, καὶ τὸ τῆς πόλεως ἐκκλησιάσας πλήρωμα, τότε χερυσιάζον, καὶ ὅσον τοῦ βήματος τρόφιμον.

ΑΛΑΠΗ.

Α'λάπη. Glossae Latinograecae. *Pitana*. Α'λάπη, ὡς κικέρων.

ΑΛΑΤΗ.

Α'λάτη, pro Α'λας. Sal. Corona pretiosa. Α'λάτη. *Sal*. Α'λας.

ΑΛΑΤΙΣΜΑ.

Α'λάτισμα. Glossae Graecobarbarae. Α'γνιςήριον. καθαριςήριον. ἀλάτισμα.

ΑΛΑΦΗ. ΑΛΑΦΟΚΕΡΑΤΟ.

Α'λάφη, pro Ε'λαφος. Cervus. Corona pretiosa. Α'λάφη. *Cervus*. Ε'λαφος. Sic, Α'λαφοκέρατο. Cornu cervinum. Apud Crusium in Turcograecia.

ΑΛΑΦΡΟ. ΑΛΑΦΡΥΝΙΣΚΕΙΝ.

Α'λαφρὸ, pro Ε'λαφρόν. Leve. Corona pretiosa. Α'λαφρό. *Leve*. Κουφόν. Hinc Α'λαφρυνίσκειν. In Glossis Graecobarbaris. Α'λαφρυνίσκων. κουφίζων. Iterum alibi. Α'ρας. κουφίσας. ἐλαφρυνίσκοντας. ἀλαφρυνίσκοντας.

ΑΛΒΑΝΟΥΡΙΟΝ.

Α'λβανούριον. Demetr. Constantinop. Hieracosophii lib. I. cap. LXV. Μέλιτι ἀλβανουρίῳ κατάχριε τὴν ὑπερῴαν αὐτοῦ.

ΑΛΕΙΒΓΕΙΝ.

Α'λείβγειν, pro Α'λείφειν. Linere. Vngere. Glossae Graecobarbarae. Α'λινεῖν, ἀλείφειν, νὰ ἀλείφῃ, νὰ ἀλείβγει.

ΑΛΕΙΠΤΑΡΕΑ.

Α'λάπλαρέα. Demetr. Constantinop. Hieracosophii lib. I. cap. CLIV. Χρίε αὐτῦ τὴν καλυμένlω ἀλάπλαρέαν λασσάρῳ. ἀλάπλαρέα δὲ ἐςὶ τὸ ἐπάνω τῶν ὀπισθίων τὸ ἐξιςάμβυον, ὅπερ τινὲς καλοῦσι κριθήν.

ΑΛΕΚΤΟΡΑΣ.
ΑΛΕΚΤΟΡΟΠΟΥΛΟΝ.

Α'λέκτορας, pro Α'λέκτωρ. Gallus. Corona pretiosa. Α'λέκτορας. *Gallus*. Α'λέκτωρ. Sic, Α'λεκτορόπυλον. Eadem Corona. Α'λεκτορόπυλα. *Pulli*. Α'λεκτορίδια.

ΑΛΕΤΡΟΠΟΔΙΟΝ.

Α'λετροπόδιον. Orion. Scholiastes Arati incertus. Καρκίνυ ἀνατέλλοντ@- ἀνατέλλει ὅλ@- ὠρίων. ὠρίων δέ ἐςι τὸ λεγόμενον ἰδιώταις ἀλετροπόδιον.

ΑΛΕΥΡΟΠΙΤΤΑ.

Α'λευρόπιτlα. Placenta e farina. Glossae Graecobarbarae. Πλακοῦντας. πίτlας. ἀλευροπίτ-τας. πλακοπίτlας.

ΑΛΕΥΡΟΣΤΑΣΙ.

Α'λευροςάσι. Arca farinaria. Apud Crusium in Turcograecia.

ΑΛΕΩΣ.

Α'λέως, sive Α'λλέως, pro Α'λλως. Aliter. Bessarion in epist. Νὰ ἀκολυθῦσι τὴν ἐκκλησίαν κατὰ πάντα ὡσὰν λατῖν@-, κ᾽ ὐχὶ ἀλέως. Iterum postea. Καὶ μηδὲν γένη ἀλέως, ὅταν περιπατοῦν εἰς Ϟ ςράταν. Glossae Graecobarbarae. Α'λλοφώνους. ὅπου ἔχουν ἄλλlω φωνὴν. ὅπου μιλοῦσιν ἀλλέως.

ΑΛΗΣΜΟΝΕΙΝ.

Α'λησμονεῖν. Oblivisci. Corona pretiosa. Α'λησμονεῖν. *Oblivisci*. Ε'πιλανθάνεσθαι.

ΑΛΙΚΑΡΙΟΣ.

Α'λικάρι@-. Rei salariae praefectus. Chronicon Constantinop. Ω῞ καὶ ἐπόντες οἱ ἀλικάριοι, ἵνα κλέψωσι τὰ ἄσπρα Ϟ ἀλικῆς, ὐκ ἐπάσθη. Et occurrit illic pluries.

ΑΛΙΚΡΟΥΔΑ.

Α'λικρῦδα. *Alimenta cruda*. Suidas. Α'λικρῦδα, παρὰ ῥωμαίοις ἡ σχεδία τροφὴ, κ᾽ ἄπυρ@-. κρυδυμ᾽ γὰρ τὸ ἀνέψητον.

ΑΛΙΜΑ.

Α῎λιμα, pro Α῎λιμμα. Sed mutata significatione. Corona pretiosa. Α῎λιμα. *Liquor*. Ε῎μβαμμα.

ΑΛΙΝΙΚΑ.

Α'λινικά. Arma aenea. Laonicus Chalcocondyles Hist. lib. IX. Καὶ ὅπλα ἐπιτηδεύυσιν ἀπὸ χαλκῦ τὰ ἀλινικὰ καλύμβυα.

ΑΛΛΑΚΤΟΝ.

Α'λλακτόν. Flagellum (a). Nicetas in Andronico Comneno lib. II. Αὐτὸν μὲν δι' ἀλλακτῶν ἐπαίδευσε δώδεκα. Basilic. Eclog. IX. Ο῾ ἔχων γυναῖκα, καὶ πορνεύων, διὰ δώδεκα ἀλλακτῶν σωφρονιζέσθω. κ᾽ ὁ μὴ ἔχων δὲ, καὶ τῇ αὐτῇ περιπίπlων ἁμαρτίᾳ, δι' ἐξ ἀλλακlῶν σωφρονιζέσθω. Atque haec totidem verbis apud Harmenopulum lib. VI. tit. VIII. & Attaliatem tit. LXX. Ecloga LV. Leonis, & Constantini. Εἴ τις δοκιμάζει ἀπὸ ἐκκλησίας πρόσφυγα ἁπάραι τὸν οἷον δήποτε, ὁ τοιῦτ@- δώδεκα ἀλλακlὰ λαμβανέτω. Quid autem ea proprie sint, optime discimus ex Thoma Magistro in Argumento τῶν βατράχων Aristophanis. Πλάτlεται τῷ ποιητῇ δυσφορῶν ὁ διόνυσ@-, κ᾽ λεοντὴν κ᾽ ῥόπαλον ἔχων τρόπῳ τῦ ἡρακλέυς μετὰ ξανθίυ οἰκέτυ ὄνῳ ἐποχυμένυ, τοῖς ὤμοις δὲ ἀνάφορον φέροντ@-, ὃ ἀλλακτὸν δημοδεςέρως καλεῖται. Ridicule faciunt, qui interpretantur Magistratus, aut Adparitores.

ΑΛΛΑΜΑΝ. ΑΛΛΑΞΙΜΟΝ.

Α῎λλαμαν, pro Α῎λλαγμα. Item Α'λλάξιμον. Glossae Graecobarbarae. Α'λλαγήν. ἀμοιβήν. ἄλλαμαν. ἀλλάξιμον.

ΑΛΛΑΞΙΜΑΡΙΟΝ. ΑΛΛΑΣΣΕΙΝ.
ΑΛΛΑΓΜΑΤΑ. ΑΛΛΑΓΑΙ.
ΑΛΛΑΓΙΟΝ.

Α'λλαξιμάριον. Vestiarium. Codinus De Offic. Aulae Constantinop. Ο῾πηνίκα γοῦν δεήσῃ τὸν βασιλέα καβαλλικεῦσαι, φέρει τὰ ὑποδήματα παιδόπυλον τῦ βεςιαρίυ ἐντὸς, ὕτω κοινῶς ὀνομαζομένυ ἀλλαξιμαρίυ. Nam ἀλλάσσειν recentiores Graeci simpliciter dicebant pro Vestem induere. In eodem Codino. Τοῦ γοῦν ὄρθου ψαλλομένου, ἀλλάσσῃ ὁ βασιλεὺς, κ᾽ ἐξέρχεται τῦ κελλίου αὐτοῦ. Et postea. Α'λλάσσυσιν ὡσαύτως καὶ οἱ ἄρχοντες. In Euchologio. Εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς, κ᾽ ἀλλάσσων τὴν ἱερατικὴν ςολὴν, ἀπέρχεται ἐν τῇ κολυμβήθρῃ. Marcus Hieromonachus De Dub. Typ. cap. XLIII. Περὶ ὥραν δωδεκάτlω σημαίνει τὸ μέγα, κ᾽ ἀλλάσσοντ@- τῦ ἱερέως ςολὴν ἀρχόμεθα τῦ λυχνικῦ. Et ἀλλάγματα, pro indumentis. Idem μετὰ τῶν προῤῥηθέντων ἀλλαγμάτων. Dicebant quoque ἀλλαγὰς. Ille ipse Codinus. Ε῎πειτα ὁ πατριάρχης, μᾶλλον ἢ οἱ πατριάρχαι, εἰ παρόντες εἰσὶν, ἐνδεδυμένοι τὰς ἀλλαγὰς αὐτῶν (b). Sed hoc quoque per occasionem adnotandum, ἀλλαγὰς adpellari etiam consuevisse loca mutandis equis publici cursus destinata. Basilic. Eclog. LVIII. Ε᾽άν τις παρελάσῃ μίαν γῦν ἀλλαγὴν, τὸ τετραπλάσιον τῆς τοῦ ζώου τιμῆς διδότω. Glossae. Σταθμὸς ζώων δρομικὸν, ὃς λέγεται νῦν ἀλλαγή. Vocantur *mutationes* in *l. si quis* 15. *&* *l. nemo mul.* 17. *C. de*

(a) Α'λλακτὸν, non est flagellum, sed fustis, sive baculum. *Donius*.

(b) Adfine est, quod nos dicimus simpliciter *mutarsi*, pro *aliam vestem induere*.

C. de cursu publico. Item, *l. quia comperimus* 55. & *l. si quis* 58. *C. Theod. eod. tit.* Item Ἀλλάγιον. Cursus publicus. Scholiastes Oppiani Halieut. lib. I. τοὺς λόγους interpretatur ἀλλάγια. Inde, Ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίους, eius praefectus; &, ὁ πρωταλλαγάτωρ. Generalis cursus publici; apud Codinum De Offic. Aulae Constantinop. nec causae quidquam erat, cur ἀλογίου, & πρωταλογάτωρα, illic rescriberent viri eruditi. Et legitur Senacherim Protallagator apud Cantacuzenum lib. I. cap. XXVI.

ΑΛΛΑΡΙΟΝ. ΑΛΑΤΙΚΟΝ.

Ἀλλάριον. *Salarium*. Suidas. Ἀλλαρίοις, λιτηρεσίοις. Innominatus Auctor apud eumdem. Ὁ δὲ μακεδόνιος συνέταξεν ἐκκλησιαστικοῖς ἀλλαρίοις ἀνατρέφεσθαι. In Glossis Latinograecis ἀλατικὸν invenio. Alii planius σαλάριον dicunt. Apollonius, lib. contra Phryges. Ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος, ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν λόγον. Incertus Auctor apud Eusebium Hist. Eccles. lib. V. cap. XXVII. Ἀνεπείσθη δὲ ὁ νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ ἐπίσκοπος κληθῆναι ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν πεντήκοντα. Modestinus lib. II. Excusat. Τὸν ἐν ῥώμῃ σοφιστεύοντα ἢ σαλαρίῳ, ἢ καὶ χωρὶς σαλαρίου ἄφεσιν ἔχειν νενομοθέτηται. Iustinianus Novell. CXXVIII. Ἐπικοινωνεῖν τοῖς χρήμασιν ἅτινα τοῖς ἔργοις καὶ σιτωνικοῖς τῆς πόλεων, ἤτοι ἀγωγοῖς, ἢ ἄλλοις οἷοις δή ποτε σολεμνίοις ἢ σαλαρίοις ἀφωρίσθησαν.

ΑΛΛΕΩΣ. ΑΛΛΙΩΣ.

Ἀλλέως. Aliter. Vide Ἀλέως. Dicebant etiam Ἀλλιώς. Glossae Graecobarbarae. Ἀλλοφώνους. ὅπου ἔχουν ἄλλην φωνήν. ὅπου μιλοῦσιν ἀλλέως. ἢ ὅπου συντυχάννουν ἀλλιώς. Occurrit illic pluries.

ΑΛΛΗΛΕΓΓΥΟΝ.

Ἀλληλέγγυον. Tributum, quod pauperum vice solvebant divites. Glossae Graecobarbarae. Ἀλληλέγγυον, ἡ ἐξ ἀμφοτέρων πίστις. Auctor eius primus Nicephorus Logotheta, ut testatur Cedrenus, & cum eo Zonaras Annal. III. cuius ista verba. Ἐθέσπισε καὶ τὰ τῶν ἀπόρων τέλη τοὺς εὐποροῦντας εἰσπράττεσθαι, ὃ ἀλληλέγγυον ὠνομάσθη. Sed exolevit, & abrogatum fuit non multo post, donec iterum instituit Basilius Porphyrogeneta. Cedrenus de eo. Δόγμα ἐξέθετο τὰς τῶν ἀπολολότων πτωχῶν συντελείας εἰσπράττεσθαι ἐκ τῶν δυνατῶν· κατωνομάσθη δὲ ἡ τοιαύτη σύνταξις ἀλληλέγγυον. Quae totidem paene verbis Zonaras. Mox bello cum Bulgaris pollicitus abolere, si victoria potiretur, quod tamen non praestitit, etsi multum supplicante Patriarcha Sergio. Ioannes Curopalates. Ὁ ὁ πατριάρχης σέργιος μετὰ νίκης εἰσελθόντα πολλὰ κατελιπάρει σβέσαι τὸ ἀλληλέγγυον. ἦν γὰρ ὑποσχόμενος ποιῆσαι τοῦτο, εἰ τῶν βουλγάρων ὑπερισχύσειεν. ἀλλ' οὐκ ἔπεισεν. Abolere rursum statuerat huius Basilii frater Constantinus, sed non potuit, morte praeventus; itaque successor eius Romanus Argyrus ei rei animum adiecit, & perfecit. Cedrenus. Ἐξέκοψε δὲ, καὶ τέλειον ἀπερρίζωσε τὸ ἀλληλέγγυον, ὅπερ ἐμελέτα μὲν ὁ κωνσταντῖνος ποιῆσαι, οὐκ ἔφθασε δέ. Et Zonaras in ipso Romani illius initio.

(a) Nos etiam adpellamus *Cambiatura*.

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑΡΙΟΝ.

Ἀστῆλαι. *Astellae*, sive *Astillae*. Hesychius. Φέρμια. ἃς ἔνιοι ἀστήλας. τὰς ἐκ σχοίνων πλεκομένας. Corrige Gregorium Turonensem lib. ii. cap. xvi. *Inante absidem rotundam habens ab utroque latere astellas eleganti constructas opere*. Male hodie editur, *assellas*. Anastasius in Leone iii. *Supra altare maius fecit tetravela holoserica alithina quatuor, cum astillis*. Et corrige eumdem in Benedicto ii. *In Ecclesia beati Valentini via Flaminia fecit coopertorium super altare cum clavis, & astellis*. Hodie legitur, *& fastellis*. Littera una abundat.

ΑΣΤΗΦΙ.

Ἀστῆφι. Pectus. Occurrit in Turcograecia Crusii.

ΑΣΤΙΜΙΑΣΤΟΝ.

Ἀστιμίαστον, sive ἀστημίαστον. Inaestimatum. Inhonoratum. Glossae Graecobarbarae. Ἄτιμον. ἀτίμητον. ἀστιμίαστον. Iterum alibi. Ἀπότιμον. ἀστημίαστον.

ΑΣΤΙΛΙΟΝ.

Ἀστίλιον. *Hastile*. Leo Tactic. Constit. xiv. Ἐὰν ἕως ψιθυρισμοῦ ἀκούσωσιν παρά τινος τῶν μετ' αὐτῶν, μετὰ τῶν ἀστιλίων τῶν κονταρίων νύσσωσιν αὐτούς.

ΑΣΤΡΑΤΕΥΤΟΣ.

Ἀστράτευτος. Invius. Sine via, aut strata. Glossae Graecobarbarae. Ἀστράτευτος. ἄπορος. ὅπου μὲν ἔχει στράταν, ἤγουν ὁδόν.

ΑΣΤΡΑΦΤΕΙΝ.

Ἀστράφτειν. Pro, ἀστράπτειν. Corona pretiosa. ἀστράφτειν. *Coruscare*. ἐκλάμπειν.

ΑΣΤΡΙΔΙΑ.

Ἀστρίδια. Ostrea. Corona pretiosa. ἀστρίδια. *Ostrea*. ὄστρεα.

ΑΣΤΡΟΘΕΤΗΜΑ.

Ἀστροθέτημα. Sidus. Glossae Graecobarbarae. Ἄρκτος, τὸ ζῶον, καὶ τὸ ἀκίνητον ἀστροθέτημα. Scholiastes Homeri Iliad. iv. Ἀστὴρ δὲ ἄστρου διαφέρει. ὅτι ὁ μὲν ἀστὴρ ἕν τι ἐστί, τὸ δὲ ἄστρον ἐκ πολλῶν συνέστηκεν ἀστέρων, ζῴδιον ὄν, ὃ καὶ ἀστροθέτημα καλεῖται.

ΑΣΤΡΟΠΕΛΕΚΗ.

Ἀστροπελέκη. Fulmen. Corona pretiosa. ἀστροπελέκη. *Fulmen*. κεραυνός. Anna Comnena lib. iii. Ἀστεροπελέκιν. δεδεμένον μετὰ χρυσαφίου, καὶ ὀποβάλσαμον.

ΑΤΕΓΙΑ.

Ἀτεγία. *Attegia*. Vide Glossarium Rigaltii.

ΑΤΕΡΓΙΑΣΤΟΝ.

Ἀτεργιαστόν. Vide Τεργιάζειν.

ΑΤΖΑΛΙΝ.

Ἀτζάλιν, sive Ἀτζάλιον Chalybs. Ex Italico, *Acciaio*. Itali enim I pro L usurpant. Glossae Graecobarbarae. Ἀδάμας, γένος σιδήρου, ἢ σιδήρου. ἀτζαλίν. Latini *Azarum* dicunt. Diodorus Euchyon Polychemiae lib. ii. capit. ii. *Limaturae argenti puri, aeris rubri, ferri, azari, plumbi, stanni*. Gallis est, *Acier*.

ΑΤΖΙΚΑ.

Ἀτζικά. Idem quod ἄτλα. Glossae Graecobarbarae. Ἄτλα, προσφώνησις, ἤγουν ἀτλικά, ἢ ἀτζικά.

ΑΤΙΑ. (a)

Ἀτιά. Glossae Graecobarbarae. Ἥρα ἡ θέα. ἰτέα. ἀτιά.

ΑΤΟΣ.

Ἀτός. Pro, ἀετός. Aquila. Glossae Graecobarbarae. Ἀγόρ. ἀετός. ἀτός.

ATPE-

(a) Salix. *Donius*.

ΑΤΡΕΜΟΥΧΙΑΣΤΟΣ.

Ἀτρεμουχίαστος. Securus. Sine timore. Glossae Graecobarbarae. Ἀτρόμητοι. ἄπληκτοι. ἀτρεμουχίαστοι. χωρὶς τρόμου.

ΑΤΡΟΝ.

Ἄτρον. *Atrum*. Suidas. Ἄτρον, τὸ μέλαν παρὰ ῥωμαίοις. Glossae Graecobarbarae. Ἄτρον. μέλαν. μαῦρον.

ΑΥΓΕΡΙΝΟΣ.

Αὐγερινός. Lucifer. Scholiastes Oppiani Halieut. lib. III. Ἑωσφόρος. ἀστὴρ οὗτος, ὁ φέρων τὴν ἕω, καὶ τὴν ἡμέραν. ἢ ὁ περὶ αὐτὴν (lego αὐγὴν) φαινόμενος, ὃν οἱ πολλοὶ αὐγερινὸν λέγουσι.

ΑΥΓΙΤΖΑ.

Αὐγίτζα. Pro, αὐγή. Anonymus De nuptiis Thesei.

Αὐγίτζα στὴν ἀνατολὴν ἀρχήνιζε νὰ ἀσπρίζῃ.

ΑΥΓΟ.

Αὐγὸ, sive, αὐγὸν. Ovum. Glossae Graecobarbarae. Ὃ καλοῦσιν ὠόν. ἐκεῖνον ὅπου κράζομεν αὐγόν. Orneosophium. Εἰ δὲ οὐδὲν τρώγῃ, ἔψησον αὐγὸν ῥοφητὸν, καὶ ἔπαρον τὸν κρόκον αὐτοῦ. Occurrit illic pluries. Corona pretiosa. αὐγό. *Ovum*. ὠόν. Iterum alibi. αὐγά. *Ova*. ὠά. In Turcograecia Crusii. Αὐγὸ τάριχο. *Ova piscis condita*. Glossae Graecobarbarae. Οἱ κάνθαροι κυλίονται τὰ αὐγὰ τοῦ ἀτοῦ. Stamatius Cyprius interpretatur, *Pisum viride*, apud Crusium in Turcograecia. Hinc αὐγότιτες. Ovorum frusta. Demetrius Zenus in Batrochom.

Οὐδὲ καλλαῖς αὐγότιτες οἱ πολλοὶ σησαμάτες.

ΑΥΓΟΚΟΥΛΙΚΟΝ.

Αὐγοκούλικον. Simeon Sethi De Facul. Cib. Καὶ τὰ μὲν (ὠά) εἰσι ῥοφητὰ, τὰ δὲ μέχρι τοῦ μετρίως συστῆναι λέγονται τρομετά. τὰ δὲ ἐπὶ πλεῖον ἑψηθέντα, καὶ κοινῶς δὲ τούτων τὰ αὐγοκούλικα.

ΑΥΓΟΠΙΤΕΣ.

Αὐγόπιτες. Vide Αὐγό.

ΑΥΓΟΥΣΤΑ. ΑΥΓΟΥΣΤΑΛΙΟΣ. ΑΥΓΟΥΣΤΑΛΙΑΝΟΣ.

Αὐγοῦστα. *Augusta*. Vxor Imperatoris. Theodorus Anagnosta Ecloga I. Καὶ ποιεῖ καίσαρα μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν, καὶ αὐγοῦσταν ζηνωνίδα τὴν γαμετὴν ἑαυτοῦ. Ioannes Metropolit. Euchaitensis in Iambis.

Δισσαῖς ἀνάσσαις αὐταδέλφαις αὐγούσταις
Δώρημα κοινὸν ἐξ ἑνὸς δούλου τόδε.

Achmes cap. CLXXXI. Τὸ πλοῖον ἐν ᾧ βασιλεὺς κάθηται, εἰς πρόσωπον τῆς αὐγούστης κρίνεται. Saepe apud eum Scriptorem & alios occurrit. Hinc αὐγουστάλιος. *Augustalis*. Palladius in Hist. Laus. de Melania. Τοῦ αὐγουσταλίου ἐξορίσαντος τοὺς ἁγίους πατέρας ἰσίδωρον, καὶ πισσίμιον, καὶ ἀδέλφιον. Menologium. Δοὺξ καὶ αὐγουστάλιος ἀλεξανδρείας γενόμενος, καὶ πατρίκιος τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου. Item αὐγουσταλιανός. *Augustalianus*. Obvium est in Novellis.

ΑΥΓΟΥΣΤΕΩΝ.

Αὐγουστεών. *Augustale*. Balsamon ad Concil. VI. Can. LXXVI. Διαφόρων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν προσταξάντων, ἀπό τε τοῦ αὐγουστεῶνος, καὶ τῶν προσεχεστέρων μερῶν τῷ προνάῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, τοὺς τραπεζίτας διωχθῆναι. Mentio quoque eius pluries apud Nicetam in Alexio Manuelis F. Vide infra Γουστεῖον.

ΑΥΓΟΥΣΤΙΑΤΙΚΟΣ. ΑΥΓΟΥΣΤΙΚΟΣ.

Αὐγουστιατικός. *Augustalis*. Constantinus De Administr. Imp. Δύναται ὁ τῆς τραπέζης τῆς αὐγούστης, τῇ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὴν αὐγοῦσταν εὐνοίᾳ κρατούμενος, ἐξαπατῆσαι τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ κρατουμένους αὐγουστιατικοὺς ἀγγαριώτας. Et mox. Δίδοται αὐτῷ καὶ ἡ τῶν αὐγουστιατικῶν ἀγγαρίων ἐξουσία. Idem est, αὐγουστικός. Ioannes Curopalates in Basilio Macedone. Καὶ ἕτερα τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης χρυσωμάτων ἔργα διάφορα, καὶ βασιλικὰς στολάς.

ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ.

Αὐγοῦστος. *Augustus*. Hesychius Flavius in Confess. Ἐξομνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, φλαβίου θεοδοσίου καὶ φλαβίου οὐαλεντινιανοῦ, τῶν αἰωνίων αὐγούστων. Occurrit passim.

ΑΥΔΙΑ.

Αὐδία. Pro, ὠτία. Aures. Exstat in Turcograecia Crusii.

ΑΥΘΕΝΤΗΣ. ΑΥΘΕΝΤΕΙΝ. ΑΥΘΕΝΤΙΖΕΙΝ.

Αὐθέντες. Dominus. Scholiastes Thucydidis lib. III. Αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες, καὶ οἱ πολέμιοι. οἱ δὲ νῦν αὐθέντας τοὺς κυρίους, καὶ δεσπότας. Methodius in Homilia περὶ ὑπαντῆς. ἀπολαβεῖν ἔσπευδεν εἰς πρόσωπον τοῦ νόμου τὸν τοῦ νόμου πάροχον, τὸν αὐθέντην διδάσκαλον. Hesychius. Αὐθέντης, ἐξουσιαστής. Idem est, αὐθεντόπουλος, quod frequenter occurrit. Sed sciendum discrimen fuisse inter δεσπότης, sive αὐθεντόπουλος, & κύριος. Primum nomen δεσπότης est, & in compellatione Imperatoris, eiusque filiorum, generorum, fratrum, Despotae, Sebastocratoris, & Caesaris. Sed de solo Imperatore loquentes δεσπότης μου, dicebant: de reliquis istis, ὁ αὐθέντης, sive αὐθεντόπουλός μου. puta, quum ad Imperatorem verba facerent: inter se vero, ὁ αὐθεντόπουλός μας. Minister autem despotae, de eo. Ὁ κύριός μου καὶ αὐθέντης μου. Et non trasgrediebatur haec vox proceres illos. At principibus dicebant, κύριέ μου, & de iis, ὁ κύριός μου.

μυ. Pleniſſime tractat Codinus de Offic. Aulae Conſtantinopol. Hunc vide. Hinc vero, αὐθεντεῖν, Dominari. Heſychius. Αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν. Hippolytus de Conſummat. Mundi. Δεσπόται εἰς τὰς ἰδίας δούλας ἀπάνθρωποι αὐθεντήσονται, καὶ δοῦλοι πρὸς τὰς δεσπότας ἀνυπόταντον διάθεσιν περιβαλοῦνται. Item αὐθεντίζειν. Auctoritatem dare. Sophronius in vita D. Marci. Βραχὺ συνέταξεν εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐντυχὼν πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκεν.

ΑΥΘΕΝΤΟΠΟΥΛΟΣ.

Αὐθεντόπουλος, ſive, αὐθεντόπουλον. Herus minor; vel, Herus quoque ipſe. Dominus. Conſtantin. De Adminiſt. Imp. Ἔχοντες καὶ ἀρχοντόπουλον παῦλον τὸν υἱὸν βράνου, ὃν ὁ πέτρος ὁ ἄρχων σερβλίας ἐτύφλωσε. Occurrit paſſim. Sub poſtremis Imperatoribus ita etiam dicti fuerunt milites e primaria nobilitate ſelecti. Anna Comnena Alexiad. lib. VII. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὸ βουλγαρόφυγον διατρίβων, μέρος τοῦ στρατοῦ ἱκανὸν ἐκλεξάμενος, λογάδας ἅπαντας, καὶ αὐτὰς τὰς ἀρχοντοπούλους λεγομένους, κατὰ τῶν σκυθῶν ἔπεμψεν.

ΑΥΛΑΝΑΙΟΝ.

Αὐλαναῖον. Tributum e quo ſtipendia ſolvebantur militibus aulam Imperatoris cuſtodientibus. Syneſius ad Anaſtaſium ep. LXXIX. Οὐ ἐπὶ τῶν δεσμωτῶν ὄντα τοῖς ἀπαιτήσεσιν ἔταξε τοῦ στρατιωτικοῦ χρυσίου τοῦ καλουμένου τιρωνικοῦ, καὶ συνῆψε τὰ αὐλαναῖα.

ΑΥΛΑΡΙΟΣ.

Αὐλάριος. *Aularius*. Aulicus. Heſychius. Αὐλάριος. αὐλωρός. οἰκοφύλαξ. Gloſſae Iſidori. *Aularius*. *Aulicus*. *Palatinus*.

ΑΥΛΑΣ.

Αὐλάς. Pro, αὐλή. Gloſſae Graecobarbarae. Αὐλαί. αὐλάδες. Iterum. Ἡλιακοὶ τῶν αὐλῶν, ἤγουν αὐλάδων.

ΑΥΞΙΛΙΟΝ.

Αὐξίλιον. *Auxilium*. Suidas. Αὐξίλια, οἱ ῥωμαῖοι τὰ τοιαῦτα τέλη προσαγορεύουσι. Gloſſae Graecobarbarae. Αὐξίλια, τὸ τῆς βοηθείας ὀξύ, καὶ περὶ τὰς χρείας εὐκίνητον.

ΑΥΡΕΛΑΤΕΙΝ.

Αὐρελατεῖν. Demetrius Conſtantinus Hieracoſophii lib. I. capit. CLV. Τίλλειν αὐτῶν τὰς μασχάλας χρή, καὶ βελόνῃ χαλκέᾳ κατακεντεῖν αὐτάς, καὶ οὐδέποτε αὐρελατήσῃ.

ΑΥΡΙΧΑΛΚΟΝ.

Αὐρίχαλκον. *Auricbalcum*. Veteres. ὀρείχαλκον dicebant. Exſtat in Gloſſis Graecolatinis.

ΑΥΣΠΙΚΕΙΟΝ.

Αὐσπίκειον. *Auſpicium*. Paeanius in Metaphraſi Eutropii lib. II. Ἐνεανιεύσατο κατὰ τῶν συμβόλων. αὐσπίκεια καλοῦσιν αὐτὰ οἱ ῥωμαῖοι. σημεῖα δὲ ἐν ταῦτα δαιμονίοις διδόμενα τοῖς ἐπὶ πόλεμον ἐξιοῦσι.

ΑΥΤΙΔΙΟΝ.

Αὐτίδιον. Oleris genus. Anonymus De Vulpe & Lupo.

Λάχανα τὸν ἐφόρτωνε, αὐτίδια, καὶ μαρούλια,
Πράσα, ῥαπάνια, κάρδαμα, κρεμμύδια, καὶ γογγύλια.

ΑΥΤΟΚΕΦΑΛΟΙ.

Αὐτοκέφαλοι. Nemini ſubiecti. Ita dicebantur Archiepiſcopi Bulgariae, & Cypri, item alii nonnulli Metropolitani, quod Patriarcham Conſtantinopolitanum ſuperiorem non agnoſcerent. Balſamon de Privileg. Patriarch. Ἄνευ μόνων τῶν αὐτοκεφάλων ἀρχιεπισκόπων, τοῦ βουλγαρίας φημί, καὶ τοῦ κύπρου, καί τινων ὀλίγων μητροπολιτῶν λαβόντων ἀπὸ φιλοτιμίας βασιλικῶς ἰδικῆς τοῦτο τὸ δίκαιον. De Bulgariae archiepiſcopo elegans eſt iſte locus Georgii Logothetae in Chronico. Ὁ δὲ βουλγαρίας ἀρχιεπίσκοπος τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα, καὶ διάδημα, ὡς ἔφασκεν αὐτονόμος ὤν, καὶ μηδενὶ εὐθύνας ὀφείλων διδόναι. Et obſerva obiter de Cypro, liberam illam fuiſſe; ſed hoc de ſpiritualibus tantum intelligendum, ſi quidem in temporalibus Antiochiae ſubiacebat, & ab eius duce praefectum accipiebat. Balſamon ad Concil. III. Πρὸ τοῦ ἀποξενωθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν ῥωμαίων ἐκ τῆς ἀντιοχείας δοὺς ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπέμπετο. καὶ οὗτος στρατηγὸν εἰς κύπρον ἀπέστελλεν ὡς ὑποκειμένην τῇ ἀντιοχείᾳ. οἱ δὲ κύπριοι ἐπίσκοποι καθ᾽ ἑαυτοὺς δίηγον, καὶ ἐχειροτονοῦντο. Quod ad ſpiritualia attinet, voluit innovare Epiſcopus Antiochenus, & epiſcopum in Cyprum mittere, ſicuti dux praefectum; ſed oppoſuerunt ſeſe eius provinciae epiſcopi, Reginus, Zeno, & Evagrius, atque re ad Synodum Epheſinam relata cauſam ſuam obtinuerunt. Exſtat eius edictum Can. VIII. Πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον προσήγγειλεν ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος ῥηγῖνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τῆς κυπρίων ἐπαρχίας, ζήνων, καὶ εὐάγριος. ὅθεν ἐπειδὴ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, εἰ μὴ δὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς ἀντιοχέων πόλεως τὰς ἐν κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν κύπρον προεστῶτες, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι᾽ ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. De Bulgariae Archiepiſcopo clarum ecce etiam teſtimonium apud Theophylactum in epiſtol. Τίς γὰρ ἐπὶ βουλ-

βουλγάροις μετουσία τῶ κωνςαντινουπόλεως πατριάρχῃ, μήτε χειροτονίας ἐπ' αὐτῇ δίκαια ἔχοντι, λαχέσῃ τὸν ἀρχιεπίσκοπον αὐτοκέφαλον, μήτ' ἄλλο τι διαδεξαμένῳ προνόμιον. Talis quoque in ecclesia Occidentali primitus (a) erat Archiepiscopus Ravennas, qui tamen mox Pontifici se Romano subiecit temporibus Constantini Pogonati, sedente Dono. Anastasius in Dono. *Huius temporibus ecclesia Ravennatum, quae se ab Ecclesia Romana segregaverat causa autocephaliae, denuo se pristinae sedi Apostolicae subiugavit.*

ΑΥΤΟΥΝΗΣ.

Αὐτύνης. *Autumnus*. Constantinus in Hist. Apollonii Tyrii.
Καὶ αὐτύνῳ τὴν καρποφορίαν πάντα νὰ τὴν διγύσι.

ΑΥΤΟΥΡΓΙΑ. ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ. ΑΥΤΟΥΡΓΙΚΟΝ.

Αὐτύργια. Praedia rustica. Can. XXVIII. Synodi in Trullo. Ε'πίσκοπ☉ ἐκποιῶν τι τῶν εὐπορόδων αὐτουργίων τῆς ἐπισκοπῆς ἢ μάλιστα ἄρχουσιν, ἐκδιωκέσθω. In Constit. quadam Manuelis Comneni. Οἵῳ ἂν καλοῖντο ὀνόματι, τούς τε παροίκους, τὰ αὐτύργια, &c. Et αὐτουργός. Colonus Moschopulus. Πονήρ☉ παροξυνθεὶς ὁ γεωργὸς, ἤγουν ὁ αὐτουργός. Constantinus Manasses in Annalibus.

Α'λλ' αὐτουργοὶ, ἢ πένητες, ἢ τῶν χειροβιώτων. Theodoretus De Provid. Serm. VII. Κτηνοτρόφοι τε ἦσαν, ἢ αὐτουργοὶ, ἢ ποιμένες, ἢ πολλαπλάσιον τῶν οἰκετῶν ὑπομένοντες πόνον. Hinc τὸ αὐτουργικόν. Multitudo rusticorum. Gemistus Peloponnes. II. Ε'στι δ' ἐν πόλει σχεδὸν ἁπάσῃ πρῶτον μὲν ἢ ἀναγκαιότατον μέρ☉ ἢ γέν☉ ἢ πλεῖστον τὸ αὐτουργικόν. ὅσον γεωργῶν τε, ἢ νομέων, ἢ ξυμπάντων τῶν τὰς ἐκ γῆς αὐτῶν δι' αὐτῶν πορίζομένων καρπούς.

ΑΦΑΛΗ. ΑΦΑΛΟΣ.

Α'φάλη. Pro, ὀμφαλός. Vmbilicus. Corona pretiosa. Α'φάλη. *Vmbilicus*. ὀμφαλός. Item, ἀφαλός. Eadem Corona alibi. Α'φαλός. *Vmbilicus*. ὀμφαλός.

ΑΦΕΛΕΤΡΑ.

Α'φέλετρα. Lanae coactae, sive pili, e quibus sellas faciebant. Leo Tactic. Constit. VI. Σκέπεσθαι τὰ ςήθη ἢ τοὺς τραχήλους αὐτῶν (de equis militaribus loquitur) εἰ δυνατὸν, ἢ τὰς χαλίας, διὰ μικρῶν ἀποκρεμασμάτων, ἀπὸ τ λεγομένων ἀφελέτρων τῆς σέλας. μεγάλων γὰρ ταῦτα κινδύνων πολλάκις τοὺς ἵππους διασώζουσι. Sed ego φελέτρων, legendum puto, quum sint *Feltra* Latinorum. Vide Glossarium Rigaltii.

ΑΦΕΝΤΕΥΓΕΙΝ.

Α'φεντεύγειν. Pro, ἀφεντεύειν, sive, αὐθεντεύειν. Dominari. Glossae Graecobarbarae. Α'ρχει. ἀφεντεύει. αὐθεντεύει. ἀφεντεύγει.

(a) Non tamen erat a principio, sed deinde se segregaverat, ut ait *Anastasius*.

ΑΦΕΝΤΗΣ.

Α'φέντης. Pro, αὐθέντης. Corona pretiosa. Α'φέντης, *Dominus*. κύριος. Hinc ἀφέντρα. Domina. Anonymus de Nuptiis Thesei.
Εἴ τι Κιὰν λέγ' ἀφέντρα μυ, ἀληθινὸν νὰ μεθύρης (b).

ΑΦΗΝΕΙΝ. ΑΦΙΝΝΕΙΝ.

Α'φήνειν, sive ἀφίννειν. Abire. Glossae Graecobarbarae. Φεύγω. ὑποχώρω. ἀφίννω. Ioannes Glycas De Van. Vitae.
Ε'πέρνετε τοὺς τοὺς γέροντες. ἢ ἀφήνετε τοὺς ἄλλους

ΑΦΙΟΝΙΟΝ.

Α'φιόνιον. Orneosophion. Α'φιόνιον κοκκία τρία μετὰ κρέατ☉ διδόμενον ὠφελεῖ.

ΑΦΟΠΛΙΣΤΑΙ.

Α'φοπλιςαί. Qui privatos homines, ad caedes & rapinas prohibendas, exarmabant. Iustinianus Novell. VIII. Η' ληςοδιώκτας, ἢ βιοκωλύτας, ἢ ἀφοπλιςὰς, ἢ τινας τοιούτους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκπέμπειν. Iulianus Antecessor Constitut. XV. *Quumque in provinciis praesides iussi mittuntur, superfluum est latrunculatores mittere, & eos quos biocolytas, id est, qui violentias prohibent, vel aphoplistas vocant, id est eos, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas aut caedes faciant.*

ΑΦΟΤΙΣ.

Α'φότις. Cum. Quando. Postquam. Exstat in Turcograecia Crusii, viri eruditissimi.

ΑΦΤΗ.

Α'φτή. Auris. Corona pretiosa. Α'φτή. *Auris*. οὖς.

ΑΧΑΜΝΟΣ (c). ΑΧΑΜΝΙΖΩ. ΑΧΑΜΝΙΣΙΣ.

Α'χαμνός. Debilis. Auctor Historiae Apollonii Tyrii. Εἶτονε ἡ κόρη πλία ἀχαμνή, καὶ σύσκλινε νὰ πέθη. Hinc ἀχαμνίζω. Debilito. Ioannes Glycas De Vanit. Vitae.
Ε'πεὶ λοιπὸν ἐβλέπομεν τι ἀχάμνισαν τὰ μέλη
Διὰ πλοῦτον, δόξαν, ἢ τιμήν.
Exstat quoque in Turcograecia Crusii. Hinc ἀχάμνισις, & ἀχάμνισμα. Debilitatio. Glossae Graecobarbarae. Α'σθένεια, ταλαιπωρία, νόσ☉, ἀδυναμία, ἀχάμνισις, ἀχάμνισμα.

ΑΧΕΛΙ.

Α'χέλυ. Corona pretiosa. Α'χέλυ. *Anguilla*. ἔγχελυς.

ΑΧΕΛΩΝ.

Α'χελών. Constantinus De Adminis. Imp.
Ε'γέ-

(b) Hinc apud Turcas *Efendis*.
(c) Ex Α'κμηνός. *Donius*.

Ἐγένετο δὲ καὶ κατὰ τὸν χαιρὸν ἐκεῖνον καὶ πόλεμος ἀχελῶν μεταξὺ τῶν ῥωμαίων καὶ τῶν βυλγάρων.

ΑΧΕΡΩΝΑ.

Ἀχερῶνα. Locus palearum, Ἀχυρῶν. Reperitur apud Crusium in Turcograecia.

ΑΧΟΡΤΑΓΟΣ.

Ἀχόρταγος. Noxius. Glossae Graecobarbarae. Ἄατον. βλαβερόν. ἢ ὅπϩδὲν βλάπτει. ἢ ἀχόρταγον. Iterum. Κακός. δύσκολος. ἀχόρταγος.

ΑΧΙΝΟΙ.

Ἀχινοί. Echini. Glossae Graecobarbarae. Ἀβρυτοί. ἐχίνων θαλασσίων εἶδος. σήμερον ἀχινοὶ καλοῦνται.

ΑΨΙΘΕΑ.

Ἀψιθέα. Corona pretiosa. ἀψιθέα. *Absynthium*. ἀψίνθιον.

ΑΨΙΝΘΑΤΟΝ.

Ἀψινθάτον. *Absynthatum*. Aqua apsynthi. Alexander Trallianus lib. I. cap. XV. Τῶν δὲ προπομάτων σπανίως προσφερέσθω μόνυ ἀψινθάτυ καλυμένυ· τῦτο γὰρ οἶδε καὶ ῥῶσαι τὸ σόμαχον. Iterum lib. VIII. cap. VII. Οἶνος τοίνυν θερμότερος τύτοις ἐπιτήδειος, καὶ οἰνόμελι, καὶ ἀψινθάτον, καὶ ἀνισάτον πινόμενον. Occurrit iterum lib. IX.

ΒΑΒΟΥΤΖΙΚΑΡΙΟΣ.

Βαβυτζικάριος. Morbi genus. Suidas. Ἡ ἐς τὴν κεφαλὴν ἀνατρέχυσα ἀναθυμίασις ἐξ ἀδηφαγίας καὶ ἀπεψίας παρὰ ἰατροῖς ἐφιάλτης λέγεται, ὁ λεγόμενος παρὰ πολλοῖς βαβυτζικάριος. Sed illic legendum censeo, καπυτζικάριος. Vide καπύτζιον.

ΒΑΓΕΥΕΙΝ.

Βαγεύειν. *Vagari*. Suidas. Βαγεύει, πλανητεύει. Ruffus in Legg. Milit. Εἴ τις τολμήσῃ βαγεῦσαι ὑπὲρ τὸν χρόνον τῦ κομμεάτυ, τῆς στρατείας ἐκβληθήσηται. Constantinus De Administr. Imp. Καὶ ἡνίκα παρὰ τὸ δέον εὑρίσκεν τινὰ ἢ ἐργαζόμενον, ἤ τινα ἀδικῦντα, ἢ εἰς τὴν ἰδίαν δυλείαν βαγεύοντα, τῦτον διὰ μαγκλαβίων σφοδρῶν ὑπεξήρχετο. Theodorus Prodromus in Lexico.

Βάθρον, τὸ βῆμα λέγεται· βαγεύει, πλανητεύει.

ΒΑΓΙΑ.

Βάγια. Nutrix. Glossae Graecobarbarae. Μήτηρ, τροφός, μάνα, ἀναθρέπτρια, βάγια, βυζάστρια. Idem puto esse βαγίτζα.

ΒΑΓΙΤΖΕΣ.

Βαγίτζες. Pueri honorarii. Diminutum e Gallico, *Pages*. Ioannes Glycas de Vanit. Vitae. Πῦ εἶναι οἱ βαγίτζες ὡς πολλές, οἱ σκλάβοι π' ἀκλυθῦσαν;

ΒΑΙΑ.

Βαΐα. Dona, quae ab Imperatore & Patriarcha quotannis distribuebantur septimana, quae ante diem Palmarum, unde & nomen, Balsamon de Incens. Patriarchae, die Catechel. Τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων περιωπὴν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσέμνυν καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι ποτὲ καὶ βαΐων φιλοτιμήματα. Et passim toto illo Tractatu. Et Imperator quidem palatinis suis, Patriarcha clericis dabat. Et de Imperatore elegantissime omnem ritum describit Luitprandus Levita Rer. Europ. lib. III. cap. V. *In ea quae est ante* βαϊοφόρον, *quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomada, tam in militibus, quam in diversis constitutis officiis, numismatum aureorum erogationem, prout cuiusque meretur officium, Imperator facit. Cui erogationi quia me interesse voluit, me venire praecepit. Fuit autem huiusmodi. Erat adposita decem cubitorum longitudinis ac quatuor latitudinis mensa, quae numismata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confuse, sed ordinatim, secundum vocantis vocem, quae scripta virorum nomina secundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus est rector domus, cui non in manibus sed in humeris posita sunt numismata cum scaramangis quatuor. Post quem* ὁ *domesticos*tos *Ascalonas* (lego δομέστικος τῶν σχολῶν.) *&* ὁ *Delongaristis ploas* (lego δρυγγάριος τῆς πλώϊμς.) *sunt vocati: quorum alter militibus, navigantibus praeerat alter. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numismata & sacramanga suscipientes, prae multitudine non iam in humeris portaverunt, sed adiuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. Post hos admissi sunt magistri numero viginti quatuor, quibus erogatae sunt numismatum aureorum librae, unicuique secundum eumdem numerum viginti quatuor cum scaramangis duobus. Patriciorum deinde ordo hos pone est sequutus. & duodecim numismatum libris cum scaramanga una donatus. Turba post hos immensa vocatur, protospathariorum, spathariorum, candidatorum, & id genus clientum.* Nec in hoc festo tantum, sed in aliis quoque solemnitatibus id fiebat. Cedrenus. Πατήσαντος δὲ εἰς τὰς τραχήλυς αὐτῶν, ἄχρις ἀπολύσεως τῦ πρώτυ βαΐυ, ἐπεβόα ὁ δῆμος. Vbi loci fallitur interpres. Etiam quodcumque donum generaliter ita dictum. Palladius de Mon. AEgypt. in Ioanne. Βαΐα ὀλίγα παρὰ τῦ πρεσβυτέρυ αἰτησάμενος, τοῖς ζώοις ζώνας εἰργάσατο.

ΒΑΙΟΥΛΟΣ.

Βαΐυλος. *Baiulus*. Codinus de Offic. Aulae Constantinopol. Ὡσαύτως καὶ ὁ τῦ μεγάλυ βαΐύλυ τόπος ἀνεπίληπτος ἦν. Moschopulus. Παιδαγωγός, καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐυλος. Oppiani Scholiastes Halieut. lib. I. Διδάσκαλοι.

καλοι· κολάσαι ἐπίφρονες. ἐπιμεληταὶ αἰδοῦς ϗ τῶν τραπίδων. εἰσὶ δὲ οἱ λεγόμϑυοι βαίυλοι, Et Sophoclis ad Aiacem. Πολυδαμνεῖν, ἐπὶ τῶν ἀλόγων λέγεται κυρίως, ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων παιδαγωγεῖν. ἀφ' ὧν παιδαγωγὸς, ϗ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμϑυ@ βαίυλ@. Lupus Abbas epist. LIV. *Non ergo admittentur a vobis monitores, quos baiulos vulgus adpellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur*. Fredegarius Chron. capit. LXXXVI. *Otto quidem filius domestici Beronis, qui baiulus Sigeberti ab adolescentia fuerat*. Hincmarus epist. II. ad Carolum Crassum cap. II. *Regibus nostris maturos ac prudentes atque sobrios baiulos singulis constituite*. Occurrit iterum apud eumdem mox eadem epistola capp. VI. & VII. & epistola III. ad Episcopos cap. I. Item apud alios complures. Itaque μέγας βαίυλ@, sine dubio is dictus fuit, qui Imperatoris filios instituebat. Mirum est hoc ignorasse Codinum. Accipiendus de eo Cedrenus est. Θεοδόσι@ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχον πραιπόσιτον, ϗ πατρίκιον, τ̃ βαίυλον αὐτῦ, παπᾶν ἐποίησεν. Sed quis est, *baiulorum praecentor*, apud Ammianum Marcellinum lib. XIV. *Luscus quidam curator urbis subito visus, quumque eo Sthenelaus baiulorum praecentor*. An hic, qui postea ὁ μέγας βαίυλ@, de quo iam diximus? Non videtur, & amplius inquirendum est. Vocabatur praeterea etiam Βαίυλ@ Legatus Venetorum Constantinopolim. Vide infra μπαίυλος.

ΒΑΚΑΝΟΝ.

Βάκανον. Semen brassicae. Alexander Trallianus lib. VII. cap. XX. Βάκανόν ἐστιν ἡ πυρίνη τῦ ῥαφάνυ.

ΒΑΚΑΝΤΗΣ.

Βακάντες. *Vacans*. Suidas. Βακάντης. ὁ σχολαστής.

ΒΑΚΑΝΤΙΑ.

Βακαντία. Saburra. Glossae Basilicorum. Βακαντία· σαβύρα. Et alibi. Βαντία· σαβούρα. Corrigendum.

ΒΑΚΑΝΤΙΒΟΣ.

Βακάντιβ@. *Vacantivus*. Ignavus. Suidas. Βακάντιβ@, σχολαστής, μὴ περιμένων τῷ πράγματι αὐτῦ. Theodorus Prodromus in Lexico. Βακάντιβ@. σχολαστικός. Synesius epist. LXVIII. ad Theophilum. Περινοστῦσί τινες βακάντιβοι παρ' ἡμῖν (ἀνέξη γάρ με μικρὸν ὑπερβαρβαρίσαντ@, ἵνα διὰ συνηθεστέρας τῇ πολιτείᾳ φωνῆς τ̃ ἐνίων κακίαν ἐμφατικώτερον παραστήσαιμι) ἤτοι καθέδραν μὲν ἀποδεδασμένην ἔχειν ὐ βόλονται, οἵ γε τὴν ὗσαν ἀπολελοίπασιν, ὐ κατὰ συμφορὰν, ἀλλ' αὐθαίρετοι μετανάσται γινόμϑυοι. καρπῦνται δὲ τὰς τιμὰς ἐκεῖ περινοστῦντες, ὅπυ κερδαλεώτερον. Corrige Lampridium in Severo. *Iureiurando deinde constrinxit, ne quem adscriptum, id est, vacantivum haberet, ne annonis Remp. gravaret*. Hodie editur: *vacantium*; neque recte viri magni mutant in *vacantem*.

ΒΑΚΛΟΝ. ΒΑΚΛΑΙΟΝ. ΒΑΚΛΙΖΕΙΝ. ΒΑΚΥΛΙΟΝ.

Βάκλον. *Baculus*. Glossae. Fustis. Ῥάβδος. βάκλον· Suidas. Τύμπανα, βάκλα. Hesychius. Ἀμυντήριον, ξίφ@ δίσκμον, ἢ βάκλον. Theodorus Anagnosta Eclog. II. Τῇ δὲ ἐπιύσῃ κυριακῇ ὅμοια ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐποίησαν, μετὰ βάκλων εἰσελθόντες. Item βακλίον dicebant. Glossae Graecolatinae. βακλίον· *Bacillum*. Apud Suidam etiam legitur, βακύλιον, κύμβαλον. Hinc item βακλίζειν. Fustigare. Glossae Latinograecae. *Fustigatus*. βακλισθείς. [*]

ΒΑΚΟΣ.

Βάκ@. Pellis. Suidas in Etymologico. Σισύρνα, γῦνα, αἴγειον στέαρον τετριχωμένων τελέσι βάκ@, ὅ ἐστι δέρμα. Nisi legendum, νάκος.

ΒΑΚΡΙΖΕΙΝ.

Βακρίζειν. Latrare. Glossae Graecobarbarae. Βοᾷ ὥσπερ οἱ κύνες, ὡς γιὸν οἱ σκύλλοι, ἤγυν βακρίζει ἀποτζίπποτα.

ΒΑΛΘΕΙΝ.

Βαλθεῖν. Pro, βάλλειν. Glossae Graecobarbarae. Ἀντιλεθήσεται· θέλει τεθεῖν ἢ βαλθεῖν κατάδικα, ϗ ἐναντία.

ΒΑΛΚΑ.

Βάλκα. Scapha. Harmenopulus lib. II. Tit. XI. Καὶ τὴν ἐν τῷ πλοίῳ σκάφην, ἤγυν τὴν κοινῶς λεγομένην βάλκαν. Occurrit quoque apud Nicetam in Alexio Comneno lib. III. Quod ἐφόλκιον legitur in puriori textu. More recepto Ρ in Λ commutabant Graecobarbari; quemadmodum φαλκίμϑυα. *Farcimina*. καλδιναρί@. *Cardinalis*, & talia.

ΒΑΛΛΙΖΕΙΝ.

Βαλλίζειν. *Ballare*. Saltare. Glossae Graecolatinae. Βαλλίζω. *Salto*. Suidas. Βαλλίζειν, τὰ κύμβαλα κτυπεῖν, ϗ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. Synodus Laodicena capit. LIII. Οὐ δεῖ χριστιανὺς εἰς γάμυς ἐρχομένυς βαλλίζεσθαι, ἢ ὀρχεῖσθαι. Et in Photii Nomocan. Tit. XIII. caput est, Περὶ τῦ μὴ βαλλίζειν, ἢ ὀρχεῖσθαι ἐν γάμοις. Athenaeus extremo VIII. Καί τιν@ εἰπόντ@ ὅτι βαλλίζυσιν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἀτεχνῶς τῷ θεῷ, ὦ λῷστε, ὁ ἐλπιανὸς γελάσας ἔφη, καί τις ἑλλήνων τῦτο βαλλισμὸν ἐκάλεσεν; Isidorus in Glossis. *Choreis, ballationibus*. Benedictus Levita lib. VI. cap. CXCIII. *Illas vero ballationes, & saltationes, canticaque turpia & luxuriosa, & illa lusa diabolica non faciat*. In Notis quoque Tyronis ac Senecae, ut hodie quidem eas, sed falso, viri docti inscribunt, invenio: *Ballat. Ballator. Ballatrix*. Hinc βαλλιστεῖα. Vopiscus in Aureliano. *Adeo ut etiam ballistea pueri & saltatiun-*

[*] Graeci huiusmodi nomina Latina contrahunt, ut *Proculus*, πρόκλ@, *Titulus*, τίτλ@.

tatiunculas in Aurelianum tales componerent. Sed vero etiam antiquissimis Graecis usitatam fuisse hanc vocem conatur nos docere Athenaeus loco citato. Michael Scotus Physiognom. cap. VI. *In hoc loco suae sedis facile cadit, sive per saltum, sive per ballum.*

ΒΑΛΛΙΣΤΑΡΙΟΣ.

Βαλλιςάριος. *Ballistarius.* Iustinianus Novell. LXXXV. Αὐτὸ δὲ τοῦτο φυλάττειν βουλόμεθα καὶ τοὺς ἐν τοῖς τάγμασι τῶν βαλλισαρίων.

ΒΑΛΜΑΔΙΚΗ.

Βαλμαδική. Vide Μπολαμαλάρης.

ΒΑΛΝΕΑ.

Βάλνεα. Potus genus non sane delicati. Luitprandus in Legat. *Soli mensae adsident nudae, paximacium sibi adponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes, sed sorbillantes.* Et antea. *Parcus, cupidus, allio, caepe, & porris vescens, balnea bibens.* Iterum in fine. *Non proderit tibi balneum, quo te adsiduo potas in amore beati Ioannis praecursoris.*

ΒΑΛΣΑΜΟΥΡΓΟΣ.

Βαλσαμουργός. Balsamarius. Palladius Hist. Laus. in Amoun. Διὰ πάσης ἡμέρας ἐσχόλαζεν ἐν τῷ κήπῳ, καὶ τῷ βαλσαμῶνι, βαλσαμουργὸς γὰρ ἦν.

ΒΑΛΤΗ. ΒΑΛΤΩΔΗΣ.

Βάλτη. Palus. Leo in Tacticis. Ἐκλέγου χωρία χρήσιμα, μὴ ὑλώδη, ἤγουν ὕλας καὶ πηλὰ καὶ βάλταν ἔχοντα. Hinc Βαλτώδης. Palustris. Constantinus De Administ. Imper. Ἡ βενετία τὸ μὲν παλαιὸν ἦν τόπος ἔρημός τις, ἀοίκητος, καὶ βαλτώδης.

ΒΑΜΜΟΝ.

Βάμμον. Vasculum aceti ad intingendum appositum in mensa. Vide Ὀξυτάριον.

ΒΑΜΠΑΤΖΙ.

Βαμπάτζι. Corona pretiosa. Βαμπάτζι. *Bombyx*, βάμβυξ.

ΒΑΝΔΟΝ.

Βάνδον. *Bandum.* Vexillum. Etymologici Auctor. Σημαίας ἰταλοὶ τὰ σίγνα καὶ τὰ λεγόμενα βάνδα καλοῦσι, τὰ ἐν ταῖς τάξεσιν ἐπίσημα. Suidas. Βάνδον. οὕτω καλοῦσιν οἱ ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Simocatta Histor. Mauric. lib. III. cap. VI. Τά τε σημεῖα τῆς παρατάξεως, ἅπερ ῥωμαίοις εἴθισο τῇ πατρώᾳ φωνῇ βανδα ἀποκαλεῖν. Iterum lib VII. cap. III occurrit. Diaconus in Heraclio. *Tulerunt interea Romani banda Persarum viginti octo.* Hinc βανδοσέκιτε. *Bandum sequimini*, apud Mauritium Strateg. I. Παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ σιλεντίου μανδάτα. ΚΑΒΕΤΕ ΝΕ ΒΟϹ ΤΟΥΡΒΕΤΙϹ. ΟΡΔΙΝΕΜ ΣΕΡΒΑΤΕ. ΒΑΝΔΟΣΕΚΙΤΕ. ΝΕΜΟ ΔΕΜΙΤΤΑΤ ΒΑΝΔΟΜ. Sed victoriam interpretatur Stephanus de Vrbibus. Ἄλα μὲν τῶν ἵππων, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσι. ἔνθεν καὶ παρὰ ῥωμαίοις βάνδα τὴν νίκην φασίν. Locus est in ἀλάβανδα. At vero interpretationem illam suam unde accepit?

ΒΑΝΔΟΦΟΡΟΣ.

Βανδοφόρος. *Bandifer.* Signifer. Leo in Tacticis. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ἕτεροι κατὰ τὸ ἕκαστον τάγμα ἤτοι βάνδον διωρισμένοι, οἷον βανδοφόροι, σαλπιγκταί.

ΒΑΝΕΙΝ.

Βάνειν. Facere. Batholomaeus Monachus in Elencho Agareni. Εἶτα βάνης γονυκλισίας τρεῖς λέγων οὕτως, εὐχαριστοῦμέν σε Θεὲ καὶ κύριε τῶν ἁπάντων. Anonymus De Amor. Callimachi & Chrysorrhoes.

Σίδηρα τὸν ἐφόρησαν, εἰς φυλακὴν τὸν βάνουν.

Item alius de nuptiis Thesei.

Γιατοῦτο βάνω δύναμιν με νόμον καὶ με κόπον.

ΒΑΝΝΑΣ.

Βάννας. Hesychius. Βάννας. βασιλεὺς παρὰ ἰταλιώταις. οἱ δὲ, μέγιστος ἄρχων. Ego vocem hanc Latinam [a] non agnosco. Investigemus amplius.

ΒΑΝΝΑΤΑΙ.

Βαννάται. Hesychius. Βαννάται, αἱ λοξαὶ, καὶ μὴ ἰθυτενεῖς ὁδοὶ παρὰ ταραντίνοις. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ βάννατροι.

ΒΑΡΑΓΓΟΙ.

Βάραγγοι. Stationarii milites, qui observabant fores conclavis Imperatoris, & triclinii. Codinus de Offic. Aulae Constantinop. Οἱ μὲν γὰρ βάραγγοι εὑρίσκονται ὑπηρετοῦντες εἴς τε τὰς θύρας τοῦ κελλίου τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τὸ τρίκλινον. Apomasas in Mysteriis. Δηλοῖ τῶν βαράγγων εὐτυχίαν, ἤγουν τῶν αἱματεκχύτων. Horum arma secures erant; ut discimus ex Codino locis tribus quatuor. Nicetas in Andronico lib. II. Οἱ παριστάμενοι αὐτῷ βάραγγοι τὰς μανάρας κατεβίβασαν ἐπάνω αὐτῶν. Alibi simpliciter τοὺς πελεκυφόρους nominat, ut & Gregoras. Vide quoque Cantacuzenum lib. I. cap. XLI. Hi etiam claves urbium, in quascumque imperator venisset, servabant. Cantacuzenus ostendit lib. II. capit. XIII. *Securigeros Barangos claves urbis adferre (hos enim urbium claves Imperatore praesente custodire solemne erat) & Arego tradere imperavit.* Habitacula illis in excubitorum platea, qua ad Imperatoris palatium ibatur, ut nimirum istud tanto tutius esset.

[a] *Italiotae* non sunt Latini, aut Itali, ut liquet ex Ammonio, sed Graeci qui in Italia habitabant. Potuit igitur esse vocabulum Tarentinorum, Rheginorum, Iapygum &c. *Donius.*

fet. Haurio ex Zonara in Alexio Comneno. Τῷ δὲ ἦν ὁρμὴ εἰς τὸ μέγα ἀνάκτορον. ἀπιόντι δὲ ἀγγέλλεται, ὡς οἱ βάραγγοι τὴν ἐν τοῖς ἐξκουβίτοις διειληφότες ὁδὸν, ἔνθα περ τούτοις καὶ ἡ κατοίκησις, ἀπελθεῖν δι' ἐκείνης ὁ παραχωροῦσι τινὶ, οὐδὲ μὴν πλησιάσαι τοῖς βασιλείοις. Angli autem erant, ut discimus ex Codino. Ἔπειτα ἔρχονται καὶ οἱ βάραγγοι κατὰ τὴν πάτριον καὶ ἔτοι γλῶτταν αὐτῶν, ἤγουν ἐγκλινιστί. Praefectus eorum ἀκόλουθος dicebatur, ut supra docui. Vt autem ipsi βάραγγοι, ita eorum cohors βαραγγία dicebatur. Anna Comnena lib. VII. Καὶ τὸν ἰκαννάκιον, καὶ τὸν ἄρχοντα βαραγγίας τὸν ἀμπίτην, καὶ γυλήν τινα.

ΒΑΡΑΔΙΟΝ.

Γαράδιον, five βαράδιν; utroque enim modo fcribebant, ut innumera talia. *Parada*. Alveare. Achmes capit. CCLXXXIV. Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε βαράδιν, ἢ εὐπόρησε μελισσῶν ἡμέρων, &c. Aufonius ad Theon. epift. V.

Expofitum fubter paradas, lectoque iacentem,
Corporis ut tanti non moveatur onus.

Sidonius lib. VIII. epift. XII. *Hic fuperflexo crate paradarum fereni brumalis infida vitabis*. Sed ut animi fententiam dicam, non puto *Paradam* effe βαράδιον. Occurrit quoque apud Aimoinum lib. V. cap. XVII. in Diplomate Othonis III. & Privilegio Childerici.

ΒΑΡΑΚΑΡΗΣ.

Βαρακάρης. Gallicum *Berger*. Opilio. Tamen βαρακάκης apud Hefychium legitur, qui & facras pelles interpretatur. Haec eius verba funt. Βαρακάκαι, ἅγιοι διφθέραι παρὰ κελτοῖς. Sed puto illum vocem non fatis intellexiffe. Apud eumdem, βάριχοι, ἄρνες. Apud Theodorum Prodromum in Lexico βάριον invenio. [b]

Βακάντιβος, σχολαστικός. βάριον, προβατὸν τε. Hinc igitur. βαριχάριος, five βαριχάρης, aut βαρικάρης, vel βαρακάρης; ut ζιλεντιάριος, σιλεντιάρης: & alia. Quod autem βάριχες agnos explicat, confine eft Hifpanico, *Borrego*. Et cenfeo βρεκάριος idem effe, quod βαρακάρης, apud Dorotheum Doctr. XVIII. Βαβαὶ κύριε. ἰδὲ ὁ καλὸς δοῦλος. ἐγένου καλὸς βρεκάριος. Et vides veftigia in Gallico idiomate. *Berger*.

ΒΑΡΒΑΡΙΚΟΝ.

Βαρβαρικόν. Armamentarium, in quo Imperatores Graeci reponebant fpolia & donaria belli pacifque temporibus a Barbaris accepta. Simocatta Hift. Mauric. lib. V. capit. XIII. Ἐπιστολὴν δὲ δι' ἑλληνικοῖς γράμμασιν, ἅμα τῷ κειμηλίῳ, εἰς τὸ λεγόμενον βαρβαρικὸν παρεπέμπετο. Notitia Imperii. *Subadiuvae adiutoris duo, fabricarum tres, barbaricorum tres*. In Refcripto Zenonis, quod exftat l. I. C. de Praepof. Agent. in Reb. *Qui per ordinem confequi folent principatus infignia, in unoquoque fabricarum infignia, & barbaricorum.*

ΒΑΡΓΕΙΝ.

Βαργεῖν. Pro, βαρύνειν. Gloffae Graecobarbarae. Ἀδράτο. ἐβαρύνετο. ἐβάργετον. Occurrit illic pluries.

ΒΑΡΔΑΡΙΩΤΑΙ.

Βαρδαριῶται. Milites ftationarii cum baculis & virgis, qui aulae ianuam cuftodiebant, & equitante Imperatore populum praeeuntes fummovebant: atque his primicerius praeerat. Codinus de Offic. Aulae Conftantinop. Κρέμανται ἐπὶ ζώνης ἑκάστου τούτων (τῶν βαρδαριωτῶν) λῶροι, οὓς καλοῦσι μαγκλάβια, ἕως βακτηρίας, ἢ ῥάβδους, μαστίζειν τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι, φέροντες ἀεὶ δικανίκια. ὅτε δὲ καβαλλικεύσῃ ὁ βασιλεὺς, προηγοῦνται, καὶ φέροντες αὐτὰ ὄρθια εὐτακτοῦσι τὸν λαόν. ἔχουσι δὲ οὗτοι καὶ πριμμικήριον. Et primicerius hic *Primivirgius*, five ἀρχιραβδοῦχος, adpellatur in Gloffis Ifidori, fed locus corruptus valde eft. Ita hodie editur. *Primivirgius, caballarius, quod primus eft militiae in virgines*. Corrigo. *Primivirgius, clabarius* (five *clavarius*) *quod primus eft militiae in virgis*. Et obferva, *militiae in virgis*; id eft, *militum virgatorum*. Veftibus autem hi Bardoriotae infigniebantur ruffis, five coccineis. Codinus loco citato. Ἐνδύματα ἐρυθρὰ ἐνδύονται μὲν καὶ οἱ βαρδαριῶται διὰ πάντων. Nicetas in Andronico Comneno lib. II. Οὐ πελεκυφόρος βάρβαρος, οὐχ οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες οἱ ῥαβδοῦχοι, οὐτῶν ἁπάντων τις ἕτερος. Vbi ὁ πελεκυφόρος eft Barangus, de quo fupra dixi: quem βάρβαρον adpellat, quia Anglus erat, non Graecus: ὁ ῥαβδοῦχος vero, eft hic nofter Bardariota. Ita autem dicti funt a Bardario fluvio. Τούτους πάλαι πέρσας κατὰ γένος ὄντας, ὁ βασιλεὺς μετοικίσας ἐκεῖθεν εἰς τὸν βαρδάριον ἐκάθισε ποταμὸν, ἀφ' οὗ καὶ βαρδαριῶται ἐκαλοῦντο. Veteribus ἄξιος dicebatur. Zonaras Annal. III. Καὶ ἐπανερχόμενος καλέλαβε παρὰ τῷ ἀξιῷ ποταμῷ τὸν ζαμουὴλ αὐλιζόμενον, ὁ βαρδάριος οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὠνομάζετο. Et corrigendus eft Theophylactus in Epiftol. Θάτερον δὲ τὸ τοῦ γείτονος ποταμοῦ, ὃν ἡ παλαιὰ μὲν καὶ ἑλληνὶς ἄξιον, ἡ νέα δὲ, καὶ βάρβαρος, ὀνομάζει βαρδάριον. Perperam hodie eft in MS. ὀνομάζει βαραυάριον. Mendum quoque eft apud Georgium Logothetam in Chronico. Ὁ δὲ διαβὰς τὸν βαρδάριον, ὃν οἱ παλαιοὶ τὰξειον ὀνομάζουσι, καὶ τῷ λάσκαρι μιχαὴλ ἠνωθεὶς, τὴν βέρροιαν ἐλῄσατο. Refcribe. Ὃν οἱ παλαιοὶ ἄξιον ὁ.

ΒΑΡΔΟΣ.

Βάρδος. Via. Hefychius. Βάρδοι. αἱ ὁδοὶ γαλάται. [b] Eft igitur vox Gallica, & veftigium habes in *Bardocucullus*, quod pallium viatorium eft, annexum habens cucullum, quali uti etiam hodie viatores videmus in itinere. Effe autem Gallicam hanc veftem difcimus ex Martiale lib. I. epigr. LIII.

Vrbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

[a] Nos veftis genus quoddam *Baracane* adpellamus.
[b] In Hefychio legendum puto fic, Βάρδοι οἱ ᾠδοὶ παρὰ Γαλάταις Galli five poetas five cantores bardos vocabant, ut notum eft. *Dorius*.

ΒΑΡΔΟΥΚΙΟΝ.

Βαρδούκιον. Hastile, securicula levis, quae manu eiici posset. Cedrenus. Κυνηγεσίας δέ ποτε γινομένης τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ Φιλοπάτιον, προεπορεύετο τούτου ὁ πρωτοστράτωρ ἔφιππος, ἐπιφερόμενος ἐπὶ ζώνης καὶ τὸ βασιλικὸν βαρδούκιον. Et mox. Ἔρριψε κατ' αὐτοῦ τὸ βασιλικὸν βαρδούκιον, καὶ τυχὼν τοῦ θηρίου κατὰ τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς, ταύτην ἐδιχοτόμησεν. Apud Burchardum De Excid. Mediolan. legitur *Bareocium*; sed locum vitii suspectum habent viri docti. *Postea tertia feria venit populus cum bareocio*. Non potest tamen esse hoc nostrum βαρδούκιον, de quo agimus.

ΒΑΡΕΑ.

Βαρέα, Campana grandior. Typicum Sabae cap. v. Εἰς δὲ τὸν ὄρθρον κρούει ὁ κανδηλάπτης τὰς βαρέας πρῶτον σχολαιότερον. Occurrit illic pluries. Marcus Hieromonachus De Tub. Typ. cap. xxxiv. Περὶ δὲ τὴν ὥραν πρώτην τῆς νυκτὸς σημαίνει τὰς βαρέας, τὸ μέγα, καὶ τὸ σιδηροῦν.

ΒΑΡΕΛΗ.

Βαρέλη. Italicum, *Barile*. Cadus. Arsenius in Epist. Καὶ ἀποστέλλω σου μὲ τὸν ἀναγνώστην τὸ σημιφὸ ἕνα βαρέλη λάδι. Pachomius in Epistol. Περὶ ὅσους ἐμήνυσας ἡμῖν, καὶ στέλλομεν αὐτὸ, ἕνα βαρέλη γεμάτο, ἀπὸ τὸ καλλίτερο ὅπου εἴχαμεν.

ΒΑΡΕΜΑΤΑ.

Βαρέματα. Sarcinae. Impedimenta. Nicetas in Man. Comneno lib. vi. Ἔπειτα δ' ἐκεῖσε τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ ἄλλα βαρέματα καταθέμενος ἄνεσιν ἐς νέωτα πρὸς τὸν χάρακα, κούφως ὡπλισμένην ἔχων τὴν στρατιάν.

ΒΑΡΙΟΜΟΙΡΑΣΜΕΝΟΣ.

Βαριομοιρασμένος. Infelix. Aerumnosus. Anonymus De nuptiis Thesei.

Τότε λέγει ὁ ἄθλιος καὶ ὁ βαριομοιρασμένος.

ΒΑΡΙΟΝ.

Βαρίον. Ovis. Vide supra Βαρακάρης.

ΒΑΡΚΑ. ΒΑΡΚΟΠΟΥΛΑ.

Βάρκα. *Barca*. Navigii genus. Glossae Graecob. Ἀκάτια, ὑποδημάτων εἶδος, ἤγουν θεωρία τῶν ὑποδημάτων, ἢ τὰ μεγάλα ἄρμενα. ἢ οἱ βάρκες. Iterum. Ἀκάτιον. ἢ βάρκα. τὸ λέμβος. Corona pretiosa. βάρκα. *Rates*. ἀκάτιον. Arnoldus Presbyter in Chron. Slavorum capit. viii. *Cum abbate Bartholdo barcam ingrediens navigio eum insequitur*. Item βαρκοποῦλα dicebant, ut multa talia. Anonymus De nuptiis Thesei.

Καὶ στέκοντας με λογισμὸν ἐκεῖσε ὁ πενθέος,
Μία βαρκοποῦλα στέκηκε ἀπέσω τὸν λιμένα.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ.

Βασιλεία. Maiestas. Codinus de Offic. Aulae Constantinopol. Ἀναγινώσκεται δὲ ὑπὸ τοῦ κανονάρχου, πολυχρόνιον ποιήσει ὁ θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας πολλὰ ἔτη. καὶ πάλιν ἐκ τρίτου. πολυχρόνιον ποιήσει ὁ θεὸς τὸν θεοπρόβλητον, καὶ θεοφόρητον, καὶ κραταιὰν, καὶ ἁγίαν βασιλείαν σας εἰς πολλὰ ἔτη. Ecce ἡ ἁγία βασιλεία σας, est, *Sacra maiestas tua*; ut hodie loquuntur. Errant viri docti, qui veteris Graeciae significatione *Imperium*, aut *Regnum*, interpretantur. Et Diaconus quoque in Iustino. *Adsistente mihi Imperio tuo*, quod apud Graecos legerat, τῆς βασιλείας σας. Et quidem aliquoties peccat hoc peccatum. Erat hic titulus communis cum Imperatore Despotae, Sebastocratori, & Caesari. Vnicum hoc tamen discrimen, quod simpliciter de illis dicebant, ἡ βασιλεία αὐτῶν. Idem Codinus loco citato. Τὸν μέντοι δεσπότην ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως καλοῦσιν οὕτως ἁπλῶς. δέσποτά μου, καὶ, ἡ βασιλεία αὐτοῦ. τὸν καίσαρα, καὶ τοῦτον δέσποτά μου καῖσαρ, καὶ, ἡ βασιλεία αὐτοῦ. ὥσπερ καὶ τὸν σεβαστοκράτορα. Ad Imperatorem vero, aut de ipso loquuturi, addebant, ἁγία, ut adparet ex verbis iam citatis. At Imperator ipse si de se verba faceret, modestiae studio ἁγία omittebat, & simpliciter, ἡ βασιλεία μου, dicebat. Observo apud eumdem Cod. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος οὕτως, ἡ βασιλεία μου προβάλλεταί σε δεσπότην. In Constitut. Basilii Porphyrogeniti. Ἐπειδήπερ ἡ βασιλεία μου, ἀφ' οὗ ηὐτοκρατόρησε, καὶ τὰς κινουμένας ὑποθέσεις παρά τε τῶν πλουσίων καὶ τῶν πτωχῶν ἐπεχείρησε ζητεῖν, εὗρεν, &c. Item in Constitut. Isaacii Comneni. Τυποῖ ἡ βασιλεία μου, καὶ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ τὸν παλαιὸν ἐνεργεῖν τύπον.

ΒΑΣΙΛΕΟΠΑΤΩΡ.

Βασιλεοπάτωρ. Non sanguinis nomen erat, quod prima fronte videtur, sed dignitatis. Cedrenus. Ὃν μέγας Θεοδόσιος ἤγαγεν ἀπὸ ῥώμης ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὸν μέγαν ἀρσένιον, ἀκούσας περὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ θείκης γνώσεως. καὶ τούτῳ ἀρκάδιον καὶ ὀνώριον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ δέδωκε παιδεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰ ἱερὰ γράμματα, ὃν καὶ βασιλεοπάτορα πεποίηκεν. Menander de Legat. Ἔστειλε κατὰ τὴν ἰταλίαν χρυσίον συχνὸν ἄχρι κεντηναρίων τριάκοντα, ἅτινά γε δῆθεν παμφρόνιος ὄνομα, ἀξίωμα βασιλέως πατὴρ, ἐκομίσατο ἐκ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης. Munus, & rationem nominis, discimus ex Annalibus Constantini Manassis

Ὃ μὲν γὰρ ἄναξ ῥωμανὸν εὔνουν νομίσας εἶναι,
Καὶ κηδεμόνα τῆς ζωῆς, καὶ τηρετὴν τοῦ κράτους,
Πρῶτα μὲν μάγιστρον τιμᾷ, μέγαν ἑταιρειάρχην,
Εἶτα τῇ δόξῃ προσθεὶς ἄλλην μείζονα δόξαν,
Καὶ πρὸς ἀκρώρειαν ὑψῶν ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων,
Πατέρα καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.

Simocatta Hist. Mauric. lib. i. cap. x. Εἶτα μετ' ἐκεῖνο ἐστέφησαν ἐπὶ τὴν βασίλειον παστάδα οἱ τῆς κορυφαῖς τῶν ἀξιωμάτων περιλαμπόμενοι, οὓς καὶ γονέας ἀποκαλεῖν βασιλεὺς οὐκ ἀπηξίωσεν ἀντὶ σπορᾶς ὥσπερ καταβαλλομένους τὴν εὔνοιαν. Primus hoc honoris nomen excogitavit Leo philoso-

Iosophus, socerumque Zautzam in Zoes uxoris gratiam eo ornavit. Cedrenus. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ πρὸς ζωὴν τὴν θυγατέρα τῦ τζαυτζᾶ φίλτρῳ νικώμενος, τιμᾷ τὸν ταύτης πατέρα βασιλεοπάτορα, αὐτὸς τὸ ἀξίωμα καινουργήσας, μὴ πρότερον ὄν. Idem in epistola ad Senatum, de patricio Richimere. *Apud nos cum patre, patrioque nostro Richimere rei militaris pervigit cura*. Sed Cedrenus in Theodosio Magno dicit Arsenio tributam hanc dignitatem. Conciliabo. Abusus est dictione, & pro suo aevo loquutus, hoc vult dicere, tamquam patrem a Theodosio filiis suis, quos ei erudiendos tradiderat, constitutum fuisse. Certe verba eius etiam Zonaras confirmat. Τὸν πατέρα ταύτης (ζωῆς) μέγιστον ἐτίμησε, κ̀ λογοθέτην τῦ δρόμυ, μετέπειτα μέν τοι βασιλεοπάτορα, αὐτὸς τὸ ὄνομα ἐφευρών. Ergo certum est, & indubitatum, esse ab auctore Leone. Antea vero tales patricii censebantur. Iustinianus Novell. LXXXI. Οὐ γὰρ πρέπον ἐνομίσαμεν εἶναι, ὡς ἡμεῖς ἐν τάξει πατέρων ἄγομεν ἡμετέρων, τύτυς ὑφ' ἑτέρυ τελεῖν ἐξυσίαν. Et sic quoque licebit extricare locum Cedreni. (a)

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Βασιλεύς. Hoc nomine Constantinopolitani suum tantum Imperatorem ornabant, Romanorum vero communi cum regibus vocabulo ῥῆγα dicebant. Vide ῥήξ. Tamen Bulgarorum quoque regi hunc honorem postea habuerunt, ut βασιλεὺς itidem adpellaretur, & legati eius omnium gentium legatis praeponerentur. Observamus ex Luitprando in Legat. *Quumque indignans abire vellem, Leo Coroplates* (lego, *Curopalates*,) *Imperatoris frater, & Protoasecretis Simeon pone me sequuntur, haec latrantes. Quum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus coniugem duceret, symphona, idest, consonantia scripta iuramento firmata sunt, ut omnium gentium Apostolis, idest, nuntiis, penes nos Bulgarorum Apostoli praeponantur, honorentur, diligantur*. Et calcei quoque ei rubri, sicuti Imperatori. Ioannes Curopalates in Tzimisce. Τὰ παράσημα τῆς βυλγαρικῆς βασιλείας ἐπ' ὄψει τῶν πολιτῶν τὸν θρίαμβον ἀποδιδύσκει. τὰ δ' ἦν στέφανος ἐκ χρυσῦ, κ̀ τιάρα νενησμένη ἐκ βύσσυ, κ̀ πέδιλα ἐρυθρά. Observa illic obiter omnia insignia regni Bulgarici.

ΒΑΣΙΛΙΣΚΑΡΙΟΝ.

Βασιλισκάριον. Demetrius Constantinopol. Hieracosophii lib. I. cap. IV. Καὶ ἐὰν τὰ βασιλισκάρια μακρὰ ἔχε ἴσα τ̃ πρωτελλάτων.

ΒΑΣΙΛΟΘΥΡΑ.

Βασιλόθυρα. Fores oratorii Imperatoris. Codinus De Offic. Aulae Constantinop. Καὶ παρευθὺς ἀνοίγυσι τὰ βασιλόθυρα, κ̀ ὕτε ὁ πρωτοβεστιάριος, ὕτε ὁ λαμπαδάριος, ὕτε μὴν ὁ τὴν βασιλικὴν φέρων σπάθην, φαίνονται ὅλως. Et postea. Τύτυ δ' ἔτι ψαλλομένυ, κλείυσι τὰ βασιλόθυρα.

(a) Ad rem quoque illi *Claudiani* versiculi:
Ereptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras principis esse pater.

ΒΑΣΜΟΥΛΟΙ.

Βάσμυλοι. Levis armaturae milites. Nicetas in Manuele Comneno, lib. III. Ἀμέλει κ̀ ὁ τῦ στόλυ ἀρχηγὸς τὸ ὁπλιτεῦον, κ̀ τὸ τῦ στρατῦ ἐλαφρὸν, τὺς παρ' ἡμῖν λεγομένυς βασμύλυς, εἰς τάξεις διαλαβών.

ΒΑΣΤΑ.

Βαστά. Italicum, *Basta*. Rhuzanus in Paraphrasi Vaticin.

Βαστὰ, βαστὰ, καινὰ βλέπεις ὅτε ἔλθε ὁ σαχείτζης.

Apud Hesychium invenio, βαστὰ, ὑποδήματα ἰταλιῶται. Sed ibi legendum censeo, βαυτὰ, (b) idest, *Botta*. Ocrea.

ΒΑΣΤΑΓΙΟΝ. ΒΑΣΤΑΓΙΑ. ΒΑΣΤΑΓΗ. ΒΑΣΤΑΓΑΡΗΣ. ΒΑΣΤΑΓΑΡΙΟΣ.

Βαστάγιον. Theca, sive repositorium, in quo recondita arma sua portabant milites. Leo Constitut. V. Καὶ ἕτερα τζικάρια ἀμφίστομα, ἐφ' ἓν μέρος οἱονεὶ σπαθίον, ἐπὶ δὲ τὸ ἕτερον, ξίφος κοντάριον, μετὰ θηκαρίων αὐτῶν δερματίνων, κ̀ βασταγίων. Ita corrigo. Hodie legitur, σπαθίυ, & κονταρίυ. Putant viri docti esse lora, quibus adpensa arma facilius ferrent. Non adsentior: βαστάγια vero erat onus portandarum rerum per iumenta. In *l. solita* 3. *C. de Cohortalibus. Solita cohortalibus Syriae privilegia, quae a divo Diocletiano porrecta sunt, atque concessa, nos quoque porreximus, ac iubemus eos non ad sollicitudinem bastagiae, non ad functionem navicularium devocandos*. In C. Theodos. §. 11. hoc ipso Titulo, legitur *vastagae*, sed tu corrige *vastagiae*; βασταγὴ enim erat onus ipsum, quod portaretur. Hesychius, βασταγὴ, βάρος. Hinc βασταγάρης, sive βασταγιάριος. Baiulus. Corona pretiosa. Βασταγάρης. *Baiulus*. ἀχθοφόρος. In *l. aeternam* 8. *C. de Murileg. Aeternam fiximus legem, ne umquam bastagiariis militiam suam deserere liceat*. Vide *ll.* 4. *&* 11. *C. Theodos. eod. Tit.*

ΒΑΣΤΑΝΝΕΙΝ. ΒΑΣΤΕΙΝ.

Βαστάννειν, pro βαστάζειν. Glossae Graecobarbarae. Ὑπομένει. ἢ καρτερεῖ. ἢ βαστάννει. Iterum alibi. Βαστάζει, ἢ βαστάννει. Etiam βαστεῖν dicebant. Ioannes Glycas De Van. Vitae.

Καὶ κάνυ τὰ χρειαζόμενα ἐδῶθεν νὰ βαστῶμεν.

ΒΑΣΤΕΡΝΙΟΝ.

Βαστέρνιον. *Basterna*. Basilic. Eclog. LVIII. Καὶ τὸ ἐμβαλὰν ξύλα τῷ τοίχῳ τῦ γείτονος, κ̀ τὸ ποιῆσαι σωλήριον, ἢ βαστέρνιον, καὶ τὰ ὅμοια. Ammianus lib. XIV. *Opertis capitibus, & basternis per latera civitatis cuncta discurrunt*. Harmenopulus lib. II. Tit. IV. Εἰ δέ τις ἀπὸ μαγειρίυ, ἢ ἀπὸ ἀφεδρῶνος, ἢ κλιμακῶνος, ἢ ἀπὸ βαστε-

(b) Retinendum Βαστὰ παρὰ τὸ βαστάζω. Vide Notas Salmasii ad Lampridium. *Dousius*.

βαςερνίων, ἤγυν τῶν λεγομένων παρέδρων, &c. In Novella quadam Zenonis. Ἠ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνλω χρησίμων, ἢ κὴ τύτων ἃ καλῦσιν οἱ πολλοὶ βαςήρνια. Ita ſcribo, non βαςέρνοια, Gloſſae Iſidori. *Baſterna, tecta manualis*. Emendo, *lectica manualis*. Sed quomodo, *Manualis?* Ipſe iterum Orig. lib. xx. capit. xii. *Baſterna, vehiculum itineris, quaſi via ſterna; mollibus ſtramentis eſt poſita, a duobus animalibus deportatur*. Ponit *Animalia* pro iumentis, ut ἄλογα Graeci; ergo haec convenire non poſſunt. Ita videtur, ſed videtur tantum. Nam *Animalia* etiam ſervos vocabant, ut Graeci ψυχάρια. Itaque hic oportet adhibere cautionem, Servius ad AEneid. viii. *Pilenta ſunt vehicula, ſicut nunc baſternas videmus. Erant autem Veneti coloris, non ut nunc ruſſati*. Ergo basternae ruſſatae erant, quod obſerva. Neſcio an aliunde diſces. Corrigendus autem eſt Metellus Quirinal. Eclog. x.

Ac pro placando ſibi Martyre iam meditando,
Quam retuli pridem languens petit ipſius aedem,
Baſterna vectus, qua ſtratus erat ſibi lectus.

Hodie editur, *Traſterna vertus*.

ΒΑΤΑΛΑΡΙΚΟΝ.

Βαταλαρικόν. Chronicon Cnnſtantinopolit. Ἐκᾶσε ἔκαμνον τὰ καρφία τὰ μικρὰ τὰ βαταλαρικὰ, ἅπερ λέγυσι σκυνδίλια.

ΒΑΤΖΕΛΗ.

Βατζέλη. Pelvis. Exſtat in Turcograecia Cruſii. Eſt Italicum, *Bacile*. Albertus Magnus De falcon. cap. xviii. *Pone in forti aceto omnia haec, & dimitte in eo per novem dies in aliquo bacili, ſive pelvi*.

ΒΑΤΙΟΝ.

Βατιόν. Coitus. Gloſsae Graecobarbarae. Μῖξιν, ἤγυν συνυσίαν, ἢ βάτευμα, ἢ βατιόν.

ΒΑΥΚΑΛΙΑ. ΒΑΥΚΑΛΙΟΝ. ΒΑΥΚΑΚΙΣ.

Βαυκαλία. Patera. Ex Italico, *Boccale*. Achmes cap. cxcviii. Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ βαυκαλίας τῆς κλεοπάτρας πίνῃ οἶνον, εὑρήσῃ πλῦτον κὴ ἐξυσίαν μετὰ γυναικὸς, ἀναλόγως τῦ κάλλους τῶν ἀγγείων. Vbi erravit Interpres doctiſſimus, qui βαυκαλίαν eſſe *Faſcinum* putavit. Alexander Aphrodiſieus in Problem. βαυκάλιον dixit. Et in Epigrammate Nicarchi eſt βαύκαλις. Exſtat Antholog. lib. ii.

Μὴ φύσα, μὴ κάμνε, μάτlω τὸν κάπνον ἐγείρεις,
Εἰς τὸ θέρος χαλκῆν βαύκαλιν ἠγόρασας.

Pontificale Romanum. *Et bacile cum bucali pro manibus abluendis, quas ſinguli ad ſuas mappulas extergunt*. Liber Ceremon. ii. capit. 51. *Super credentiam debet eſſe vas cum bucali tantum pro lavandis manibus*. Anaſtaſio *Bauca* eſt, in Leone iv. *Obtulit cantharam exauratam unam, baucas exaratas tres*.

ΒΑΤΤΙΣΜΑ.

Βάυτισμα, pro Βάπτισμα. Corona pretioſa. Βάυτισμα. *Baptiſma*. Βάπτισμα.

ΒΓΕΝΙΚΟΣ.

Βγενικὸς, pro Εὐγενικὸς. Εὐγενής. Anonymus De nuptiis Theſei.

Πολλὰ ψελοὶ, κὴ βγενικοὶ, κιάπομεγάλο γένος.

ΒΕΖΗΡΙΔΕΣ.

Βεζηρίδες. Conſiliarii Imperatoris Turcici, quos *Viſiros* adpellant. Chronicon Conſtantinop. Εἶχε βεζήριδας φρονιμωτάτυς. Et poſtea. Οἱ δὲ βεζηρίδες ἰδόντες, &c. Malaxus in Hiſt. Patriarch. Ἦτον δὲ ὁ τυλφιτασιᾶς, ὁ πρῶτος βεζίρης. Phranzes Chronici lib. i. cap. xxxiii. *Quidam Vezires Amuratbem monuerunt, ne tantam regni molem aetati tam immaturae committendam putaret*.

ΒΕΚΑΡΙΟΣ.

Βεκάριος, pro Βικάριος. *Vicarius*. Gloſſae Baſilicorum. Βεκάριος. ἐκ προσώπυ.

ΒΕΚΤΙΓΑΛΙΟΣ.

Βεκτιγάλιος. *Vectigalis*. Gloſsae Baſilicor. Βεκτιγάλιοί ἐσιν ἀγροὶ πόλεων διlωεκῶς μισθέμενοι ἐπὶ τοιύτῳ τρόπῳ καὶ ὅρῳ. ἵνα ἐφ' ὅσον δίδονται τὸ ὑπὲρ αὐτῶν βεκτιγάλιον τέλος μὴ ἐκβάλλωνται.

ΒΕΛΑΝΙΔΗ.

Βελανίδη, pro Γαλανίδιον. Glans. Corona pretioſa. Βελανίδη. *Glans*. Βάλανος.

ΒΕΛΙΚΑΤΟΝ.

Πελικάτον. *Pellicatus*. Gloſſae Baſilicorum. Βελικάτυ. ἁμαρτήματος.

ΒΕΛΟΝΑΔΕΣ.

Βελονάδες. *Acuarii*. In Synodo Conſtantinopol. viii. Actione ix. Ἰγνάτιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε. κὴ ἕτεροι πολλοὶ, οἶδα, ἐσὶν, οἷον βελονάδες, ςαυλισιανοὶ ἱπποΐατροὶ, καὶ ἕτεροι ὅμοιοι.

ΒΕΜΒΡΑΝΑΙ.

Βεμβράναι. *Membranae*. β. pro μ. ponitur. Balſamon ad Conc. vi. Can. lxviii. Σημειῶσαι ταῦτα διὰ τὺς βιβλιοκαπήλυς τὺς ἀπαλείφοντας τὰς βεμβράνας τῶ θείων γραφῶν. (a)

BEN-

[a] Eiusdem organi voces facile inter ſe commutantur: ſic apud nos, *Melletta*, *Belletta*.

A

ΒΕΝΔΙΚΤΑ.

Βενδίκτα, sive Βινδίκτα, *Vindicta*. Glossae Basilicorum. Βενδίκτα. ἡ ῥάβδος μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τὴν τοῦ ἐλευθερουμένου κεφαλὴν ἔπαιεν.

ΒΕΝΕΤΙΑΝΟΣ.

Βενετιανός. *Venetianus*. Factio aurigarum. Suidas. Βενετιανὸς, ὄνομα κύριον. Antoninus Imper. τῶν εἰς ἑαυτὸν, lib. II. παρὰ τοῦ τροφέως· τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς γενέσθαι. Tzetzes Chil. IV.

Τοὺς συνταράξαντας ποτὲ μάχην βενετιανῶν.

ΒΕΝΕΤΟΣ.

Βένετος. *Venetus*. Coloris nomen. Etymologici Auctor. Ἔστι δὲ χρῶμα ἀνθηρὸν, ἢ τὸ βένετον χρῶμα οὕτω λεγόμενον. Eginhartus in Vita Caroli Magni. *Sago Veneto amictus, & gladio semper accinctus*. Arethas ad Apocalypsin cap. XXI. Οὕτως τοῦ καλαΐνου χρώματος καλουμένου, ὃ τινες βένετον φασι. Achmes, capit. LVII. Εἰ δὲ βένετον πλάσιος ἔσται, καὶ δυσώδης. Et pluries illic. Apud Myrepsum, lib. de Zulepiis, cap. XXVI. est nomen herbae, nisi legendum ibi Βενεδίκτου, pro βενέτου, quod existimo, & intelligetur de carduo benedicto.

ΒΕΝΕΦΙΚΗΣΙΑ.

Βενεφικησία. *Beneficentia*. Glossae Basilicor. Βενεφικησίαις. εὐεργησίαις. Ita corrigo; hodie perperam editur, βενιφικήσαις.

ΒΕΝΕΦΙΚΙΑΛΙΟΣ.

Βενεφικιάλιος. *Beneficialis*. Glossae Basilic. Βενεφικιάλοι, οἱ ἐπὶ θεραπείᾳ μεταράνων τεταγμένοι. Lego, βετεράνων. Item, *Veneficarius* (a). Eusebius Hist. Eccles. lib. IX. cap. IX. Ἵνα μήτε ὑπὸ τῶν βενεφικιαλίων, μήτε ὑπ' ἄλλων τῶν τυχόντων ὕβρεις μήτε σεισμοὺς ὑπομένοιεν. Vetus Inscriptio:

ΚΥΡΙΩ. ΑΣΚΛΗ
ΠΙΩ. ΚΑΙ. ΥΓΙΗ
ΘΕΟΙΣ. ΕΠΙΚΟΥΡΟΙΣ
ΜΑΡ. ΜΕΜΜ. ΛΟΝ
ΓΟΣ. ΒΕΝΕΦ. ΕΥΧΗΣ
ΧΑΡΙΝ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Iustinianus Novell. XIII. Ληστοδιώκτας τε, καὶ βενεφικιαλίους, καὶ βαλαντιοτόμους, καὶ ἕτερον πλῆθος.

ΒΕΝΕΦΙΚΙΟΝ.

Βενεφίκιον. *Beneficium*. Gelasius in Synodo Nicaena. Ὡς τινας καὶ ἀργύρια προΐεσθαι, βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ στρατεύεσθαι. Iustinianus in Edicto IV. Ὑπὲρ τῆς προίκων αὐτῷ δεδομένης δωρεᾶς, ὅπερ καὶ βενεφίκιον ὀνομάζεται.

(a) Quasi Veneficalis.

ΒΕΝΤΟΣ.

Βέντος. *Ventus*. Suidas. Βέντον λέγουσι πνευμάτων βίαν. Ita corrigo. Male hodie geminatione primae syllabae mendum irrepsit, & Βενέβεντον legitur.

ΒΕΡΒΕΡΙΖΕΙΝ.

Βερβερίζειν. Balbutire. Scholiastes Dionis Chrysostomi Orat. XI. Βατταρίζειν, τὸ ἐπισεσυρμένως φωνεῖν, ἢ συγκεχυμένως· ὃ καὶ βερβερίζειν οἱ ἰδιῶται φασι.

ΒΕΡΓΕΣΙΑ.

Βεργεσία, pro εὐεργησία. Anonymus De nuptiis Thesei.

Ἀπὸ πολλή μου βεργεσία ἐτούτη νὰ τὸ βλέπω.

ΒΕΡΓΕΤΗ.

C

Βεργέτη, *Veruta*. Anonymus De bello sacro.

Ἄρματα ἤχασιν καλὰ, γιαρήκια ἐφορῦσαν,
Ἡ μὲν κοντάρια ἐβάσταζαν, ἡ δ' ἕτεροι βεργέταις.

ΒΕΡΓΑ, ΒΕΡΓΙΟΝ.

Βρυλλάνεμος. Vehemens ventus. Glossae Graecobarbarae. Αἰγίς. καταιγίς. ἐξάα πνεή. δυνατὸς ἄνεμος. ἀνεμοζάλη. βρυλλάνεμος.

ΒΡΟΥΛΛΟΝ. ΒΡΟΥΛΛΙΑ, ΒΡΟΥΛΛΙΣΜΑ. ΒΡΟΥΛΛΟΔΙΜΜΑΝ. ΒΡΟΥΛΛΟΣΦΙΓΜΑ. ΒΡΟΥΛΛΟΜΑΛΛΟΝ.

Βρῦλλον. Iuncus. Oppiani Scholiastes Halieut. III. Σπάρτωσι, βρύλλοις. Theocriti Idyll. V. Βοτάνη τίς ἐςιν, ἡ ἀνθύλλιz ὅμοια σελίνῳ, ἐν τοῖς ποταμοῖς τρεφόμενα. κατὰ δέ τινας τὰ πρὸς τοῖς ποταμοῖς φυόμενα βρῦλλα. Corrige eumdem Idyll. I. Σχοῖνος, τὸ παρὰ τοῖς κοινοῖς βρῦλλον. Hodie editur, βρύλλον. Atque hinc βρυλλία. Nassa iunco, aut vimine contexta. Oppiani Scholiastes Halieut. III. ista verba, κύρτον μὲν ὑπὸ σπάρτοισιν, interpretatur, βρουλλίαν ἰβηρικὴν διὰ σπάρτων. Et composita, βρυλλόδιμμαν, βρυλλόσφιγμα, βρυλλόμαλλον. Glossae Graecobarbarae. Δίμμα ὁπῦ σφίγγει ϗ πλέκει μετ' αὐτῦ τὰ μαλία τῶν. ὃ καλῦμεν βρυλλόδιμμαν, ἢ βρυλλόσφιγμα, ἢ βρυλλόμαλλον. Item. Βρύλλισμα. Capillamentum. In iisdem Glossis. Τὸ τρίχωμα, ἤγουν βρύλλισμα.

ΒΡΟΥΛΛΟΚΥΠΕΡΟΣ.

Βρουλλοκύπερος. Iuncus cyperi. Apud Aetium lib. I. in confectione nardi. Καλαμοκρίνου λίτρας τρεῖς, βρυλλοκυπέρου λίτρας τέσσαρας.

ΒΡΟΥΜΑΛΙΑ.

Βρουμάλια. *Brumalia*. Etymologici Auctor Βρουμάλιον, παρὰ τὸ ἐξ ἀλλοτρίων βρωμάτων τρέφεσθαι ἄλις. ἔςι δὲ ἡ λέξις ῥωμαϊκή. Ride ineptiam etymi. Tzetzes ad Hesiodi. ἔργ. β'. τῷ τῶν ληνῶν αἰτίῳ διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην ἀμβροσίαν ἐτέλουν, ἡ παρὰ ῥωμαίοις βρουμάλια καλεῖται. βρῦμος γὰρ αὐτοῖς ὁ διόνυσος. Vide Suidam quoque. Exegit illud festum, & vetuit celebrari Synodus in Trullo habita. Eius Can. LXII. Καλάνδαι, ϗ βοτὰ, ϗ βρυμάλια, ϗ ἡ τῇ πρώτῃ τῦ μαΐου πανηγυρις, τῆς τῶν πιςῶν πολιτείας περιαιρέσθωσαν. Vide Balsamonis Commentarium ad illum locum in βοτά.

ΒΡΟΥΜΑΛΙΤΙΚΟΝ.

Βρουμαλιτικόν. *Brumale*. Auctor Geoponic. lib. XII. Μεταφυτεύεται δὲ γογγύλιν τὸ κεφαλωτὸν, ϗ τὸ γογγύλιν τι χρηματίζον, ὡς τὸ γογγυλοσπάραγον, ϗ τὸ ἔντυβον τὸ βρουμαλιτικόν.

ΒΡΥΑ.

Βρύα. Remus. Nicetas in Man. Comneno lib. VI. Φθάσασθαι μηδαμῆ μηδεμιᾶς ἐπισκήψας, ἀποκομίσαι τε αὐτῷ ὕδωρ θαλάττιον, καὶ βρύαν, ϗ ψάμαθον.

ΒΡΥΛΛΟΝ.

Βρύλλον. Iuncus. Scholiastes Theocriti Idyll. I. Σχοῖνος, τὸ παρὰ τοῖς κοινοῖς βρύλλον. Et Pindari Olympionic. Od. VI. Σχοῖνος γὰρ τὸ λεγόμενον ἰδιωτικῶς βρύλλον. Apud alios βρῦλλον scribitur.

ΒΡΥΣΗ.

Βρύση. Vide Βρισίον.

ΒΡΥΣΙΤΖΑ.

Βρυσίτζα. Fons. Anonymus De nuptiis Thesei.

Στὰ κύματα ταῖς ἔβανεν ἐκείνης τῆς βρυσίτζας.

ΒΡΩΜΙΖΕΙΝ.

Βρωμίζειν. Inquinare. Maculare. Glossae Graecobarbarae. Α'καθάρτου, μιασμένου. βρωμισμένου. μαγαρισμένου. Occurrit illic pluries.

ΒΥΖΑΝΕΙΝ.

Βυζάνειν. Sive Βυζάννειν. Favellare. Nicetas in Alexio Angelo lib. II. Ὥςη ὑπὸ τῶν ἀδελφέρων ϗ νήπια ἔτι βυζάνοντα, καὶ σπαργάνοις ἐνδλημένα, πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπεκρίνετο. Glossae Graecobarbarae. Α'θήλαςηθι. θηλάζηθι. βύζαννε.

ΒΥΖΑΝΟΝ.

Βύζανον. Nicetas De rebus gestis post excidium Urbis. Μετὰ φασκίας βύζανον κρατεῖν. Est autem sacculus. Invenio in Glossis Arabicolatinis. [a] *Buzana, sacculus*. Sed tu corrige, *Buzana*. Apud Wilhelmum Tyrium *Buza* est, lib. XII. cap. XXV. *Si furnum molendinum, balneum, stateram, modios, & buzas, ad vinum, oleum, vel mel mensurandum facere voluerit*. Iterum paulo post. *Modiorum*

[a] Bazane Gallis etiam nunc significat genus pellis. *Donius*. Nobis etiam *Bazana* dicitur. *Lamius*.

diorum, ſtaterae, atque buzae menſuris hoc modo uti liceat.

ΒΥΖΑΣΤΕΡΟΣ.

Βυζάστερος. Lactens. Exſtat in Codice Barbarograeco Nicetae in Iſaacio Angelo lib. III.

ΒΥΖΑΣΤΡΙΑ.

Βυζάστρια. Nutrix. Moſchopulus. Τιτθὴ, ἡ βυζάστρια. Gloſsae Graecobarbarae. Ἡ δημήτηρ, ἡ ἀναθρέπτρια, ἡ βυζάστρια τῆς ἀρτέμιδος. Et occurrit illic pluries. Corona pretioſa. Βυζάστρια. *Nutrix.* Τιθήνη.

ΒΥΖΙΟΝ.

Βυζίον. Mamma. Vber. Nicetas in Iſaacio Angelo. Τῶν γὰρ ἀφικνουμένων ἐς αὐτὸν γυναικῶν ἐμάστευε τὰ βυζία. Gloſſae Graecobarbarae. Ἀγάλαξ. ὀμότιτθος, ὁποῦ ἐβύζασεν εἰς μίαν μάναν με ἄλλον, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ βυζία. Corona pretioſa. Βυζία. *Mamillae.* Μαστοί.

ΒΥΖΟΜΑΧΑΙΡΟΝ.

Βυζομάχαιρον. Nicetas in Andronico lib. II. Ἀνόδιος ἀπὸ τοῦ στρατεύματος βυζομάχαιρον κρατῶν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ ἔβαλλε. Eſt enſis genus, ut adparet manifeſte.

ΒΥΚΙΝΟΝ.

Βύκινον. Idem quod, Βούκινον. *Buccina.* Anna Comnena lib. VIII. Καὶ τὰς σημαίας περὶ τὰ τείχη καταστήσας, μετὰ βυκίνων καὶ σαλπίγγων εὐφήμει τὸν αὐτοκράτορα.

ΒΥΤΖΑ.

Βύτζα. Culex. Moſchopulus. Μύωψ, ὁ κώνωψ, καὶ ἡ κοινῶς βύτζα.

ΓΑΒΑΘΟΝ.

Γάβαθον. *Gabatha.* Paropſis. Heſychius. Γάβαθον, τρυβλίον. Anaſtaſius in Gregorio III. *In quo faciens pergulam, contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt gabathas aureas duas, alias ſaxicas numero quinque.* Et frequens eſt in illo Scriptore. Guilielmus Bibliothecarius in Stephano VI. *Gabathas argenteas cum lampadibus obtulit, & continuatim vigiliis ardere praecepit.* Iſidorus in Gloſſis. *Paropſis, granata, vel catunis.* Corrigo, *gavata,* ſive *gabata, catinus,* Gloſſae Baſilicorum. Καύκους. γάβατα. Martialis lib. VIII. epigram. XLVIII.

Quum menſas habeat fere trecentas.
Pro menſis habet Annius miniſtros;
Tranſcurrunt gabatae, volantque lances.

ΓΑΒΟΣ.

Γάβος. *Cavus.* Foſſa. Scrobs. Codinus in Orig. Conſtantinop. Ἔκτισε δὲ καὶ τοὺς μυδρῶνας, καὶ τοὺς ἀγωγοὺς ἔφερεν ἀπὸ βουλγαρίας. ἐποίησε δὲ καὶ γάβους ἐγχορηγοὺς ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, βαθεῖς τῷ ὕψει ὅσον τῶν ἐμβόλων. Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. II.

Hinc montem ſecurus adi, preſſoque ligone
Perfoſſos ſcrutare cavos. ———

Phaedrus Fabul. LXIV.

Cum victi mures muſtelarum exercitu
Fugerent, & arctos circum trepidarent cavos.

Horatius.

Ruſticus urbanum murem mus paupere fertur.
Accepiſſe cavo. ———

ΓΑΔΑΡΟΣ. ΓΑΙΔΑΡΟΣ.

Γάδαρος, ſive Γαΐδαρος. Mulus. Gloſſae Graecobarbarae. Τὸν ὄνον, ἤγουν γαΐδαρον, ἢ γάδαρον, ἀπὸ τοῦ τὴν γῆν δέρειν τοῖς πολλοῖς μόχθοις καὶ κόποις. Vbi vides etymologiam. Anonymus in dialogo, Muli, Vulpis, & Lupi.

Ἄχυρον δὲν τοῦ βρίσκεται, κριθάρη δὲν ποτάση,
Νὰ δόση του γαδάρου του, νὰ φάγη, νὰ χορτάση.

Occurrit illic ſaepe. Bartholemaeus Monachus in Elencho Agareni. Λοιπὸν καὶ ὁ πρῶτος ὁ γαΐδαρος, καὶ ὁ κύων, καὶ ὁ ὄφις ἄνευ σπόρας εἰσὶν, καὶ ἐοίκασι κατὰ τῶν σῶν λόγων καὶ τῷ ἀδὰμ, καὶ τῷ χριστῷ. Ita corrigendum cenſeo. Editur hodie, ὁ πρῶτος ἀγαέδαρος. Nicetas in Man. Comneno lib. VII. Ἀλλὰ καὶ ἵππους, καὶ γαδάρους, καὶ ἄνδρας ἱπποκορυστάς.

ΓΑΙΟΣ.

Γαῖος. Merces. Stipendium. Gallicum eſt, *Gage.* Etymologici Auctor Italiotis, & Tarentinis adſcribit. Ἰταλιῶται καὶ ταραντῖνοι γαῖον τὸν μισθὸν λέγουσι. (a) Scilicet irruptione Gallorum transfuſa dictio in Italiam. Occurrit in Legibus Longobard. Rotharis, ſed alia notione. Tit. CIV. *Si quis accipitres de ſilva alterius tulerit, excepto de gaio Regis, habeat ſibi.* Habes illic bis terve.

ΓΑΙΤΑΝΙΟΝ.

Γαϊτάνιον. *Gaitanum.* Zona. Cingulum. Cyrillus in Lexico. Τὰ σχοινία, καὶ τὰ δεσμὰ, καὶ ἡ ἅλυσις, σειραὶ λέγονται, καὶ γαϊτάνια, καὶ ἅπαν πλέγμα. Anonymus De Amor. Lyb. & Rhod.

Ἔγραψα φίλε τὸ χάρτιν, καὶ δήνω τὴν γαϊτάνη.

Marcellus Empiricus De Medicam. cap. VIII. *De tribus ceraſiis lapillos pertundes, & gaitano lino inſerto pro phylacterio uteris.* Corrigendus eſt Moſchopulus. Μίτρα, ἡ πολεμικὴ ζώνη, καὶ τὸ γαιτάνιον. Hodie editur. Καὶ τὸ αἰτάνιον. Item Codinus De Offic. Ἐπὶ δὲ τραχήλου τῶν κριτῶν ἐκρέματο δύο τινὰ διὰ γαϊτανίων πιλατίκια λεγόμενα. Perperam editur. Διὰ σιτανίων. Hinc compoſitum, χρυσογαίτανον. Anonymus De nuptiis Theſei.

Στεφανομένον ἔμορφα, μὲ δάφνη στολισμένον.
Μὲ πλούσιον χρυσογαΐτανον ὅλον περιπλεγμένον.

(a) Atqui lingua Tarentinorum aliorumque Italiotarum antiquior eſt quam Francogallorum quorum vocabulum eſt, *gage.* *Donius.*

ΓΑΙΤΟΝ.

Γάιτον. Gloſſae Baſilic. Γάϊτον, χαριςήριον ἔγγραφον.

ΓΑΛΑΓΓΑ.

Γαλαγγά. Vulgatum, *Galanga*. Cyperus Babylonius. Apud Aetium lib. I. Τὸ δὲ τριψίδιον ἔςω κιναμώμυ ἀληθινοῦ λίτρας γ', γαλαγγὰν οὐγγίας ς'. Occurrit illic pluries.

ΓΑΛΑΙΑ.

Γαλαία, ſive Γαλέα. Triremis. Ex Italico *Galea*. Cedrenus. Κατὰ ῥωμαίων ἐςέλλετο μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι κομπαρίων, ἃς δὴ γαλέας κατονομάζειν εἰώθασιν. Etymologicus in κελητίζει. ἔςι δὲ εἶδος πλοίου ληςρικοῦ, ὅ ἐςι γαλέα. Phranzes lib. I. cap. XXXVI. *Navibus piraticis, quas nunc galeas nominare conſueverunt, ſive triremibus prope triginta inſtructi*, &c. Chronica Auguſtenſis in epiſtola Friderici primi. *Convenire fecimus apud Piſas victorioſum ſtolium galearum*. Et ibi aliquoties. Gotfridus Viterbienſis Chronici Parte VIII.

Dum petit Italiam celeri vectante galea,
Victor apud Latium legitur captaſſe tropbea.

Gotfridus Monachus in Annal. *Verſus caſtra militiae Chriſtianae galeidae ſurſum ductae ſunt.*

ΓΑΛΑΙΝΟΝ.

Γαλάϊνον. Vide Καλλάϊνον.

ΓΑΛΑΙΟΝ.

Γάλαιον. Odoramenti genus. Achmes capit. XXVI. Ἐάν τις ἴδη κατ' ὄναρ ὅτι ἠλείψατο μόσχῳ, ἢ γαλαίῳ, πρὸς τὸ εὐωδεῖν. εἰ μὲν ἐςι βασιλεὺς, ἀγαθὸν μήνυμα τοῖς λαοῖς εὐωδήσει, καὶ ποθήσουσιν αὐτὸν καθὼς καὶ εὐωδίαν. Eſt vero nihil aliud quam Zibethum, quod certarum felium excrementum.

ΓΑΛΕΑ.

Γαλέα. Italicum *Galea*. Triremis. Baſilius Naumachicis. Καὶ μέσαι τριήρεις, καὶ μονήρεις τινὲς ταχιναὶ, λεπταὶ γαλέαι, αἷς ἐν ταῖς βίγλαις χρηςέον. Vide Γαλαία.

ΓΑΛΕΥΕΙΝ.

Γαλεύειν. Mulgere. Gloſſae Graecobarbarae. Ἀμέλγειν. νὰ γαλεύει. Dicebant etiam, γαλεύγειν. Et occurrit in iiſdem Gloſſis.

ΓΑΛΕΥΤΗΡΙΝ.

Γαλευτήριν. Mulctra. Gloſſae Graecobarbarae. Ἀγγεῖον ξυλίνον χωριατικὸν, μέσα εἰς τὸ ὁποῖον γαλεύουσιν. ἤγουν γαλευτήριν.

ΓΑΛΗΝΟΤΗΣ.

Γαλλινότης. Serenitas. Tranquillitas. Inter titulos Imperatorios. In Conſtitut. quadam apud Harmenopulum lib. V. capit. IX. Μία γάρ ἐςι τῆς ἡμετέρας γαληνότητος φροντίς. Et in litteris encycliis Leonis apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. IX. Τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιδεδώκασι γαληνότητι. Agapetus παραινετικῶν ad Iuſtinianum cap. L. Πλέον ἀγάπα βασιλεῦ γαληνότατε τοὺς λαμβάνειν παρά σου χάριν ἱκετεύοντας, ἤπερ τοὺς σπουδάζοντας δωρεάς σοι προσφέρειν. Iterum cap. LII. Τῷ λιμένι τῆς σῆς γαληνότητος πάντες προσορμῶσιν οἱ ἐλέους δεόμενοι. Vrbicius. Λογισάμενος ὅτι συγγνώμην ἔξει παῤῥησία κοινὸν συμφέρον γνωρίζουσα τῷ γαληνοτάτῳ πάντων δεσπότῃ. Sic *Tranquillitas*, in Reſcripto Arcadii, & Honorii. *Etiamſi noſtrae fuerint tranquillitati preces oblatae*. Item, *Serenitas*. In Reſcripto Conſtantini. *Iudicium noſtrae Serenitatis*. Vindicianus in epiſt. ad Valentinum Imp. *Accipe igitur, ſereniſſime Imperator, quod conveniens nobis putetur exemplum*. Mendum autem eſt in Reſcripto Valentiniani & Valentis ad Voluſianum praefectum Vrbis, quod exſtat Cod. Theodoſ. lib. II. Tit. IX. *Amota poena quam pacto contra ius facto ſerenitas tua ineſſe praeviderit*. Corrigo, *ſinceritas tua*. Nam iſte proprius Titulus eius praefecti. Ecce in alio Reſcripto eorumdem Augg. ad eumdem Voluſianum. *Sinceritas igitur tua ubique, &c.* Vide lib. VI. Tit. IV. l. 18.

ΓΑΛΙΛΑΙΑ.

Γαλιλαία. Ita adpellabatur tempus illud omne a Reſurrectione, ſive Paſcha, uſque ad Aſcenſionem, quod in Galilaea Salvator noſter exegit. Locus eſt Cedreni pag. 508. e quo accipimus. Τῇ δὲ πέμπτῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηςειῶν δέδοται παρὰ κωνςαντίνου τοῦ βασιλέως ἀῤῥαβὼν γαμικοῦ συναλλάγματος ἑλένῃ τῇ θυγατρὶ ῥωμανοῦ. καὶ τῇ τρίτῃ τῆς γαλιλαίας ςεφανοῦται μετ' αὐτῆς παρὰ νικολάου τοῦ πατριάρχου ὁ βασιλεύς. Vide, quam τὴν τρίτην τῆς γαλιλαίας hic adpellat, eam Zonaras, τὴν τρίτην τοῦ πάσχα. Sed ſolemnia ille nuptiarum tunc peracta ſcribit, nulla coronationis mentione. Verba haec ſunt. Ὁ δὲ ῥωμανὸς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ἑλένην μνηςεύεται τῷ βασιλεῖ κωνςαντίνῳ, καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ πάσχα τελεῖται τὰ γαμήλια, τοῦ πατριάρχου νικολάου τὴν ἱερολογίαν ποιήσαντος. At nimirum nuptiis adnexam fuiſſe coronationem eſt intelligendum.

ΓΑΛΙΝΑΡΙΟΣ.

Γαλινάριος. *Gallinarius*. Gloſſae veteres.

ΓΑΛΙΟΝΙΟΝ.

Γαλιόνιον. Navis genus. Italicum. *Galione*. In Synodo Florentina. Ἦλθον δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ ἕτερα μεσοκάτεργα, ἃ ὀνομάζουσι γαλιόνια. Et poſtea. Εἶχον δὲ καὶ ἓν γαλιόνιον ἐξαίρετον, καὶ πάνυ θαυμαςόν.

ΓΑΛ-

ΓΑΛΛΙΑΤΖΑ.

Γαλλιάτζα. Italicum, *Galeaſſa*. Synodus Florentina. Ἵνα γένηται τὸ προσκύνημα τῆς ἱερουσαλὴμ ἐν κωνςαντινυπόλει, καὶ αἱ γαλλιάτζαι αἱ ἀπερχόμεναι εἰς προσκύνησιν τοῦ ζωοποιοῦ τάφου ἵνα ἔρχωνται εἰς κωνςαντινούπολιν.

ΓΑΛΛΙΞ.

Γάλλιξ. *Gallica*; ut δέλφιξ. *Delfica*. κόλληξ. *Collega*. κάλιξ. *Caliga*. De quibus ſingulis infra ſuo loco ſumus dicturi. Suidas. Ἄλλικα, χλαμύδα κατὰ θεσσαλούς. οἱ ἰδιῶται γάλλικα ταύτην φασί.

ΓΑΜΑΝΤΙΒΟΣ.

Γαμαντίβος. Gloſſae Baſilicor. Γαμαντίβων, ἀργῶν.

ΓΑΜΜΑ. ΓΑΜΜΑΔΙΟΝ.

Γάμμα. Trigonum ad formam litterae Γ. Heſychius. Τρίβων, στολὴ ἔχουσα σημεῖα ὡς γάμμα. Siculus Flaccus de Condit. Agr. *Aliquando etiam petras occurrentes in finibus notatas invenimus, quasdam, ſi perſeveret rigor, notas habentes, in verſuris vero gammas, ſed ſpectantes ſuos rigores*. Et poſtea. *In verſuris vero, quae notatae ſunt, aut decuſſes inveniuntur, aut gammae*. Frontinus de Limit. Agr. lib. II. *Termini autem ſi tranſverſi poſiti fuerint, gammam faciunt*. Item Γαμμάδιον, ſive Γαμμάτιον, pro eodem. Suidas. Τριβωνοφόρος, ὁ φορῶν στολὴν ἔχουσαν σημεῖα ὡς Γαμμάτια. Ita corrigo: nam perperam hodie editur. γραμμάτια. Anaſtaſius in Leone III. *Columnas argenteas octo, & gammadia duo, & arcus duos, cum crucibus quinque*. Et poſtea. *Tabulas chryſoclabas quatuor cum gemmis ornatas, atque gammadias in ipſa veſte chryſoclabas quatuor*. Et occurrit ſaepiſſime apud illum Scriptorem.

ΓΑΜΜΑΤΙΖΕΙΝ.

Γαμματίζειν. Litterae Γ figuram referre. Codinus de Offic. Aulae Conſtantinop. Τὸ δὲ δικανίκιον αὐτοῦ ἀργυροῦν, χρυσοχοϊκὸν, γαμματίζον ἄνωθεν.

ΓΑΜΠΙΟΥΝΙΑ.

Γαμπιούνια. Pluteoli. Italicum, *Gabbioni*. Phortius περὶ στρατ. πραγματ. lib. I.

Ποίσε καὶ γαμπιούνια
Τροχαλὰ ὥσπερ βουτζία.

Et mox.

Ὥσπερ τὰ γαμπιούνια.
Ἢ στρώματα, ἢ κλαρία.

ΓΑΡΑΣΔΟΕΙΔΗΣ.

Γαρασδοειδής. Conſtantinus lib. II. Them. VI. Ὥστε τινὰ τοῦ ἐκ πελοποννήσου μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ εὐγενείᾳ, ἵνα μὴ λέγω δυσγενείᾳ, εὐφήμιον ἐκεῖνον τὸν περιβόητον γραμματικὸν ἀποσκῶψαι εἰς αὐτὸν τουτοὶ τὸ θρυλλούμενον ἰαμβεῖον·

Γαρασδοειδὴς ὄψις ἐσκλαβωμένη.

ΓΑΡΖΟΝΟΣΤΑΣΙΟΝ.

Γαρζονοστάσιον. Locus Conſtantinopoli in media aula magni templi, ubi pueri ſtabant. Cedrenus. Τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, τὸ λεγόμενον Γαρζονοστάσιον. Eſt ex Italico idiotiſmo.

ΓΑΡΖΟΥΝΙΟΝ.

Γαρζούνιον. Puer. Ex Italico, *Garzone*. Scholiaſtes Cedreni. Γαρζούνιον παρὰ λατίνοις τὰ παιδίον. Annales de Carolo Boemo Imperatore. *Omnia autem inferiorum menſarum paramenta, etiam pro garcionibus, de argento fuerunt*.

ΓΑΣΤΡΑΔΕΣ. [a]

Γαστράδες. Vox ignota apud Myrepſum de Vnguentis cap. XCI.

ΓΑΤΟΣ.

Γάτος. Pro, κατός. Italicum, *Gatto*. Corona pretioſa. Γάτος. *Felis*. Γαλή. Florentinus Monachus de Expugnat. Accon.

Noſtri turres ligneas facere coepere,
Gattos, & arietes fieri iuſſere.

ΓΓΙΣΜΑ.

Γγίσμα. Fulcrum. Gloſsae Graecobarbarae. Ἔρεισμα. ἀκούμπισμα. κούπισμα. ἔγγισμα. Γγίσμα.

ΓΔΕΡΜΑΔΙΝ.

Γδερμάδιν. Pellis. Gloſſae Graecobarbarae. Ἄδαρτον. Γυμνόν. ἄδερμον. χωρὶς δέρμα, ἢ γδερμάδιν.

ΓΔΥΝΕΙΝ.

Γδύνειν. Pro, ἐκδύειν. Gloſſae Graecobarbarae. Ἐκδύεται γδύνεται. καὶ ἀνατέλλει.

ΓΕΛΤΟΝ.

Γέλτον. *Geldus*. Pecunia. Gloſſae Latinograecae. *Lucar*. Θεατρικὸν γέλτον. μισθὸς ἀπὸ φίσκου. Ita ſcribo, pro γελίαν, quod hodie corrupte editur. Viri docti reſtituunt, θεατρικὸν ἀργύριον. Sed nimis longe abeunt a veſtigiis priſcae lectionis. Detortum eſt ex Alemanico; Gelt; quomodo a Rock. ῥόχον, & talia. Lex Alemanorum Tit. II. *Si quis liberum de terra effoderit, quidquid ibi tulerit, novem geldos reſtituat*. Et occurrit iterum Titulis LXX. LXXI. LXXIII. Ingulphus in Hiſt. *Quieti, & ſoluti ab omni ſcotto, geldo, vicecomitum auxiliis*. Sunt veſtigia quoque huius vocis in *Novigeldus*, & *VVe-*

[a] Γαστρὶ ſignificat fragmentum. *Donius*.

VVerigeldus: de quibus agimus in Glossario Latinobarbaro.

ΓΕΜΑΤΟ.

Γεμάτο· Plenum. Corona pretiosa. Γεμάτο. *Plenum*. πλήρες. Ioannes Glycas De Vanit. Vitae.
Τὴν δυσωδίαν γεμάτοι.
Anonymus De nuptiis Thesei.
Καὶ μὲν ὁ ἄρης ἀσμαφή, γεμάτον γὰρ τ πίκραν.
Occurrit etiam apud Nicetam in Murzuslo, & De reb. post Excid.

ΓΕΜΙΑ.

Γέμια. Anonymus De arte Persica. Δηλοῖ κέρδ⊝ ἐν λευκοῖς πράγμασιν, ὡς ἐν γεμίοις, χαρτίοις, ϗ πανίοις. Vox ignota est, & inquirenda amplius significatio.

ΓΕΜΟΝΝΕΙΝ.

Γεμόννειν. Glossae Graecobarbarae. Νὰ γεμίζει. νὰ γεμόννει. νὰ σύρῃ ἔξω. Occurrit illic pluries.

ΓΕΝΑΜΑ.

Γέναμα. Corona pretiosa. Γέναμα. *Opus*. ποίησις.

ΓΕΝΑΡΗΣ.

Γενάρης. *Ianuarius* mensis. Vide Γεννάρης.

ΓΕΝΑΤΟΣ.

Γενάτ⊝. Pro, γενειήτης. Glossae Graecobarbarae. Γενειῶντα. γενάτον.

ΓΕΝΕΡΑΛΛΙΟΝ.

Γενεράλλιον. *Generale*. Glossae Basilic. Γενεράλλιον, γενικὸν πρᾶγμα.

ΓΕΝΙΚΟΝ.

Γενικόν. AErarium generale. Sciendum autem aeraria Constantinopoli fuisse quatuor: Imperatorium, Militare, Publicum, Privatum. Gregoras percenset lib. VI. Ἐπεὶ ᾗ ἔδει χρήματα, ϗ ἵππους, ϗ ὅπλα τούτοις διδόναι, τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ ᾗ ἐκ τ στρατιωτικῶν, τὰ ᾗ ἐκ τ κοινῶν, ϗ ἰδιωτικῶν. Imperatorii mentio apud Suidam in Iustiniano Rhinotmeto. Ὧν ἦν στέρανος ὁ εὐνοῦχ⊝ πέρσης, ταμίας τ βασιλικῶν χρημάτων. Atque id quidem rursum duplex; unum in quo tributa vectigaliaque: alterum, in quo reditus patrimoniales. Agathias lib. III. Παρῆν δὲ αὐτόσε οὐχ ὥσε στρατηγὸς, ἢ ταξίαρχ⊝, ἢ ἄλλο τι εἶναι τῶν παρατάξεων μέρ⊝, ταμίας ᾗ μόνον τ βασιλέως χρημάτων, οὐ μὴν τῶν ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζομένων (ἄλλῳ γὰρ ἐπετέτραπτο ταῦτα.) ἀλλὰ τῶν ὅσα ἐκ τῶν βασιλέων θησαυρῶν ἐπιτομφή ἐφ' ᾧ τοὺς ἀρισεύοντας ἐν ταῖς μάχαις τὰ προσήκοντα κομίζεσθαι γέρα. Militare destinatum erat solvendis stipendiis. Publicum totius imperii reditus excipiebat. Privatum proprie urbis Constantinopol. Primum βεστιάριον, alterum στρατιωτικὸν, tertium γενικὸν, quartum ἰδικὸν dicebatur. Τὸ βεστιάριον ut duplex, ita duos quoque praefectos habebat, priorem τὸν πρωτοβεστιάριον. Alterum τὸν κόμητα τῶν θησαυρῶν, sive τῶν λαργιτιώνων. Iam τῷ στρατιωτικῷ praeerat ὁ λογοθέτης; cuius munus una cum aerario illo postea exolevit. Discimus ex Codino. Ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. Sed militare duplex etiam erat, non aliter quam Imperatorum: e priori militibus veteranis stipendia solvebantur, ex altero tironibus. Prius proprie στρατιωτικὸν dicebatur, & eius passim fit mentio: posterius τιρωνικὸν, idque observamus ex Synesio ad Anastasium epist. LXXIX. Ὃν ἐπὶ τῶν δησμωτῶν ὄντα ταῖς ἀπαιτήσεσιν ἔταξε τοῦ στρατιωτικοῦ χρυσίου τοῦ λεγομένου τιρωνικοῦ. Tertium esse diximus τὸ γενικὸν, eiusque meminit Cedrenus, Καὶ εἰς τὸ λεγόμενον γενικὸν κατ' ὧν τοὺς εἰσπραττομένους ἐσδεδ παρὰ τοῦ δημοσίου, μήπω τις ἀδίκως εἰσπράττοιτο. Codinus De Origin. Constantinop. Ἀνήγειρε ᾗ καὶ τὴν μαγναύραν, ϗ τὴν τοῦ κυρίου ἐκκλησίαν, ϗ τὸ γενικὸν, ϗ τὸ ἰδικὸν, ϗ τὸ βεστιάριον. Vbi graviter errat eius interpres. Exstruxit id Constantinus Magnus, ut videmus ex citatis verbis Codini; duravitque ad tempora usque Isaacii Angeli, qui demolitus est, Nicetas auctor in eius vita lib III. Καὶ τ ἐκ πλίνθου πάσης ὀπτῆς λαμπροτάτην τοῦ γενικοῦ οἰκοδομὴν κατηδάφισε. Huius praefectus λογιστὴς, sive λογοθέτης τοῦ γενικοῦ: aut etiam γενικὸς adpellabatur. Suidas. Ἀναστάσι⊝ βασιλεὺς ῥωμαίων αἰθόμεν⊝ στόλον σαρακηνῶν ἔρχεσθαι κατὰ τῆς πόλεως, ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ϗ λογιστὴν τ φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσιν. Et passim occurrit apud posteriores illos Historicos. Postea vero itidem desiit. Miror tamen ignorantiam Codini, quam ipse profitetur his verbis. Ἡ τοῦ γενικοῦ λογοθέτου ὑπηρεσία οὐ γινώσκεται. Certe, etsi munus eius iam tum desierit, tamen, quin hoc ipsum fuerit, dubitari minime potest. Restat, quod ordine quartum est, τὸ ἰδικόν: cuius passim fit mentio apud Scriptores rei Constantinopolitanae. Obiter per occasionem corrigendus Cedrenus pag. 467. Εὑρέθη ᾗ ϗ ἐν τῷ ἰδικῷ χρυσίον οὐκ ὀλίγον. Hodie corruptissime editur, ἐν εἰδίξῳ. De eius praefecti adpellatione nihil dum legi. Puto fuisse ἰδικὸν, ut ὁ τοῦ γενικοῦ γενικός. Cave autem confundas cum eo, qui ὁ τῶν οἰκειακῶν dicebatur: nam hic tantum pecunias quotidianas sustentandae Imperatoris familiae expendebat. Sed & hoc munus intercidisse quoque postea docet Codinus.

ΓΕΝΙΤΖΑΡΟΙ.

Γενίτζαροι. Ianizari. Milites Turcici. Occurrit frequenter in Chronico Constantinopolitano.

ΓΕΝ-

ΓΕΝΝΑΡΗΣ.

Γεννάρης, sive Γενάρης. *Ianuarius*. Glossae Graecobarbarae. Αὐδῳαῖος ὄνομα μηνὸς, ἤγουν ἰαννσάριος. ἢ γεννάρης. Constantinus in Hist. Apollonii Tyrii.

> Ἐτέλιωσα ταρχύνησα με τοῦ Θεοῦ τὴν χάρη
> Στοὺς χιλίους πεντακοσίους τὸν μήναν τὸ γεννάρη.

ΓΕΝΤΗΛΙΟΣ.

Γεντήλιος. *Gentilis*. Menologium. Ὁ μὲν σέργιος πριμμικήριος ἦν τῆς σχολῆς τῶν γεντελίων, ὁ δὲ βάκχος σεκουνδικήριος.

ΓΕΡΑΓΝΟ.

Γεράγνο. Color caeruleus. Occurrit in Turcograecia Crusii.

ΓΕΡΑΚΗ. ΓΕΡΑΚΙΟΝ. ΓΕΡΑΞ.

Γεράκη, & γεράκιον. Accipiter. De tortum ex ἱεράκιον. Corona pretiosa. Γεράκη. *Accipiter*. Ἱέραξ. Glossae Graecobarbarae. Αἴσαρος. εἶδος ἱέρακος θεωρία τοῦ γερακίου. Item. Γέραξ, pro Ἱέραξ. Demetrius Zenus in Batrachomyomachia.

> Τὸν γάτον καὶ τὸν γέρακα περίσσια τοὺς τρομάσω.

Anonymus De nuptiis Thesei.

> Ἄλλοι γεράκια βάσαζαν, ἄλλοι σκυλία ἐσύρναν.

ΓΕΡΑΝΙΟΝ.

Γεράνιον. Tolleno. Nos similiter dicimus. **Een Craen.** Suidas. Κηλώνειον, τὸ γεράνιον. Etymologici Auctor. Κηλώνειον, τὸ ἀνανεῦον καὶ κατανεῦον ξύλον. ὁ ἀντλητήρ. τὸ παρ᾽ ἡμῖν λεγόμενον γεράνιον. Moschopulus. Κηλώνειον, τὸ κοινῶς γεράνιον. Codinus in Orig. Constantinop. Καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω μέχρι τοῦ γερανίου.

ΓΕΡΑΝΙΣΚΕΙΝ.

Γερανίσκειν. Senescere. Pro Γηράσκειν. Glossae Graecobarbarae. Ἀγήραον. ἀγήρατον. ἢ ὅπου δὲν γερανίσκει.

ΓΕΡΔΗΣ. ΓΕΡΔΙΟΣ. ΓΕΡΔΟΠΟΙΟΝ.

Γέρδης, & Γέρδιος, ut σιλεντιάρης, σιλεντιάριος, & talia. *Gerdius*. Textor. Hesychius. Γέρδιος, ὑφάντης. Suidas. Γέρδιος, ὑφάντης. καὶ παρ᾽ ἡμῖν ἡ γερδία. Item. Γηώρας, ὁ ἀλλότριος, καὶ γέδρης ὁ ὑφάντης. Etymologici Auctor. Γέδριος, ἡ ὑφάντρια. Glossae Latinograecae. *Textor*. Γέρδιος. Et Gracolatinae. Γερδία. *Textrix*. Item. Γέρδιος, ὑφάντης. *Textor*. Inde Γερδοποιόν. In iisdem Glossis. Γερδοποιόν. *Textrinum*. Sed observa, quod γέρδιον omnes interpretentur textorem. Tamen distinguit Lucilius lib. xxx.

> ——— *curate domi sint*
> *Gerdius, ancillae, pueri, zonarius, textor.*

ΓΕΡΙΤΕΥΕΙΝ.

Γεριτεύειν. *Gerere*. Glossae Basilicorum. Γεριτεύειν. διοικεῖν.

ΓΕΡΟΣ.

Γερός. Purus. Sanus. Bessarion in epist. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸν ἀγκόνα νὰ εἶναι, ἐπειδὴ οὐδὲ αὐτὸς ὁ τόπος ἔναι γερός. Glossae Graecobarbarae. Ἄψθορον. γερόν. σῶον. σωστόν. Theodosius Zygomala in epist. Εἰὰν ἐσὺ ἦσε γερὸς, καὶ τὰ χρυσᾶ παιδία, καὶ ἡ καλὴ μάνα αὐτῶν, σώνει μας καὶ τοῦτο. Corona pretiosa *Senem* interpretatur. Γέρος. *Senex*. Πρέσβυς.

ΓΕΡΡΟΧΕΛΩΝΗ.

Γεῤῥοχελώνη. Machinae bellicae genus. Biton in Mechanicis. Οὔτ᾽ ἂν γεῤῥοχελώνη μηχανήματα, οὔτ᾽ ἂν στοὰ, οὔτε χελώνη ῥαδίως προσαχθείη. Sed vocem, μηχανήματα, glossema esse censeo, & a margine irrepsisse in textum. Occurrit illic pluries.

ΓΕΥΓΕΙΝ.

Γεύγειν. Pro, Γεύειν. Gustare. Glossae Graecobarbarae. Ἄοινος, ὁ μὴ γευόμενος οἶνον, καὶ ὁ μὴ ἔχων. ἐκεῖνος ὅπου δὲν γεύεται. ἢ γεύγεται, ἢ πίννει κρασίν. Iterum alibi. Ἄρτι μῦς πίτζης γεύεται. ὁ ποντικὸς γεύγεται νωστὰ τὴν πίτζαν.

ΓΕΥΜΑ. ΓΕΥΕΣΤΑΙ.

Γεῦμα. Prandium. Glossae Graecobarbarae. Τοῦ γεύματος, ἢ τοῦ δείπνου. Codinus de Offic. Aulae Constantinopol. Στοχαστικός γε μὴν λέγω, ὡς ἐπείπερ οἱ τοῦ πλήθους ἄνθρωποι πρωΐας μὲν νήφουσι, μετὰ δὲ τὸ γεῦμα θύουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ προπετέστεροι γίνονται, Sed corrigo. Μετὰ δὲ τὸ γεῦμα μεθύουσιν. Satis manifesto argumento firmatur emendatio nostra: & evincunt quoque sequentia statim verba. Εἰκότως πρωΐας μὲν σαλπίζουσι δι᾽ ὃν εἴπομεν τρόπον, μετὰ δὲ τὸ γεῦμα οὐδαμῶς, ἵνα μή τις μεθύων ἀτάκτως καὶ προπετῶς προσέλθῃ τῷ βασιλεῖ. Paulus Monachus Collectan. lib. 1. Εἶπεν ὁ γέρων. καὶ ἵνα τί σοι τὰ ληκύθια ταῦτα; λέγει ἐκεῖνος. γεύματα ὑποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς. Menologium. Καὶ γίνεται δοξολογία μεγάλη. τὸ τροπάριον, καὶ ἀπολυόμενοι. ἄγομεν ἀργίαν μέχρι τοῦ γεύματος. Sic γεύεσθαι, pro, *Prandere*. Apud eumdem Paulum libro citato. Καὶ ἐν τούτοις ἡμᾶς δεύτερον ἐφάγομεν, καὶ ἐπίομεν. ἐκεῖνος δὲ μηδ᾽ ὅλως γευσάμενος πεζεύων ἀπεστήθισε ψαλμοὺς τὸν μέγαν καὶ ἄλλους δεκαπέντε. Palladius in Hist. Laus. Καιρὸν ἐπιτήδειον πρὸς τὸ γεύσασθαι ἐπετήρει διὰ πάσης ἡμέρας.

ΓΗΠΟΝΟΜΟΝ.

Γηπονόμον. Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. 1. cap. xx. Χειμῶνος δὲ ὄντος πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἐλθεῖν εἰς θήραν διδόναι αὐτῷ σίλλω τὸ λεγόμενον γηπονόμον. Inquirenda est significatio. Occurrit autem in illo Scriptore pluries; & scribitur quoque γεπόνον, capit. xi. Sed corrigendum censeo.

ΓΗ-

ΓΗΣΤΕΡΝΑ.

Γηςέρνα. *Cisterna*. Vide Κιςέρνα.

ΓΗΤΑΤΡΟΣ.

Γηταῦρος. Avis genus. Orneosophion. Τὰς δὲ πελαργὰς, τὰς γηταύρας, τὸν τζίκνεαν, τὴν αἴθυιαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὀφείλεις πάλιν ἵνα προσέχῃς αὐτά. Iterum alibi. Τζυκνέα σάρκας, ἢ πελαργοῦ, ἢ γηταύρου, ἢ αἰθυίας, μὴ πολὺ παραβάλλῃς τῶν ὀρνέων.

ΓΙΑΛΗ.

Γιαλή. Pro, ὑελός. Vitrum. Corona pretiosa. Γιαλή. *Vitrum*. ὑελός. Apud Crusium in Turcograecia legitur, γιαλλί. *Poculum*.

ΓΙΑΛΛΙΖΕΙΝ.

Γιαλλίζειν. Nitere. Splendere. Glossae Graecobarbarae. Ἀμαρύσσει. σίλβει. λάμπει. γιαλλίζει. (a)

ΓΙΑΛΟΣ.

Γιαλός. Pro, αἰγιαλός. Littus. Glossae Graecobarbarae. Δόρατα θαλάσσια. κοντάρια τοῦ γιαλοῦ. Iterum alibi. Ἀκτή. ὁ αἰγιαλός. ὁ παραθαλάσσιος τόπος. ὁ γιαλός. Scholiastes Oppiani Halieut. III. Τῶν ἰχθύων ὁ πάρος γιαλῶν. Hinc περιγιάλιον. Ora maritima. Anonymus de nuptiis Thesei.

Κιαυτοὶ καλὰ ξανοίξασι ἀπέσω καὶ τριγύρου
Ὅλα τὰ περιγιάλια. ———

Apud Crusium, in Turcograecia legitur, Γίαλο. *Vitrum*. Vide supra Γιαλή.

ΓΙΑΜΜΑΝ. ΓΙΑΝΙΣΚΕΙΝ.

Γιάμμαν. Pro, ἴαμα. Medela. Glossae Graecobarbarae. Θεραπεία, ἡ ἰατρεία, ἴαμα, γιάμμαν. Corrige Apomasarem in Mysteriis Δύναμιν τῶν ἐνδίξων καὶ μεγιστάνων, χαρὰν, καὶ γιαμάτια. Et mox. Καλοσύνην ἀνθρώπων, χαρὰν, καὶ γιαμάτια. Et occurrit ibi pluries, sed mendose semper scribitur, νιαμάτια. Et γιανίσκειν. Curare. Mederi. Eaedem Glossae. Ἰατρεύει, ἤγουν γιανίσκει. Iterum. Ἰατρεύουσιν, γιανίσκουσιν.

ΓΙΑΟΣ ΓΛΙΘΟΣ. (b)

Γιάος γλίθος. Hyacinthus. Achmes Introduct. in Astrologiam. Δηλοῖ πολλὴν γένεσιν ῥόδων, καὶ τῆς κημίας, καὶ τοῦ γιάου γλίθου, ἤγουν τοῦ ὑακίνθου, λίθων τε, καὶ μαργάρων, καὶ τῶν ὁμοίων. Censeo legendum, καὶ μαργάρων. Observa autem, γλίθος dixerunt pro λίθος: at quid γιάος sit non divino. An γιάος γλίθος est veterum χρυσόλιθος? Existimo.

ΓΙΑΠΑ.

Γιαπᾶ. Ecce. Vide. Theodosius Zygomala in epist. Μέλλουσι γὰρ εἰπεῖν, ὅρα ὦ εὐτυχὲς, καὶ ἀντὶ θούτου λέγουσι, γιαπᾶ καλότυχε.

ΓΙΑΡΗΚΙΟΝ.

Γιαρήκιον. Teli genus. Anonymus De bello sacro.

Ἄρματα ἤχασιν καλὰ, γιαρήκια ἐφοροῦσαν.

ΓΙΑΤΙ.

Γιατί. Quare. Corona pretiosa. Γιατί. *Quare*. διὰ τί.

ΓΙΑΤΡΕΥΕΙΝ. ΓΙΑΤΡΙΑ. ΓΙΑΤΡΟΣ.

Γιατρεύειν. Pro, ἰατρεύειν. Corona pretiosa. Γιατρεύειν. *Mederi*. ἰατρεύειν. Anonymus de nuptiis Thesei.

Τὰς λαβωμένας ἔποικαν ὅλας νὰ τὰς γιατρέβουν.

Sic, γιατρία. *Medela*. Et γιατρός. *Medicus*.

ΓΙΔΑ. ΓΙΔΙΟΝ. ΓΙΔΟΒΟΣΚΟΣ. ΓΙΔΟΜΑΝΔΡΗ.

Γίδα, & Γίδιον. Truncate, pro αἰγίδιον. Capra. Glossae Graecobarbarae. Αἰγιδίων. γιδιῶν. σφακτῶν. Corona pretiosa. Γίδα. *Capella*. αἴξ. Hinc γιδοβοσκός. Glossae citatae. Αἰπόλος. αἰγονόμος. γιδοβοσκός. ποιμὴν τῶν αἰγῶν. ὁποῦ ποιμαίνει τὰς αἶγας, ἤγουν βόσκει τὰ γίδια. Item. Γιδοβοσκόν. Ibidem. Αἰπόλιον. αἰγονόμιον. γιδοβοσκόν. Et γιδομάνδρη. Caprile. Exstat apud Crusium in Turcograecia.

ΓΙΛΛΟΣ.

Γίλλος. Littus. Pro αἰγιαλός. Glossae Graecobarbarae. Ἄμαθος. ἡ μεσόγιλλος ἄμμος. ὁ ἄμμος ὁποῦ ἔνι εἰς τὸ μέσον τοῦ γίλλου, ἕως τοῦ αἰγιαλοῦ.

ΓΙΝΙΣΚΟΜΑΙ.

Γινίσκομαι. Fio. Pro, γίνομαι. Glossae Graecobarbarae. Ὁ ἐπὶ τῷ συκοφαντεῖν κομῶν. ὁποῦ γινίσκεται ἢ κρατεῖται μεγάλος ὀνὰν συκοφάντης.

ΓΙΟΜΑ.

Γίομα, sive, γίομα. Pro, γεῦμα. Prandium. Corona pretiosa. Γίομα. *Prandium*. ἄριστον. Glossae Graecobarbarae. Τοῦ γεύματος, ἢ τοῦ δείπνου. ἢ τοῦ γιώματος.

ΓΙΟΜΑΤΟΣ.

Γιομάτος. Plenus. Alexius Rharturus Doctr. I. Ἑαυτὸν ὑπόδικον καλεῖ, καὶ γιομάτον ἁμαρτημάτων. Depravatum ἀπὸ τοῦ γέμειν.

ΓΙΟΦΥΡΗ.

Γιοφύρη. Pro, γεφύρα. Corona pretiosa. Γιοφύρη, *Pons*. γεφύρα. Anonymus De bello sacro.

Γιοφύρια ἐπήκασιν ἄνω εἰς τὰ καράβια.

(a) Ita nos esser giallo.

(b) Forte Giallo. *Donius*. Hoc est γιαλός. *Lamius*.

ΓΙΡΕΒΕΙΝ.

Γιρέβαν. Pro, Γυρεύειν. Corona pretiosa. Γιρέβειν. *Investigare*. μαςεύειν.

ΓΙΡΕΤΓΕΙΝ.

Γιρεύγαν. Pro, Γυρεύειν. Itidem ut Γιρέβαν. Ioannes Glycas De Van. Vitae.
Λοιπὸν ἂς ἑτοιμάσωμεν ἀφὴ τις μας γιρεύγει.

ΓΙΡΟ. ΓΙΡΟ.

Γίρο Γίρο. Corona pretiosa. Τὸ γίρο Γίρο. *Circum circa*. κυκλόθε.

ΓΙΤΕΤΜΑ.

Γίτευμα, sive, γίτευμαν. Pro, Γοήτευμα. Γοητεία. Incantatio. Glossae Graecobarbarae. Διὰ τῆς ἐπῳδῆς. μὲ τὸ γίτευμαν, ἢ γίτευμα.

ΓΙΩΜΑ.

Γίωμα. Vide, Γίομα.

ΓΛΑΓΚΙΣΜΑ. ΓΛΑΓΓΙΖΕΙΝ.

Γλάγκισμα. Clangor. Strepitus. Clamor. Glossae Graecobarbarae. Ἀϋτὴν, βοὴν, μάχην, κραυγὴν, πόλεμον, σκάνδαλον, φωνὴν, γλάγκισμα, Γυρίασμα. Sic γλαγγίζειν. Clangere. Alibi in iisdem Glossis. Ὑλακτεῖ. γλαγγίζει. κλαγγίζει.

ΓΛΑΝΔΟΥΛΑ.

Γλάνδυλα, sive, γλάνδυλον. *Glandula*. Eumelus Hippiatric. lib. I. cap. XVI. Ἐὰν συμβῇ ζώῳ ἔχειν παρωτίδας, ἢ χοιράδας. ἅσπερ τινες ἰδιώτερον γλανδύλας προσαγορεύουσιν. Iterum postea. Καὶ αὐτὰ τὰ λεγόμενα γλάνδυλα ἐκβάλλειν πάντα σιδήρῳ.

ΓΛΕΦΑΡΟΝ.

Γλέφαρον. Frons. Exstat in Turcograecia Crusii.

ΓΛΗΓΟΡΑ. ΓΛΗΓΟΡΟΣ.

Γλήγορα. Cito. Γλήγορος. Citus. Celer. Glossae Graecobarbarae. Εὐμετάβολος. ὁποῦ μεταβάλλεται ἕτοιμα. ὁπῦ Γυρίζει γλήγορα Γνώμην. Occurrit illic saepissime. Corona pretiosa. Γλήγορα. *Cito*. ταχέως. Alexius Rharturus Doctr. VI. Ἐὰν ςοχασθῇς ἄνω εἰς τὸν ὐρανὸν τὴν κίνησιν τῦ ἡλίυ ὅπου κάνει εἰς εἴκοσι τέσσαρας ὥρας, ὐ θέλει φανῇ γλήγορα πολλά.

ΓΛΗΓΟΡΟΠΟΔΑΣ.

Γληγοροπόδας. Velox. Celer pedibus. Glossae Graecobarbarae. Ἀελλόπυς. ὁ ταχεῖς πόδας ἔχων. Γοργόπυς, γληγοροπόδας.

ΓΛΙΑΖΕΙΝ. (a)

Γλιάζειν. Festinare. Glossae Graecobarbarae. Θέτει ἀπάνω τῆς μάντιν ἢ ῥοῦχον ὅπου τρέχει κὴ γλιάζει.

ΓΛΙΘΟΣ.

Γλίθος. Pro, λίθος. Lapis. Vide Γιάος.

ΓΛΥΚΑΔΑ.

Γλυκάδα. Dulcedo. Oblectatio. Glossae Graecobarbarae. Ἡδονή. τέρψις. χαρά. εὐφροσύνη, γλυκύτης γλυκάδα.

ΓΛΥΚΑΝΗΣΣΟΣ. ΓΛΥΚΑΝΙΣΟΝ.

Γλυκάνησσος, sive Γλυκάνισον. Anisum. Glossae Graecobarbarae. Μαλάχη, κὴ τὸ ἄνισον, μόλοχα, κὴ ὁ Γλυκάνησσος. Theocriti Scholiastes Idyll. VII. Ἄνηθον. τὸ μάλαθρον, η. ἄνισον δὲ, Γλυκάνισον, ι.

ΓΛΥΚΕΟΠΡΑΤΗΣ. ΓΛΥΚΕΟΠΡΑΤΙΟΝ.

Γλυκεοπράτης. Dulciarius. Glossae Graecolatinae. Γλυκεοπράτης. *Dulciarius*. Et Γλυκεοπράτιον. Officina dulciarii. Eaedem Glossae. Γλυκεοπράτιον. *Dulciarium*.

ΓΛΥΚΟΚΑΛΑΜΟΝ.

Γλυκοκάλαμον. Locus. Quia nimirum fructum praedulcem habet. Basilius Magnus De Exercit. Grammat. Λωτός. τὸ Γλυκυκάλαμον. Occurrit etiam apud Myrepsum De Antid. cap. LXXXVIII. Fuchsius interpretatur, medullam fistulae Cassiae.

ΓΛΥΚΟΣ. ΓΛΥΚΟΣΥΝΗ.

Γλυκός. Corona pretiosa. Γλυκός. *Dulcis*. γλυκύς. Inde γλυκοσύνη. Ibidem. Γλυκοσύνη. *Dulcedo*. γλυκύτης.

ΓΛΥΤΟΝΝΕΙΝ.

Γλυτόνειν. Anonymus De Vulpe & Lupo.
Καὶ θέλω νὰ γλυτώσετε νάχετε τ̓ ζωήσας.
Occurrit illic pluries.

ΓΝΕΜΑ [b].

Γνέμα. Filum. Exstat in Turcograecia Crusii.

ΓΝΕΟΝΥΦΟΣ.

Γνεόνυφος. Vide Νύφη.

ΓΝΙΦΩΝ.

Γνίφων. Nicetas in Man. Comneno lib. I. Κίμ-

(a) Λιάζειν. Donius.
[b] Νῆμα. Donius.

Κίμβιξ δὲ ὢν εἰς ἄκρον, κ̕ γνίφων, κ̕ δυσπρίκιςος, ὥσ᾽ ἄνω ἄραι τὰ βλέφαρα παραμμένος.

ΓΝΩΘΕΙΝ.

Γνώθειν. Nosse. Glossae Graecobarbarae. Μηδὲ αἰσθάνεται. μηδὲ γνώθει. ἢ νώθει. Occurrit illic pluries.

ΓΟΜΑΡΙΑ. ΓΟΜΑΡΙΑΤΙΚΟΝ.

Γομάρια. Sarcinae. Glossae Graecobarbarae. Α᾽γωγίμων. φορτίον. γομαρίων. Occurrit illic pluries. Itaque corrigo in Diplomate Andronici iunioris, quod exstat apud Phranzem Chronici lib. III. cap. XXIV. Διὰ προσφαγίων, πασῶν, ἢ γομαρίων, ἢ πετζίων, ἢ πανίω, ἢ λινοκόκκω, ἢ τζοκαρικῆς. Hodie editur, τομερίων. Sed corrupte. Hinc γομαριατικὸν, vectigal pro illis solvi solitum. In eodem Diplomate. Καθελκόμενοι εἰς ἀπαιτητὰς καμπανισικῶ, μεσιτικῶ, ζυγαςικῶ, μετριατικῶ, ταχιδικῶ, γομαριατικῶ, ὀψωνίω. Mendose editur, γομεριατικῶ.

ΓΟΝΑΤΙΟΝ. (a)

Γονάτιον. Nicolaus Cabasilas De veste sacra. Καὶ τύπον τινὰ ῥομφαίας περιζωννύουσιν αὐτὸν τὸ λεγόμενον γονάτιον, ὃ πρὸς σχῆμα ξίφους ἐσχημάτισται.

ΓΟΝΑΤΙΣΤΑ.

Γονατιςά. Flexis genibus. Ad genua provolutus. Anonymus De nuptiis Thesei.
Καὶ τότες ἐδιέβηκε ἔμπρὸς εἰς τὸν Θησέον,
Καὶ λέγη τα γονατιςὰ, εὐγενικὰ μ᾽ αὐθέντη.

ΓΟΝΑΧΙΟΝ.

Γονάχιον. Achmes in Introduct. in Astrolog. Μορφὴ ὡς ἀετῶ, κρατῶν γονάχιον τάπις κ̕ πῶλον, μεριμνᾶ εἰς πράγματα. Significatio ignota est.

ΓΟΝΙΑ.

Γονία. Focus. Corona pretiosa. Γονία. *Focus*. πυρέων.

ΓΟΝΥΚΛΙΝΕΣ.

Γονυκλινές. Pulvinar, quod genibus substernitur, in quo illa inclinentur. Codinus de Orig. Constantinop. Ε᾽ν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσορόφω, ὀπίσω τῶ μιλίω ἦν ἀνδρεοείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον. ἔνθα ἦν τὸ ἑξάμμον ἡρακλέω τῶ βασιλέως, καὶ γονυκλινὲς ἰυςίνυ τῶ τυράννυ. Apud Suidam in βασιλικὴ haec paulo corruptiora sunt, ut monemus in Notis nostris ad Codinum. Anonymus de Antiquit. Constantinopol. Χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς κ̕ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει.

ΓΟΡΓΩΡ.

Γοργωρ. Paulus Monachus Collectan. lib. I. Ε᾽φόρει δὲ ὁ διὰ τὴν ὑπακοὴν μανιάκιν χρυσῶν. καὶ γοργῶρα, καὶ πλείονα τῶν ἄλλων δόξαν εἶχεν᾽ De significatione nondum liquet.

ΓΟΥΒΙΟΝ.

Γυβίον. Vestis genus. Oecumenius Comment. ad Acta Apost. cap. XXVIII. Τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσιν οἱ μὴ δυνάμενοι ὠράρια φορέσαι, οἷοί εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικά; σολάς, ἢ γυβία. Idem est, quod *Gusa*. Invenio in veteribus Glossis, sed corrigendis, *Bigera vestis, gusa villata*. Mendosi hodie libri, in quibus editur. *Bigera, vestis, gusa, vel villata*. Sed observa illic, *Bigera*; quae vox non temere alibi obvia. Invenio, *Bigerriga*, apud Sulpitium de vita S. Martini. *E proximis tabernis bigerrigam vestem brevem atque hispidam quinque comparatam argenteis rapit, atque ante Martini pedes iratus exponit*. At tu, *Bigerra*, rescribe in Glossis. Et *Bigerriga* apud Sulpitium est *Bigerrica*; nam C & G confundunt librarii. Bigerri autem sunt Galliae populi. Ergo Bigerra vestis est Gallica.

ΓΟΥΛΑ. ΓΟΥΛΙΝ. ΓΟΥΛΙΟΝ.

Γῦλα. *Gula*. Erotianus in Lexico Hippocratis. Ο῎ιον σόμα. γῦλαν πρόβατα. Glossae Graecobarbarae. Α῎χαρα. τὸ τῶ δόρατος εἰς τὸ αὐλὸν τῆς ἐπιδορατίδος ἐμπίπτον. τὸ γυλλὶν τῶ κονταρίω. Est autem illic γυλλὶν, pro γυλίον, corrupto scribendi more. Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. I. cap. CXXVIII. Ε᾽ὰν διαμένωσιν αἱ τροφαὶ ἐν τῷ σομάχῳ τῶ ἱέρακος ἄπεπτοι, ὃ κ̕ γύλα ὀνομάζεται, κ̕ ταῦτα ὐκ ἔμεση, ἄχρι δεκάτης ὥρας τῆς ἡμέρας μηδὲν λαβέτω. Paulus Monachus Collectan. lib. I. Α᾽λλ᾽ ἴδιον δαίμονα ἔχει, κ̕ ἴδιον πόλεμον ἐκ τῆς γύλας αὐτῶ. Anonymus De bello sacro.
Ε᾽σέβη ἀπέσω σον γυλὰν, κ̕ ἐκατασόχαξέν τον.

ΓΟΥΝΑ. ΓΟΥΝΑΣ. ΓΟΥΝΙΟΝ.

Γῦνα, sive γῦνας, & γυνίον. *Guna*. Vestis pellicea. Moschopulus. Σισύρα, ἢ γῦνα. Et alio iterum loco. Διφθέρα, ἢ γῦνα. Et. Μηλωτή, ἢ ἀπὸ τῦτυ γοῦνα. Isaacius Tzetzes ad Lycophronem. Σισυρα, τὸ ἐκ δέρματος ἔντριχον, ὅπερ κ̕ γῦναν καλῦσιν. Achmes cap. CLVIII. Ε᾽ὰν ἴδη τις ὅτι ἐφόρει γῦναν νέαν, ἐὰν ἐςὶ χλιαρὰν, εὑρήσει πλῦτον ἀπὸ μεγιςάνων, ἀνάλογον τῶ πλήθυς τῶν ἐρίων. Et passim toto illo capite occurrit. Apud Mauricium Strateg. lib. III. cap. II. Κυνία, ἤγυν νευρικὰ ἀπὸ κεντούκλων πλατέα πάνυ. Rectius alii codices praeferunt, γυνία: nam κυνία aliud erant, ut infra suo loco ostendemus. Corrigendum vero existimo Suidam. Γῦνας, τὸ παρ᾽ ἡμῖν γυνιον λεγόμενον. Hodie editur, γῦνδας, & γυνδίον. Reperio quoque apud Euthymium Zygabenum Panopliae Dogmaticae Tit. XXVIII. Τὸν δὲ διαβολον καὶ τὸν σολμῶντα δαιμοσι κ̕ ὀρνέοις προσδιαλέγεσθαι, δαίμονάς τε συνεργῦντας τῷ σολμῶντι τυρῶναι, καὶ γύνδας τινάς. Sed sine dubio alia illic notione est. Cineheardus epist. ad Lullum Episco-

[a] Verbi genus. *Donius*.

piscopum. *Orarium & coculam, & gunam brevem nostro more consutam*. Guitbertus item in epistola ad eumdem. *Gunnam de pellibus lutrarum factam tuae fraternitati misi*. Corrigendus est locus in Conc. I. Salisburgensi. *In pileis suffurraturas non habeant, nisi forte de nigro centato, vel panno, aut nigra pelle, aut guna*. Hodie editur, *a. n. pelle aguna*. Porro a *Guna* est *Gunatus*: guna amictus. Luitprandus in Legat. *Nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper & gunata, id est, pellicea, Saxonia* [a].

ΓΟΥΠΠΟΣΑΝΙΔΟΝ.

Γουπποσάνιδον. Abacus. Glossae Graecobarbarae. Α'βάκινον. ἄβαξ. γουπποσάνιδον. ἢ ὃ μὴ βάσιν ἔχων.

ΓΟΥΡΓΙΑΖΕΙΝ.

Γουργιάζειν. Clangere. Strepere. Glossae Graecobarbarae. Χωρὶς καμιὰν εὐλάβειαν φωνάζει καὶ γουργιάζει. Hinc infra, γουρίασμα.

ΓΟΥΡΓΟΥΡΟΣ.

Γούργουρος. *Gurgulio*. Nicetas in Alexio lib. I. Διὰ τοῦ γουργούρου αὐτῆς κράζους καὶ ἐρεργμοὺς ἐποίει, καὶ σφυριγμοὺς ἐξέφερεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτῆς. Anonymus in Canonio Mathematico. Ο' γούργουρος, ἀγαθὰ καλά. Hinc μακρογούργουρος. Oblongum collum habens. Bartholemaeus Monachus in Elencho Agareni. Ο'τε μέλλεις εὔξεσθαι, λάβε μακρογούργουρον κεράμιον σὺν ὕδατι.

ΓΟΥΡΙΑΣΜΑ.

Γουρίασμα. Vide Γλάγκισμα.

ΓΟΥΡΝΑ.

Γοῦρνα. *Vrna*. Crassiore sono pronuntiabant, ad quem exprimendum γ praefigitur. Glossae Graecobarbarae. Α'μη. σκάφη. γοῦρνα. Iterum alio loco. Α'γκεῖον σιδέρενον. ἢ σκάφη. ἢ γοῦρνα. (b) Et occurrit illic saepius.

ΓΟΥΡΟΥΝΙΝ. ΓΟΥΡΟΥΝΙΟΝ.
ΓΟΥΡΟΥΝΟΠΟΥΛΛΟΝ.

Γουροῦνιν, sive, γουρούνιον, utroque enim modo scribebant, ut innumera talia, *Grunnius*. Porcus. Ioannes Tzetzes Chil. XII.

Μούσης τῆς τριοδίτιδος φέρεται μῦθος λέγων,
Α'λλος μὴ ἔχων δαίμονα ἠγόρασε γουροῦνιν.

Demetrius Constantinop. Hieracosophii lib. II. cap. LXXIII. Α'πὸ σκυλοπούλου μικροῦ, ἢ ἀπὸ γουρουνίου, διὰ τριῶν ἡμερῶν αὐτὸν θρέψεις. Cyrillus in Lexico. Δελφάκιον, τὸ τοῦ χοίρου βρέφος, ἢ τοῦ γουροῦνιν. In Glossis Graecobarbaris legitur, γουρουνόπουλλον, quod idem est. χοιρίδιον. γουρουνόπουλλον.

ΓΟΥΣΤΕΙΟΝ.

Γουστεῖον. *Gusteum*. Forum cupedinarium. Codinus in Orig. Constantinop. Ε'πωνόμασε τὸν τόπον αὐγουστεῶνα, πρότερον γουστεῖον λεγόμενον, ἤγουν ὀψοπώλιον. Et mox. Ε'καθάρισε τὴν αὐλὴν, καὶ ἐμαρμάρωσεν αὐτὴν, τὸ πρότερον οὖσαν γουστεῖον, ἤγουν ὀψοπώλιον. Scio apud Suidam, αὐγουστεῖον, legi; sed valide hanc lectionem defendit nominis ratio, & τὸ ἔτυμον, siquidem γοῦστα, *Gusta*, adpellabant cupedias. Apitius de Re Culin. lib. IV. cap. V. *Gustum versatile sic facies: Albas betas minutas, porros requietos, apium, bulbos, & cocbleas elixabis, &c.* Et totum illud caput est, *De gustis*.

[a] Hinc vox Itala, *Gonna*, *Gonnella*.
(b) Nescio an Gallicum *Gurde* hinc defluat.

ΓΟΥΤΑΔΙ.

Γουτάδι. Frons, Exstat in Turcograecia Crusii.

ΓΟΥΤΟΣ.

Γοῦτος. *Guttus*. In Etymologico Suidae. Γοῦτος, ληκύθου εἶδος.

ΓΡΑΔΕΛΛΑ.

Γραδέλλα. *Craticula*, Glossae Graecobarbarae. Α'δία. ἐσχάρα. βωμός. θυσιαστήριον. γραδέλλα. Itali *Graticula* [c] dicunt. Et sic in Glossis Graecolatinis quoque reperitur. Ε'σχάρα. *Graticula*.

ΓΡΑΙΚΟΛΩΝΟΣ.

Γραικολωνός. Graecae linguae peritus, quo exteri utebantur Constantinopolim venientes, ad rem domesticam procurandam, necessariaque coemenda. Atque inde nomen impositum. Luitprandus in Legat. *Graecolonum meum, id est, Graecae linguae gnarum, qui non signorum signis, sed digitorum, seu capitis nutibus cum venditore emtor loquebatur: tantique nummis emebat quatuor, quanti Graecolonus obsonium uno.*

ΓΡΑΝΑΤΖΑ.

Γρανάτζα. Vestis Imperatoris praelongis manicis, & ad talos usque dependentibus, quae non cingebatur: translata vero ex Assyria. Codinus De Offic. Aulae Constantinopol. Ε'τι καὶ ἀπὸ τῶν ἀσσαρίων βασιλείας κατῆλθε τι φόρημα μέχρι καὶ τῶν νῦν βασιλέων, γρανάτζα λεγόμενον, ὅπερ καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς ἄνευ ζώνης, οὗ κρεμμάμενα τὰ μανίκια διήκουσι μέχρι τῶν ἀστραγάλων. Et postea. Καὶ ὃ μὲν ὁ βασιλεὺς φορεῖ, καλεῖται γρανάτζα, ὡς εἴρηται. In Isidori Glossis legitur. *Paropsis, granuta, catunus*. Sed mendosus locus est, & nos iam ante correximus in γάβαθον. Hoc autem monendum erat, ne quis vocis similitudine fallatur.

ΓΡΑΝΟΣΟΛΟΝ.

Γρανοσόλον. *Granum solis*. Myrepsus de Antidotis cap. XXVII. Α'διάντου, μακεδονισίου, γρανοσόλου.

ΓΡΑ-

[c] Veneti esset *Gradella*. *Donius*. Nos Etrusci *Gratella* vocamus. *Lamius*.

ΓΡΑΤΟΥΤΟΝ.

Γρατῦτον. *Gratuitum*. Glossae Basilicorum. Γρατῦτον. χαρισήριον.

ΓΡΙΚΕΙΝ. ΓΡΟΙΚΕΙΝ. ΓΡΥΚΕΙΝ. ΓΡΙΚΗΜΑ.

Γρικεῖν, sive γροικεῖν, aut γρυκεῖν. Nam ita indifferenter scribitur. Intelligere. Corona pretiosa. Νὰ γρικᾶ. *Intelligere*. νοεῖν. Phortius περὶ ςρατ. πραΓματ. lib. I.

Φώτισόν μου τὴν καρδίαν,
Τοῦ πολέμου νὰ γροικήσω,
Τὰ ἀναΓκαῖα να ἐξηγήσω.

Alexius Rharturus Doct. VI. Γρύκησον γοῦν ἐὰν ἔχῃ τι καλὸν νά σε ἑρμηνεύσε. Demetrius Zenus in Batrachomyomachia.

Τὸν γάτου ὅπου τὴν εἰδῶ, κὴ κάτου ἢ γρυκήσω.

Atque hinc γρίκημα. Intellectus. Corona pretiosa citata. γρίκημα. *Intellectus*. νόημα.

ΓΡΙΣΙΟΝ.

Γρίσιον. Hamus. Glossae Servii. *Hamus*. γρίσιον.

ΓΡΟΘΘΙΑ. ΓΡΟΘΟΣ.

Γροθθία. Detortum ex antiquo. γρόνθος. Pugnus. Glossae Graecobarbarae. Ταῖς πυΓμαῖς, ἤγουν γροθθίαις. Sic γρόθος quoque. Corona pretiosa. Γρόθος. *Pugnus*. Κόνδυλος.

ΓΡΟΝΙΖΕΙΝ.

Γρονίζειν. Pro, γνωρίζειν. Glossae Graecobarbarae. Ἐπέγνω. ἐΓνώρισεν. ἐΓρόνισεν. ἔμαθεν.

ΓΡΟΥΤΑ.

Γροῦτα. *Crusta*. Glossae Graecobarbarae. Ἀναγησίς. μάζα. σημηδία. γροῦτα. παννάδα. Iterum. Ἰδέα σημηδίας, ἢ γρόυτας. Hinc *Grutaria*, apud veterem Palladii interpretem, quae auctor τραγήματα dixit. [a]

ΓΡΩΣΙ [b].

Γρωσί. Velamen muliebre argenteum, sub quo manus occultant. Extat in Turcograecia Crusii.

ΓΥΒΕΝΤΙΖΩ.

Γυβεντίζω. Nicetas de Rebus gestis post excidium Vrbis. Ἐγυβέντιζε μὴ τολμῆσαί τινα ἐν τῷ παλατίῳ γυναικὶ πλησιάσαι. Crusius Turcograeciae lib. II. interpretatur. *Fustuario adficio*. Ego autem censuerim γυβεντίζειν esse, patibuli supplicio adficere: nam γύβεντον est Gallicum *Gibet*, quippe exoticum T aut D Graecobarbari convertunt in ντ. Apud Nicetam vero, ἐΓυβέντισε, significat; *Patibuli supplicium denuntiabat*. In Glossis Graecobarbaris κιβεντίζω scribitur. Ἀλλοιᾶ, ἐτύπησεν, ἔδερνεν, ἐκιβέντισεν. Iterum. Τύπτει, δέρει, δέρνει, κιβεντίζει. Et, κιβεντισμὸς in iisdem est, *flagellatio*. Ἄλυγος, ἄνευ μάστιγος, χωρὶς φραΓγελλίου, ἤτοι δαρμοῦ, ἢ κιβεντισμοῦ.

ΓΥΜΝΩΝΝΕΙΝ.

Γυμνώννειν. Pro, γυμνοῦν. Glossae Graecobarbarae. Ἀναδέρειν. γυμνοῦν. νὰ γυμνώνει.

ΓΥΝΑΙΚΑ.

Γυναῖκα. Mulier. Corona pretiosa. Γυναῖκα. *Mulier*. γυνή. Glossae Graecobarbarae. Ἀβαριστὰν, γυναικιζομένην. ἢ γυναῖκα ὅπου θεωρεῖ καθ' ἡμερινόν.

ΓΥΝΑΙΚΙΣΙΜΟΣ.

Γυναικίσιμος. Muliebris. Glossae Graecobarbarae. Ἄβρωμα. σολῆς γυναικείας εἶδος, θωρία, ἢ θεωρία, ῥοῦχου γυναικισίμου. Iterum alibi. Ἱμάτιον γυναικεῖον. ῥοῦχον γυναικίσιμον.

ΓΥΠΝΑΠΙΟΝ.

Γυπνάπιον. Pyri genus. Nonus De Morb. Curat. cap. CLXXXV. Καὶ χρῆσις αὐτοφυῶν θερμῶν, συπτηριωδῶν, κὴ νιτριωδῶν, κὴ γυπνάπια.

ΓΥΡΑΙ.

Γύραι. Circulationes. Ecloga LL. Leonis & Constantini. Κελεύομεν μηδένι τῶν ἀρχόντων ἐξεῖναι χωρὶς ἀναΓκαίας χρέιας ἀποδημίας ποιεῖσθαι, ἢ τὰς λεΓομένας γύρας.

ΓΥΡΕΒΕΙΝ. ΓΥΡΕΥΓΕΙΝ.

Γυρέβειν. Quod Γιρέβειν quoque scribitur, ut supra ostendimus. Ambire. Pensare. Petere. Corona pretiosa. Γυρέβειν. *Petere*. Αἰτεῖν. Dicebant quoque ΓυρεύΓειν. Glossae Graecobarbarae. Ἐξετάζει. ἢ γυρεύει. ἢ γυρεύγει.

ΓΥΡΙΣΜΑ.

Γύρισμα. Reditus. Corona pretiosa. Γύρισμα. *Reditus*. Ἐπάνοδος.

ΓΩΥΤΑ.

Γοῦτα. *Gutta*. Ex Italico, *Gota* [c]. Reperitur apud Myrepsum lib. De Vnguentis cap. XCII.

ΔΑΙΜΟΝΑΡΙΟΣ.

Δαιμονάριος. *Daemonarius*. Daemoniacus. Furiosus. Nicetas in Isaacio Angelo lib. I. Τὰ μὲν πρῶτα δαιμοναρίους ᾤοντο τοὺς τῶν ἰχθύων ἀΓρευτὰς, εἰ οὕτως ἐπὶ τῶν ἁλιάδων μόλις σαλεύοντες ἐΓχρίψειν αὐτοῖς ἀπεθάῤῥησαν.

ΔΑΙΠΟΤΑΤΟΙ.

Δαιποτάτοι. *Deputati*. Vide infra. Διποτάτοι.

ΔΑΛ-

(a) Quasi Κρουστοί. *Donius*.
(b) Galli dicunt *Crote*, & *Decroter*.

(c) Si *Podagram* significat, Vere; si *guttam*, nos *gocciola* dicimus Galli, *ne voir goute*.

ΔΑΓΚΑΝΩ.

Δαγκάνω, ſive Δακκάνω. Pro Δάκνω. Mordeo. Anonymus De nuptiis Theſei.

Καὶ σὰν ἐξεύρης πάντοτες τὸ δόντη τῦ φιδίυ.
Πρῶτα δαγκάνη κάτιναν, μικρὴ δαγκαματία.

Demetrius Zenus in Bathrocom.

Δαγκάνω τὸν ϛὸ δάκτυλο, κ̣ δὲν ἀνανοῦται.

Gloſſae Graecobarbarae. Τὸν δάκνοντα τρόπον, τὸ ἦθ૭ ὁπῦ δακκάνεται ἀφ᾽ ἑαυτῦ τυ.

ΔΑΚΚΑΜΑΤΙΑ.

Δακκαματιά. Morſus. Gloſſae Graecobarbarae. Ἰατρεύῃ κ̣ ὑγιανίσκῃ τοὺς σκύλλυς ἀπό τες δακκαματιὲς τ̃ θηρίων. Vbi hoc ſcire debes. Τὲς δακκαματιὲς corrupto aevi more ſcriptum eſſe, pro ταῖς δακκαματιαῖς. Saepe hoc eſt obſervare in iſtis Gloſſis. Anonymus De nuptiis Theſei.

Πρῶτα δαγκάνη κάτιναν, μικρὴ δαγκαματία.

ΔΑΛΜΑΤΙΚΗ.

Δαλματική. *Dalmatica*. *Dalmata*. Veſtis ſacerdotalis. Epiphan. Κατὰ γραμματέων· ἐπειδὴ ϛολὰς, εἴτ᾽ ὖν ἀμπεχόνας, οἱ τοιῦτοι ἀνεβάλλοντο, κ̣ δαλματικὰς, εἴτ᾽ ὖν κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων διὰ πορφύρας ἀλυργοῦφεῖς κατεσκευασμένας. Gloſſae Arabicolatinae. *Dalmata*, *veſtis ſacerdotalis candida*, *cum clavis purpureis*. Qui locus illuſtrat Epiphanium. Auctor vitae Cypriani. *Quum ſe Dalmatica exſpoliaſſet*, *ad lineam ſtetit*, *& coepit ſpiculatorem ſuſtinere*. Ivo De Ieiunio lib. II. *Tunc propter ſolemnitatem ſancti ſpiritus diaconi dalmaticis induantur*.

ΔΑΜΑΚΗ.

Δαμάκη. Anonymus De Vulpe, & Lupo.

Ἄρχοντες ναγροικήσετε, ἀθέλετε δαμάκη,
Ὁ λύκ૭ μὲ τ̃ ἀλυπῦ πῶς ἔπιαν τὸ φαρμάκη.

ΔΑΜΝΑΤΟΣ.

Δαμνάτ૭. *Damnatus*. Occurrit apud Iureconſultos Graecos.

ΔΑΣΚΑΛΟΣ. ΔΑΣΚΑΛΕΥΕΙΝ.

Δάσκαλ૭, pro Διδάσκαλος. Doctor. Corona pretioſa. Δάσκαλ૭. *Doctor*. Διδάσκαλ૭. Conſtantinus in Hiſtoria Apollonii Tyrii.

Ὁ δάσκαλ૭ τῆς γιατρικῆς ἄνοιξε τὴν κασέλα.

Hinc δασκαλέυειν. Docere. Ibidem alibi.

Καὶ πέμπη τὴν ἐς τὸ σχολίο νὰ τὴν ἐδασκαλέϐῃ.

ΔΑΤΟΝ.

Δατόν. *Datum*. Eſt illa adſcriptio anni, menſis, dieique in litteris uſurpari ſolita. Suidas. Δατόν. παρὰ ῥωμαίοις σημασία τῆς ἡμέρας κ̣ τῦ καινῦ, ὅτε τις ἢ ἐκ πόλεως, ἢ ἔκ τινο૭ τόπυ ἀποϛαλῆ. Auctor apud eum innominatus. Μήποτε τῦτό ἐϛιν ὃ κ̣ νῦν συνήθως λέγεται, τὶ δατὸν ἔχεις. Magno in Notis. DAT. *Data*. Et paſſim occurrit in Novellis.

ΔΕΗΣΕΙΣ.

Δεήσεις. Supplicationes. Libelli ſupplices. Et his praefectus. Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, dicebatur. Codinus De Offic. aulae Conſtantinop. Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων ἀπέρχεται εἰς τὸν βασιλέα ὑπὲρ τῶν ἀδικυμένων. In inſcriptione epiſtolae Euſtathii, quae praefixa Dionyſio. Εὐϛαθίυ διακόνυ, ἐπὶ τῶν δεήσεων, κ̣ μαίϛορ૭ τῶν ῥητόρων. Nicetas in Alexio Man. F. Εἰς τὸ τῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων ὀφφίκιον ἀναβιϐάς. Conſtantinus de Adminiſtr. Imp. Καὶ ὁ ἑταιρειάρχης, κ̣ ὁ μυϛικὸς, κ̣ ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων.

ΔΕΙΚΤΗΡΙΟΝ.

Δεικτήριον. Pulpitum. Suggeſtum. Baſilius Seleucus De Thecla lib. II. Οὗ κ̣ ἀποκυλισθέντ૭ ἐκ τῶν σκολιῶν κ̣ ἀδύτων ὡς εἰπεῖν πόρων, ὤφθη ἐπὶ τῦ δεικτηρίυ. λέγεται δὲ ὕτως ὁ τόπ૭ ἐν ᾧ ἐπιδείκνυνται οἱ λέγοντες, τῦτό ἐϛιν ὁ ἄμβων, ἤτοι τὸ ἀκροατήριον.

ΔΕΙΧΝΕΙΝ.

Δέχνειν. Pro Δεικνύειν. Corona pretioſa. Δέχνειν. *Oſtendere*. Δείκνυσθαι. Occurrat etiam ſaepe in Gloſſis Graecobarbaris.

ΔΕΚΑΝΙΑ.

Δεκανία. *Decania*. Decuria. Gloſſae Graecolatinae. Δεκὰς, ἡ δεκανία. *Decuria*.

ΔΕΚΑΝΙΚΑ.

Δεκανικά. Carcer Eccleſiaſticus. Iuſtinianus Novell. LXXIX. Ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν θεοφιλεϛάτων ἐπισκόπων κωλυέσθωσαν, καὶ καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλυμένοις δεκανικοῖς, ποινὰς τὰς προσηκέσας ὑφέξοντες. Baſilius Diaconus in Libello ad Theod. & Valentin. Κἀκεῖθεν τυπτόμενοι ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ. κἀκεῖ γυμνὺς ἡμᾶς, ὡς δημίυς κ̣ ὑπευθύνυς, τιμωρίᾳ ἐϛόλισαν. Iulianus Anteceſſor Conſtitut. LXXIII. *Exſequutor autem litium conſtitutus in decanicis eccleſiarum recludatur competentes poenas luiturus*.

ΔΕΚΑΝΟΙ.

Δεκανοί. *Decani*. Hi Conſtantinopoli lictores erant, & cadaverum quoque humandorum curam habebant. Corippus lib. III.

——— *iamque ordine certo*
Turba decanorum, *curſorum*, *in rebus agentum*,
Cumque palatinis ſtans candida turba tribunis.

Chryſoſtomus ad Ebraeos Homil. XIII. Μὴ γὰρ δὴ ἐπειδὴ βασιλεία λέγεται νομίζητε πάντες τῶν αὐτῶν τυγχάνειν. εἰ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ὁ ὕπαρχ૭, κ̣ πάντες οἱ περὶ τὸν βασιλέα, κ̣ οἱ σφόδρα καταδεέϛεροι, κ̣ τὸν τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶ, καίτοι τοσῦτυ

σύτω ὄντ@ τῷ μέσῳ τῷ ὑπάρχῳ ϗ τῷ δεκανοῦ. Basilius diaconus in Libello ad Theodosium & Valentinianum. Παραχρῆμα ἐκέλευση συλληφθῆναι ἡμᾶς παρὰ τῷ ὄχλῳ τῶν δεκανῶν. Horum numerus mille & centum constitutus a Constantino Magno, & Anastasio, confirmatusque iterum postea a Iustiniano. Vide Novell. XLIII. Ac primitus quidem nongentos quinquaginta Constantinus statuerat, quibus deinde centum quinquaginta addidit Anastasius, ut esset is numerus, quem dixi. Discimus ex Novell. LIX. quae adeatur. Ex his vero octingenti, ne diminuerentur, curae erant defensoribus; reliqui trecenti Oeconomis. Patet ex eadem Novella.

ΔΕΚΑΤΑΡΙΔΕΣ.

Δεκατάριδες. Glossae Graecobarbarae. Α'γασοπέρται. οἱ τὺς τελώνας μλμύοντες τὰ τέλη. ὅπω κάμνυσιν νῦσιν τὺς τελώνας, ἤτοι μαρτζάδες, ἢ δεκατάριδες, διὰ τὰ τέλη.

ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ.

Δεκέμβρι@. *December*. Passim occurrit.

ΔΕΚΚΕΣΙΩΝ.

Δεκκεσιών. *Decisio*. Glossae Basilicorum. Δεκκεσιών. διάταξις. ψῆφ@.

ΔΕΚΟΚΤΩΡ.

Δεκόκτωρ. *Decoctor*. Glossae Basilicorum. Δεκόκτωρ. χρεωκόπ@.

ΔΕΚΟΥΡΙΟΝ.

Δεκυρίων. *Decurio*. Absyrtus Hippiatric. lib. I. cap. XXXVI. Α'ψυρτ@ ὐάλεντι δεκουρίωνι χαίρειν. Et cap. LIII. Α'ψυρτ@ ἰυλίῳ φαύςῳ δεκυρίωνι χαίρειν. Polybius. Οἱ δὲ δύο δεκαδάρχων ἔχυσι τάξιν, καλῦνται δὲ πάντες δεκουρίωνες.

ΔΕΚΡΕΤΟΝ.

Δέκρετον. *Decretum*. Iustinian. Novell. XXXVIII. Κατεπράξατο πρώλω τεθῆναι νόμον, ὅς δεκρέτου χωρὶς ἐπιτρέπει αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δωρεῖσθ. In Synodo Florentina. Ι'να μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπελθεῖν κατὰ δύναμιν τῷ δεκρέτου γ γλυφησεται ἐμῦ.

ΔΕΛΕΓΑΤΕΥΕΙΝ.

Δελεγατεύειν. *Delegare*. Iustinianus Novell. CXXX. Παρακρατεῖν δὲ αὐτὴν τὴν ποσότητα τ διὰ τῆς πράξεως δηλυμένlω ἐκ τ δελεγατευομένων ἀπὸ τῦ δημοσίυ, τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς ςρατιώταις τοῖς τὴν δαπάνlω ποιησαμένοις. Glossae Basilicorum. Ε'δελεγάτευον. μετετιθέμlω.

ΔΕΛΙΚΤΙΚΙΟΝ. ΔΕΛΙΚΤΟΝ.

Δελικτίκιον. *Delictum*. Glossae Basilicorum. Δελικτίκιον. ἁμαρτία. Item. Δελίκτον. Eadem Glossae alibi. Ε'πενοήθη ϡ αὕτη ὑπὸ τῷ πραίτωρ@, ϗ κατάγεται ἐκ τῷ δελίκτυ.

ΔΕΛΜΑΤΙΚΙΟΝ.

Δελματίκιον. Idem quod Δαλματική. *Dalmatica*. Gregorius Papa Dialogo de Eleemos. & Orat. & Oblat. Συνέβη ϡ τὸν αὐτὸν πασχάσιον ἐν τοῖς χρόνοις συμμάχῳ τῷ ἀποςολικῷ προέδρῳ τελευτῆσαι. ἐν δὲ τῇ αὐτῷ κηδείᾳ τῷ δελματικίῳ αὐτῷ τῇ κλίνῃ ἐπιτιθέντ@ δαιμονιῶν τις ἀψάμlω@ παραχρῆμα ἰάθη.

ΔΕΛΦΙΝΑΣ.

Δελφίνας. *Delphin*. Corona pretiosa. Δελφίνας. *Delphin*. Δελφίν.

ΔΕΛΦΙΣ. ΔΕΛΦΙΝΕΣ.

Δέλφιξ. *Delphica*. ut Κάλιξ. *Caliga*. Procopius Vandalic. lib. I. Ε'ν παλατίῳ γὰρ τῷ ἐπὶ ῥώμης, ἔνθα συνέβαινε ςιβάδας τὰς βασιλέως εἶναι, τρίπυς ἐκ παλαιοῦ εἱςήκει, ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι ἐτίθεντο. δέλφικα δὲ τὸν τρίποδα καλῦσι ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν δέλφοις γέγονε. Dicebant etiam δελφῖνες. Basilic. Eclog. XLIV. Τουτέςτι τὰ κινητὰ ἄψυχα, οἷον τράπεζα, τραπεζοφόροι οἱ τραπέζας ἔχοντες, δελφῖνες συβσέλλια, σκάμνα. Anastasius in Silvestro. *Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardet oleum nardinum pisticum cum delphinis octuaginta, qui pensant libras triginta, ubi candelae ardent ex oleo nardino pistico in gremio ecclesiae. Pharum cantharum argenteum cum delphinis & viginti*. Et ibi pluries.

ΔΕΛΦΟΣ.

